albicans. 8. P. fol. lanceolatis obliquis villosis, spica cylindrica erecta, scapo tereti.

alpina. 9. P. fol. linearibus planis, scapo tereti hirsuto, spica oblonga erecta. *Bocc. muf.* 2. *p.* 22.

cretica. 18. P. fol. linearibus, scapo tereti brevissimo lanato, spica subrotunda nutante.

maritima. 11. P. fol. semicylindraceis integerrimis basi lanatis, scapo tereti. *Oed. dan.* 243.

subulata. 12. P. fol. subulatis triquetris striatis scabris, scapo tereti.

Serraria. 13. P. fol. lanceolatis quinquenerviis dentato-serratis, scapo tereti. *Barrel. ic.* 749.

Coronopifolia. 14. P. fol. linearibus dentatis, scapo tereti. *Oed. dan.* 272.

Loeflingii. 15. P. fol. linearibus subdentatis, scapo tereti, spica ovata, bracteis carinatis membranaceis.

** *Caule ramoso.*

Psyllium. 17. P. caule ramoso herbaceo, fol. subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis.

indica. 18. P. caule ramoso herbaceo, fol. integerrimis, reflexis, ciliatis, capitulis foliosis. *Calycis foliola duo inferiora obtusissima spatulata, valde gibba, intus concava. Corollae tubulosae, calyce duplo saepe longiores.*

cynops. 19. P. caule ramoso suffruticoso, foliis integerrimis filiformibus strictis, capitulis subfoliatis.

afra. 20. P. caule ramoso fruticoso, fol. lanceolatis dentatis, capitulis aphyllis. Psyllium foliis laciniatis. *Bocc. sic.* 8. t. 7. *f.* B.

143. SCOPARIA. 168. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita, rotata. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

dulcis. 1. S. fol. ternis, flor. pedunculatis. *Jacq. amer.* 17.

procumbens. 2. S. fol. quaternis, flor. sessilibus. *Jac. amer.* 18.

144. RHACOMA. 196. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita. *Caps.* 1-locularis, monosperma.

Crossopetalum. 1. RHACOMA.

145.

145. CENTUNCULUS. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida, patens. *Stam.* brevia. *Capf.* 1-locularis, circumfciffa.
169.

minimus. 1. CENTUNCULUS. *Oed. dan. t.* 177.

146. SANGUISORBA. *Cal.* 2-phyllus. *Germen* inter calycem corollamque.
169.

officinalis. 1. S. fpicis ovatis. *Oed. dan.* 97.
media. 2. S. fpicis cylindricis.
canadenfis. 3. S. fpicis longiffimis.

147. CISSUS. *Bacca* 1-fperma, cincta calyce *Corollaque* quadripartita.
170.

vitiginea. 1. C. fol. cordatis fubquinquelobis tomentofis. (*exclufis Synonymis Rheedi, Rumphii.*)
cordifolia. 2. C. fol. cordatis integerrimis.
Sicyoides. 3. C. fol. fubcordatis nudis, fetaceo-ferratis, ramulis teretibus. Ciffus foliis fimplicibus nitidis. *Jacq. amer.* 22. *t.* 15. Vitis foliis dentatis. *Plum. ic.* 259. *f.* 2. Funis crepitans. *Rumph. amb.* 5. *p.* 446. *t.* 164. *f.* 1. Schunumbi valli. *Rheed. mal.* 7. *t.* 11.
quadrangularis. 6. C. fol. cordatis carnofis ferrato-dentatis, caule tetragono tumidiufculo. *Mant.* 39. * *Caulis longiffimis, Petioli teretes.*
acida. 4. C. fol. ternatis obovatis glabris carnofis incifis. *Rumph. amb.* 5. *t.* 166. *f.* 2.
trifoliata. 5. C. fol. ternatis fubrotundis hirfutis fubdentatis, ramis membranaceo-angulatis. *Jacq. amer.* 23. *t.* 182. *f.* 10.

148. EPIMEDIUM. *Nectaria* 4, cyathiformia, petalis incumbentia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* caducus. *Siliqua.*
171.

alpinum. 1. EPIMEDIUM. *Calycis folia valde caduca.*

149. **CORNUS.** *Involucrum* 4-phyllum saepius. *Petala* supera 4. *Drupa* nucleo 2-loculari.
171.

florida. 1. C. arborea, involucro maximo: foliolis obcordatis. *Kalm. canad. 2. p.* 321.

mascula. 2. C. arborea, umbellis involucrum aequantibus.

sanguinea. 3. C. arborea, cymis nudis, ramis rectis. *Oed. dan.* 481.

alba. 6. C. arborea, cymis nudis, ramis recurvatis *Mant.* 40. *

sericea. C. arborea, cymis nudis, fol. subtus sericeis. *Mant.* 199. * *Exclude Plukenetii nomen cum, Baccae maturae albae evasere. Rami sanguinei punctis subverrucosis cinereis adspersi, quibus C. alba destituitur.*

suecica. 4. C. herbacea, ramis binis. *Oed. dan.* 6.

canadensis. 5. C. herbacea, ramis nullis.

1192. **SAMARA.** *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* basi petali immersa. *Stigma* infundibuliforme.

laeta. SAMARA. *Mant.* 199. * Memecylon umbellatum. *Burm. ind. 87. Burm. zeyl. 76. t. 31. Fl. zeyl. 469. Similis* Corno, *sed folia alterna.*

150. **FAGARA.** *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Caps.* bivalvis, monosperma.
172.

Pterota. 1. F. foliolis emarginatis. *Odor hircosus.*

Piperita. 3. F. foliolis crenatis.

tragodes. 2. F. articulis pinnarum subtus aculeatis. *Jacq. amer.* 21. *t.* 14.

octandra. 4. F. foliolis tomentosis. *Mant.* 40.

1290. **ÆGIPHILA.** *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida. *Stylus* semibifidus. *Bacca* 4-sperma.

martinicensis. AEGIPHILA. *Jacq. obs. 2. p. 3. t. 27. Mant.* 198. *Folia simplicia, opposita, petiolata. Paniculae terminales et axillares.*

Digitized by Google

152. PTELEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus, infe-
137. rus. *Fructus* membrana subrotunda, centro monospermos.

trifoliata. 1. P. foliis ternatis. *Trew. rar. 12. t. 9.*

1292. SIRIUM. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. Nectario 4-phyllo claudente calycem. *Germen* inferum. *Stigma* 3-fidum. *Bacca* 3-locularis.

myrtifolium. SIRIUM. *Mant.* 200. * *Folia opposita, simplicia, petiolata. Flores in thyrsum collecti.*

153. LUDWIGIA. *Cor.* tetrapetala. *Cal.* 4-partitus, su-
173. perus. *Caps.* 4-gona, 4-locularis, infera, polysperma.

alternifolia. 1. L. foliis alternis lanceolatis, caule erecto. *Trew Ehret. 2. t. 2. Flores laterales, axillares, solitarii. Capsulae cubicae, calyce minores.*

oppositifolia. 2. L. foliis oppositis lanceolatis, caule diffuso. *Fl. zeyl.* 66. (*exclusio Rheedi nomine*) Ludwigia perennis. *Sp. plant.* 173.

erigata. 3. L. foliis oppositis lanceolatis, caule erecto. *Mantiss.* 40. *

154. OLDENLANDIA. *Cor.* tetrapetala. *Cal.* 4-par-
174. titus, superus. *Caps.* 2-locularis, infera, polysperma.

verticillata. 6. O. flor. verticillatis sessilibus, stipulis setigeris. *Mant.* 40. *

repens. 7. O. caps. sessilibus hispidis, fol. lanceolatis. *Mant.* 40. *

uniflora. 1. O. pedunc. simplicissimis lateralibus, fructibus hirtis, fol. subovatis acutis.

biflora. 2. O. pedunc. bifloris petiolo longioribus, fol. lanceolatis. Antirrhinum humile angustifolium, flore gemello ex alis foliorum. *Burm. zeyl.* 22. *t.* 11.

umbellata. 3. O. umbellis nudis lateralibus alternis, fol. linearibus.

Digitized by Google

corymbosa. 4. O. pedunc. multifloris, fol. lineari-lanceolatis. *Sp. pl.* 1679.

paniculata. 5. O. pedunc. paniculatis terminalibus, fol. ovali-lanceolatis. *Sp. pl.* 1697. Mollugo zeylanica sylvestris angustifolia, flore albo. *Burm. zeyl.* 161. *t.* 71. *f.* 2.

stricta. O. pedunc. racemosis terminalibus, fol. linearibus, caule erecto brachiato *Mant.* 200. * Alsine spergulae foliis, capitulis brevioribus duris *Pluk. mant.* 9. *t.* 332. *f.* 2.

155. AMMANNIA. *Cor.* 4-petala, calyci inserta, vel
147. nulla. *Cal.* 1-phyllus, plicatus, 8-dentatus, inferus. *Caps.* 4-locularis.

latifolia. 1. A. fol. semiamplexicaulibus, caule tetragono, ramis erectis. *Mant.* 331. * *Petala alba aut nulla.*

ramosior. 2. A. fol. semiamplexicaulibus, caul. tetragono, ramis patentissimis. *Mant.* 332. * *Corolla purpurea.*

baccifer. 3. A. fol. subpetiolatis, caps. calyce majoribus coloratis. *Burm. ind. t.* 15. *f.* 3. Cornelia verticillata. *Ard. spec.* 2. *p.* 9. *t.* 1. *e China facta Italica. Calyces 4-dentati.*

156. ISNARDIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 4-fidus. *Caps.* 4-
175. locularis, cincta *calyce.*

palustris. 1. ISNARDIA. *Simillima Pepli portulacae, repens, natans. Flores axillares, oppositi, sessiles, virides.*

157. TRAPA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus. *Nux*
175. spinis 4, oppositis cincta, quae calycis folia fuere.

natans. 1. TRAPA. *Folia immersa multifido-capillaria Myriophylli. Natantia rhombea petiolis vesicariis. Germen cingunt calycis folia quatuor; duobus ad latera; duobus ad angulos germinis, unde cornua fructus.*

158.

Digitized by Google

158. **DORSTENIA.** *Receptac.* commune 1-phyllum, carnosum; in quo *Semina* solitaria nidulantur. (*)
176.

Houstoni. 3. D. scapis radicatis, fol. cordatis angulatis acutis, receptaculis quadrangulis.
Contrajerva. 1. D. scapis radicatis, fol. pinnatifido-palmatis serratis, receptaculis quadrangulis.
Drakena. 2. D. scapis radicatis, fol. pinnatifido-palmatis integerrimis, receptaculis ovalibus.
caulescens. 4. D. pedunculis caulinis.

1243. **COMETES.** *Involucr.* 4-phyllum, 3-florum. *Cal.* 4-phyllus, *Caps.* 3-cocca.

alterniflora. 1. COMETES. *Mant.* 39. * Clinopodium parvum sinicum *Pluk. amalth. 61. t. 380. f. 4?*

159. **ELÆAGNUS.** *Cor.* nulla. *Cal.* 4-fidus, campanulatus, superus. *Drupa* infra *calycem* campanulatum.
176.

angustifolia. 1. E. foliis lanceolatis.
orientalis. 4. E. fol. oblongis ovatis opacis. *Mant.* 41. *
spinosa. 2. E. foliis ellipticis.
latifolia. 3. E. foliis ovatis.

480. **SANTALUM.** *Cor.* 4-petala: petalis calyci innatis, praeter Glandulas 4. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* infera, monosperma.
497.

album. 1. SANTALUM. *Calyx superus s. margo 4-dentatus. Petala 4 calycis laciniis insidentia, rectiora; Glandulae 4 petalis minores, alternantes. Filamenta 4 tubo calycis innata. Drupa monosperma.*

1244. **STRUTHIOLA.** *Cor.* nulla. *Cal.* tubulosus: ore glandulis 8. *Bacca* exsucca, monosperma.

virgata. 1. S. pubescens. *Mant.* 41. *

(*) Dorsteniae *omnis flores in viva planta attente observandi et describendi.*

166. HAMAMELIS. *Involucr.* 3-phyllum. *Cal.* pro-
180. prius 4-phyllus. *Petala* 4. *Nux* 2-cornis, 2-locularis.

virginica. 1. Hamamelis. *Floret autumno, insequente vere semina perficit.*

170. CUSCUTA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 1-petala, *Caps.*
180. 2-locularis.

europaea. 1. C. floribus sessilibus. *Oed. dan.* 199.
epithymum. C. floribus sessilibus quinquefidis bracteis obvallatis. *Loefl. it.* 216. *Oed. dan.* 427.
americana. 2. C. floribus pedunculatis. *Jacq. amer.* 24. *In fruticibus.*

171. HYPECOUM. *Cal.* 2-phyllus. *Petala* 4: exte-
181. rioribus duobus latioribus, 3-fidis. *Fructus* siliqua.

procumbens. 1. H. siliquis arcuatis compressis articulatis.
pendulum. 2. H. siliquis cernuis teretibus cylindricis.
erectum. 3. H. siliquis erectis teretibus torulosis. *Stamina videntur Tetradynama.*

TETRAGYNIA.

172. ILEX. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* rotata. *Stylus* o. *Bac-*
181. *ca* 4-sperma.

Aquifolium. 1. I. fol. ovatis acutis spinosis. *Oed. dan.* 508. *β.* Aquifolium echinata superficie. *Cornut. canad.* 180. *Foliorum pagina superior echinata. Polygama dioica. Planta hermaphrodita 5-petala, pentandra. Ger. Mill.*
Cassine. 2. I. fol. ovato-lanceolatis serratis.
asiatica. 3. I. fol. lato-lanceolatis obtusis integerrimis.

173. COLDENIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* infundibulif.
182. *Styli* 4, *Sem.* 2, bilocularia.

procumbens. 1. Coldenia. *Planta depressa ramis alternis. Folia alterna, subpetiolata, obovata, latere superiore sublunata, plicata secundum serraturas profundas, tomentosa*

Digitized by Google

tosa exceptis plicis. Flores axillares, nonnulli, sessiles. Styli 4. Sem. 2, bilocularia, intus plana, extus muricato-angulata.

174. POTAMOGETON. *Cal.* o. *Petala* 4. *Stylus* o. *Sem.* 4.

natans. 1. P. fol. oblongo-ovatis petiolatis natantibus.
perfoliatum. 2. P. fol. cordatis amplexicaulibus. *Oed. dan.* 196.
densum. 3. P. fol. ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis. spica quadriflora.
lucens. 4. P. fol. lanceolatis planis in petiolos desinentibus. *Oed. dan. 195.*
crispum. 5. P. fol. lanceolatis alternis oppositisve undulatis serratis.
serratum. 6. P. fol. lanceolatis oppositis subundulatis. *An varietas praecedentis?*
compressum. 7. P. fol. linearibus obtusis, caule compresso, *Oed. dan. 203. Caulis compressus. Variat globis alternis et oppositis..*
pectinatum. 8. P. fol. setaceis parallelis approximatis distichis.
setaceum. 9. P. fol. lanceolatis oppositis accuminatis.
gramineum. 10. P. fol. lineari-lanceolatis alternis sessilibus stipula latioribus. *Oed. dan. 222. β.* Potamogeton fol. lanceolatis oppositis acuminatis planis. *Ger. prov.* 124. Potamogeton minus, fol. densis mucronatis non serratis. *Magn. monsp.* 363. Fontinalis media lucens. *Bauh. hist. 3. p. 777.*
marinum. 11. P. fol. linearibus alternis distinctis inferne vaginantibus. *Oed. dan. 186.*
pusillum. 12. P. fol. linearibus oppositis alternisque distinctis basi patentibus, caule tereti.

175. RUPPIA. *Cal.* o. *Cor.* o. *Sem.* 4, pedicellata. 184.

maritima. 1. Ruppia. *Oed. dan. 364.*

176. SAGINA. *Cal.* 4-phyllus, *Petala.* 4. *Caps.* 1-locularis, 4-valvis, polysperma. 185.

procumbens. 1. S. ramis procumbentibus. *Ard. spec. 2. p. 23. t. 8. f. 2. Variat floribus corollatis et apetalis, ut Jacq. vind. 26.*

apetala.

apetala. S. caule erectiusculo pubescente, floribus alternis apetalis, *Mant.* 559. Sagina caulibus erectis, radice annua, flor. apetalis. *Ard. spec.* 2. *p.* 22. *t.* 8. *f.* 1.

erecta. 2. S. caule erecto subunifloro. Sagina fol. lineari-lanceolatis. *Ger. prov.* 402. *Calycis foliola lanceolata, acuminata.*

virginica. 3. S. caule erecto, floribus oppositis.

177. TILLÆA. *Cal.* 3-s. 4-partitus. *Petala* 3 s. 4, 186. aequalia. *Caps.* 3 s. 4, polyspermae.

aquatica. 1. T. erecta dichotoma, foliis acutis, flor. quadrifidis.
muscosa. 3. T. procumbens, flor. trifidis.

178. MYGINDA. *Cal.* 4-partitus. *Petal.* 4. *Drupa* 1661. globosa.

uragoga. MYGINDA. *Jacq. amer.* 24. *t.* 16. *Sp. pl.* 1661.

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi, monospermi.*

242. MIRABILIS. *Nucula* infra corollam! *Cor.* infundib. *Stigm.* globosum.

213. PLUMBAGO. *Sem.* 1. *Stam.* valvis inserta. *Cor.* infundib. *Stigm.* 5-fidum.

* *Fl. Monopetali, inferi, tetraspermi.* Asperifoliae.

186. CERINTHE. *Cor.* fauce nuda, ventricosa. *Sem.* 2. ossea, 2-locularia.

1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* fauce nuda, infundib. *Sem.* 2, suberosa, 2-sperma.

* *Fl. Monopetali, inferi, tetraspermi.* Asperifoliae.

191. ECHIUM. *Cor.* fauce nuda, irregularis! campanulata.

179. HELIOTROPIUM. *Cor.* fauce nuda, hypocraterif. lobis dente interiectis. *Sem.* 4.

184. PULMONARIA. *Cor.* fauce nuda, infundib. *Cal.* prismaticus.

181. LITHOSPERMUM. *Cor.* fauce nuda, infundib. *Cal.* 5 partitus.

187. ONOSMA. *Cor.* fauce nuda, ventricosa. *Sem.* 4.

185. SYMPHYTUM. *Cor.* fauce dentata, ventricosa.

188. BORAGO. *Cor.* fauce dentata, rotata.

190. LYCOPSIS. *Cor.* fauce fornicata, infundib. tubo curvato!

189. ASPERUGO. *Cor.* fauce fornicata, infundib. *Fructus* compressus.

183. CYNOGLOSSUM. *Cor.* fauce fornicata, infundib. *Sem.* depressa, latere affixa.

182. ANCHUSA. *Cor.* fauce fornicata, infundib. tubo basi prismatico.

180. MYOSOTIS. *Cor.* fauce fornicata, hypocrateriform. lobis emarginatis.

* *Fl.*

Digitized by Google

*. *Fl. Monopetali, inferi, pentaſpermi.*

193. NOLANA. *Cor.* monopetala. *Sem.* 5, baccata, 2 f. 4-locularia.

* *Fl. Monopetali, inferi, angioſpermi.*

243. CORIS. *Capſ.* 1-locularis, 5-valvis. *Cor.* irregularis! *Stigm.* capitatum.

204. HYDROPHYLLUM. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis. *Cor.* nectariis 5 exarata. *Stigm.* 2-fidum.

276. GALAX. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis. *Cor.* hypocrater. *Stigm.* ſubrotundum.

198. CORTUSA. *Capſ.* 1-locularis, oblonga. *Cor.* rotata. *Stigm.* ſubcapitatum.

206. ANAGALLIS. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa. *Cor.* rotata. *Stigm.* capitatum.

285. LYSIMACHIA. *Capſ.* 1-locularis. 10-valvis. *Cor.* rotatata. *Stigm.* obtuſum.

201. CYCLAMEN. *Capſ.* 1-locul. intus pulpoſa: *Cor.* reflexa. *Stigm.* acutum.

200. DODECATHEON. *Capſ.* 1-locularis, oblonga. *Cor.* reflexa. *Stigm.* obtuſum.

199. SOLDANELLA. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* lacera! *Stigm.* ſimplex.

197. PRIMULA. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* infundib. fauce pervia. *Stigm.* globoſum.

196. ANDROSACE. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* hypocrat. fauce coarct. *Stigm.* globoſum.

195. ARETIA. *Capſ.* 1-locularis? *Cor.* hypocrateriſ. *Stigm.* depreſſo-capitatum.

203. HOTTONIA. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* tubus infra ſtamina! *Stigm.* globoſum.

202. MENYANTHES. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* villoſa! *Stigm.* 2-fidum.

1295. ALLAMANDA. *Capſ.* 1-locularis, lentiformis, bivalvis valvulis cymbiformibus. *Sem.* imbricata.

207. THEOPHRASTA. *Capſ.* 1-locularis, maxima! *Cor.* campanulata. *Stigm.* acutum.

209. SPIGELIA. *Capſ.* 2-locularis, didyma! *Cor.* infundib. *Stigm.* ſimplex.

210. OPHIORHIZA. *Capſ.* 2-locularis, 2-partita! *Cor.* infundib. *Stigm.* 2-fidum.

215. CONVOLVULUS. *Capſ.* 2-locul., 2-ſperma. *Cor.* campanulata. *Stigm.* 2-fidum.

1248.

Digitized by Google

1248. LISIANTHUS. *Capſ.* 2-locul. polyſperma. *Cor.* infundib. ventricoſa. *Styl.* perſiſtens.

103. PATHAGONULA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stylus* dichotomus!

1246. NIGRINA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* infundibul. *Cal.* inflatus.

246. DATURA. *Capſ.* 2-locular. 4-valvis! *Cor.* infundib. *Cal.* deciduus.

247. HYOSCYAMUS. *Capſ.* 2-locul. operculata! *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.

248. NICOTIANA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* *infundib.* *Stigm.* emarginatum.

245. VERBASCUM. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stigm.* obtuſum. *Stam.* declinata.

255. CHIRONIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* tubo urceolato. *Antherae* defloratae ſpirales.

194. DIAPENSIA. *Capſ.* 3-locularis. *Cor.* hypocrater. *Cal.* 8-phyllus.

214. PHLOX. *Capſ.* 3-locularis. *Cor.* hypocr. tubo curvo. *Stigm.* 3-fidum.

217. POLEMONIUM. *Capſ.* 3-locularis. *Cor.* 5-partita. *Stam.* valvis impoſita.

216. IPOMOEA. *Capſ.* 3-locularis. *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.

1229. BROSSÆA. *Capſ.* 5-locularis. *Cor.* truncata. *Cal.* carnoſus.

212. AZALEA. *Capſ.* 5-locularis. *Cor.* campanulata. *Stigm.* obtuſum.

302. CEROPEGIA. *Folliculi* 2. *Cor.* limbo connivente. *Sem.* pappoſa.

297. NERIUM. *Follic.* 2, erecti. *Cor.* fauce coronata. *Sem.* pappoſa.

299. ECHITES. *Follic.* 2, recti. *Cor.* infundibulif. fauce nuda. *Sem.* pappoſa.

1253. PERGULARIA. *Follic.* 2, *Cor.* hypocraterif. *Nectaria* 5, ſemiſagittata.

298. PLUMIERIA. *Follic.* 2, refracti. *Cor.* infundib. *Sem.* alata.

300. CAMERARIA. *Follic.* 2, lobati. *Cor.* hypocrat. *Sem.* alata.

301. TABERNÆMONTANA. *Follic.* 2, pulpoſi. *Cor.* hypocrat. *Sem.* ſimplicia.

295. VINCA. *Follic.* 2, erecti. *Cor.* hypocrat. *Sem.* ſimplicia.

Digitized by Google

1251. Carissa. *Baccae* 2, polyspermae.
254. Jacquinia. *Bacca* 1-sperma. *Cor.* 10-fida: nectario 5-phyllo.
259. Laugieria. *Bacca* 1-sperm. Nuc. 5-loc. *Stigm.* capitat.
1252. Paederia. *Bacca* 2-sperma, inflata, fragilis.
258. Varronia. *Bacca* 1-sperm. Nuc. 4-loc.! *Stigm.* 4-plex.
256. Cordia. *Bacca* 1-sperm. Nuc. 4-loc. *Stigm.* dichotomum! *Calyx* baccae accretus.
257. Ehretia. *Bacca* 4-sperm. Nuc. 2-loc. *Stigm.* emarginatum.
192. Tournefortia. *Bacca* 4-sperm. apice pertusa! *Sem.* 2-locularia.
293. Rauwolfia. *Bacca* 2-sperma. *Sem.* cordata.
294. Cerbera. *Bacca* 2-sperma. *Nuces* compressae, retusae.
1250. Arduina. *Bacca* 2-sperma. *Sem.* oblonga. *Coroll.* curvata. *Stigm.* 2-fidum.
269. Myrsine. *Bacca* 1-sperma. *Stigm.* villosum.
261. Cestrum. *Bacca* 1-locularis. *Filam.* dente notata!
260. Brunfelsia. *Bacca* 1-locularis. *Cor.* longissima.
211. Randia. *Bacca* 1-locul. corticosa. *Cal.* truncatus.
253. Strychnos. *Bacca* 2-locul. corticosa. *Stigm.* capitatum.
252. Capsicum. *Bacca* 2-locul. exsucca. *Antherae* conniventes.
251. Solanum. *Bacca* 2-locularis. *Antherae* biperforatae!
250. Physalis. *Bacca* 2-loc. calyce inflato. *Antherae* approximatae.
249. Atropa. *Bacca* 2-locularis. *Stam.* distantia, incurvata.
244. Ellisia. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* 2: altero superiore.
262. Lycium. *Bacca* 2-locularis. *Stam.* basi villo claudentia.
234. Menais. *Bacca* 4-locularis. *Cal.* 3-phyllus. *Stigm.* duo.
264. Sideroxylon. *Bacca* 5-sperma. *Cor.* 10-fida, laciniis interioribus conniventibus.
263. Chrysophyllum. *Bacca* 10-sperma. *Cor.* 10-fida, laciniis exterioribus patentissimis.

* *Achras.*

* *Fl.*

Digitized by Google

* *Fl. Monopetali, superi.*

222.	SAMOLUS.	*Caps.* 1-locul. apice 5-valvis. *Cor.* hypocrat. *Stigm.* capitatum.
226.	BELLONIA.	*Caps.* 1-loc. umbilico roftrato. *Cor.* rotata. *Stigm.* acutum.
225.	MACROCNEMUM.	*Caps.* 2-loc. turbinata. *Cor.* campanul. *Stigm.* bilobum. *Sem.* imbricata.
224.	RONDELETIA.	*Caps.* 3-locul. fubglobofa. *Cor.* infundib. *Stigm.* obtufum.
228.	CINCHONA.	*Caps.* 2-locul. intus dehifcens! *Cor.* hirfuta. *Stigm.* fimplex.
227.	PORTLANDIA.	*Caps.* 2-locul., coronata. *Cor.* ventricofa. *Stigm.* fimplex. *Sem.* imbricata.
219.	ROELLA.	*Caps.* 2-locul. coronata. *Cor.* rotata. *Stigm.* 2-fidum.
220.	PHYTEUMA.	*Caps.* 2-f. 3-locul. perforata. *Cor.* 5-partita. *Stigm.* 2-f. 3-fidum.
218.	CAMPANULA.	*Caps.* 3-f. 5-locul. perforata. *Cor.* campanul. *Stigm.* 3-fidum.
1294.	SCÆVOLA.	*Drupa* 1-fperma. *Cor.* irregulari flabelliformis: fiffura longitudinali.
221.	TRACHELIUM.	*Caps.* 3-locul. perforata. *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.
231.	MATTHIOLA.	*Bacca* 1-fperma. *Cor.* infundib. indivifa. *Stigm.* obtufum.
235.	MORINDA.	*Bacca* 1-fperma, aggregata. *Cor.* infundib. *Stigm.* 2-fidum.
229.	PSYCOTHRIA.	*Bacca* 2-fperm. *Sem.* fulcata. *Cor.* infundib. *Stigm.* emarginatum.
230.	COFFEA.	*Bacca* 2-fperm. *Sem.* arillata! *Cor.* hypocrat. *Stigm.* 2-partitum.
231.	CHIOCOCCA.	*Bacca* 2-fperma. *Cor.* infundib. *Stigm.* fimplex.
296.	GARDENIA.	*Bacca* 2-locul. polyfperma. *Cor.* infundib. *Cal.* lacin. enfiformibus verticalibus.
240.	GENIPA.	*Bacca* 2-locul. fubrotunda. *Cor.* rotata. *Stigm.* clavatum.
233.	LONICERA.	*Bacca* 2-locul. fubrotunda. *Cor.* inaequalis. *Stigm.* capitatum.
234.	TRIOSTEUM.	*Bacca* 3-locular. coriacea. *Cor.* inaequalis. *Stigm.* oblongum.
241.	MUSSÆNDA.	*Bacca* 4-locularis, oblonga. *Cor.* infundib. *Stigm.* 2-partitum.

Digitized by Google

232. HAMELLIA. *Bacca* 5-locul. polyſperma. *Cor.* tubo longo. *Stigm.* lineare.

238. ERITHALIS. *Bacca* 10-locul. ſubgloboſa. *Cor.* rotata. *Stigm.* acutum.

* *Rubia.*
* *Crucianella.*
* *Prinos.*

* *Fl. Pentapetali, inferi.*

280. HIRTELLA. *Bacca* 1-ſperma. *Stylus* lateralis. *Stam.* perſiſtentia, ſpiralia.

265. RHAMNUS. *Bacca* 3-locularis, rotunda. *Cal.* tubul. corollifer. *Squamae* oris 5, convergentes.

267. CEANOTHUS. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* tubul. corollifer. *Petala* fornicata.

270. CELASTRUS. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* planus. *Sem.* arillata.

271. EVONYMUS. *Bacca* capſularis, lobata, *Cal.* patens. *Sem.* baccato-arillata.

1296. AQVILICIA. *Bacca* 5-ſperma. *Cor.* Nectario urceolato.

284. VITIS. *Bacca* 5-ſperma. *Cor.* ſaepe emarcido-connata. *Stylus* nullus.

278. MANGIFERA. *Drupa* reniformis. *Cor.* petalis lanceolatis. *Nucleus* lanuginoſus.

277. CEDRELA. *Capſ.* 5-loc. baſi dehiſcens! *Cor.* receptaculo unita. *Sem.* alata.

268. BÜTTNERA. *Capſ.* 5-cocca. *Cal.* Petalis auriculatus. *Stam.* Nectario annexa.

272. DIOSMA. *Capſ.* 5-plex. *Nectar.* germen coronans. *Sem.* arillata.

287. CLAYTONIA. *Capſ.* 1-loc., 3-valvis. *Cal.* 2-valvis! *Stigm.* 3-fidum.

1234. RORIDULA. *Capſ.* 1-locul. 3-valvis. *Nectarium* antheræ ſcrotiforme.

275. ITEA. *Capſ.* 1-loc. 2-valvis. *Cal.* corollifer. *Stigm.* obtuſum.

286. SAUVAGESIA. *Capſ.* 1-locularis. *Nectar.* 5-phyllum! *Petala* fimbriata.

274. BRUNIA. *Sem.* 1. villoſum. *Recept.* comm. villoſum. *Stam.* unguibus petal. inſerta.

237. KUHNIA. *Sem.* 1. pappoſum. *Recept. comm.* nudum.

223. NAUCLEA. *Sem.* 1. biloculare. *Recept. comm.* nudum.

* *Caeſalpinia pentandra.* * *Bombax pentandrum.*
* *Caſſia nictitans.* * *Violae.*

* * *Fl.*

Digitized by Google

* *Fl. Pentapetali, superi.*

281. Ribes. *Bacca* polysperma. *Cal.* corollifer. *Styl.* 2-fidus.
283. Hedera. *Bacca* 5-sperma. *Cal.* cingens fructum. *Stigm.* simplex.
1249. Plectronia. *Bacca* 2-sperma. *Cal.* unguibus clausus. *Anther.* inclusae, geminatae.
266. Phylica. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* tubulosus corollifer squamis 5 convergentibus.
282. Gronovia. *Caps.* 1-sperm. colorata. *Cal.* coloratus. *Petala* minuta.
1297. Heliconia. *Caps.* 3-cocca. *Cor.* irregularis. *Cal.* nullus.
1247. Cyrilla. *Caps.* 2-locularis, polysperma. *Stylus* bifidus. Petala acuminata.
285. Lagoecia. *Sem.* 2. nuda. *Cal.* pinnato-pectinatus. *Petala* bicornia.
236. Conocarpus. *Sem.* 1. depressum. *Recept.* aggregans. *Petala* conniventia.

* *Fl. incompleti, inferi.*

288. Achyranthes. *Sem.* 1. oblongum. *Cal.* exterior 3-phyllus, nudus.
289. Celosia. *Caps.* 3-sperma. *Cal.* exterior 3-phyllus, coloratus.
290. Illecebrum. *Caps.* 1-sperma 5-valvis. *Cal.* simplex, rudis.
291. Glaux. *Caps.* 5-sperma 5-valvis. *Cal.* simplex, rudior, campanulatus.

* *Polygonum amphibium, lapathifolium.*
* *Ceratonia.*

* *Fl. incompleti, superi.*

292. Thesium. *Sem.* 1. coronatum. *Cal.* staminifer.
* *Loranthus.* * *Trianthema monogyna.*

DIGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi.*

307. Stapelia. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectariis stellatis.
304. Cynanchum. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectario cylindrico.
303. Periploca. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectariis 5, filiformibus.
305. Apocynum. *Folliculi* 2. *Cor.* campan. Nectariis glandulosis 5. Setis 5.

Digitized by Google

306. ASCLEPIAS. *Folliculi* 2. *Cor.* reflexa: Nectariis 5, auriformibus unguiculatis.
321. SWERTIA. *Capſ.* 1-loc. 2-valvis. *Cor.* rotata: poris 5, nectariferis.
322. GENTIANA. *Capſ.* 1-loc. 2-valvis. *Cor.* tubuloſa, indeterminata.
313. CRESSA. *Capſ.* 1-ſperm. 2-valvis. *Cor.* hypocrater: limbo reflexo.
318. HYDROLEA. *Capſ.* 2-loc. 2-valvis. *Cor.* rotata.
1339. PORANA. *Fruct.* 2-valvis. *Calyx* in fructu grandifactus. *Stylus* elongatus, ſemibifidus.
319. SCHREBERA. *Fruct.* 2-locularis. *Cor.* infundib. *Nectarii Squama* filamentis ſingulis adnata.
1254. STERIS. *Bacca* polyſperma. *Cor.* rotata.

* *Fl. Pentapetali, inferi.*

447. VELEZIA. *Capſ.* 1-loc. 1-valvis. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubuloſus.
1293. LINCONIA. *Capſ.* 2-loc. *Petalis* lacuna. *Cal.* 4-phyllus.
317. NAMA. *Capſ.* 1-loc. 2-valvis. *Cor.* 5-petala, minor.
320. HEUCHERA. *Capſ.* 2-loc. 2-roſtrata. *Cor.* 5-petala, calyci inſerta,
312. ANABASIS. *Bacca.* 1-ſperma. *Cor.* 5-petala, minima.

* *Staphylea pinnata.*

* *Fl. incompleti.*

311. SALSOLA. *Sem.* 1, cochleatum, tectum. *Cal.* 5-phyllus.
309. CHENOPODIUM. *Sem.* 1, orbiculare. *Cal.* 5-phyllus foliolis concavis.
310. BETA. *Sem.* 1, reniforme. *Cal.* 5-phyllus, baſi ſemen fovens.
308. HERNIARIA. *Sem.* 1, ovatum, tectum. *Cal.* 5-partitus. *Filam.* 5, ſterilia.
314. GOMPHRENA. *Capſ.* 1-ſperma, circumſciſſa. *Cal.* diphyllus, compreſſus, coloratus.
315. BOSEA. *Bacca* 1-ſperma. *Cal.* 5-phyllus.
316. ULMUS. *Bacca* exſucca, compreſſa. *Cal.* 1-phyllus, emarceſcens.

* *Rhamnus Zizyphus.*
* *Polygonum virginianum.*
* *Trianthema pentandra.*

* *Fl.*

Digitized by Google

* *Fl. Pentapetali, superi, dispermi.* Umbellatae.

A. *Involucro universali partialique.*

323. PHYLLIS. *Fl.* dispersi.
324. ERYNGIUM. *Fl.* capitati. *Recept.* paleaceum.
325 HYDROCOTYLE. *Fl.* subumbellati fertiles.
Sem. compressa.
326. SANICULA. *Fl.* subumbellati, abortivi.
Sem. muricata.
327. ASTRANTIA. *Fl.* umbellati, abortivi. *Invol.* colorata.
Sem. rugosa.
345. HERACLEUM. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* deciduum.
Sem. membranacea.
352. OENANTHE. *Fl.* radiati, abortivi radio. *Invol.* simplex.
Sem. coronata, sessilia.
329. ECHINOPHORA. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* simplex.
Sem. sessilia.
331. CAUCALIS. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* simplex.
Sem. muricata.
332. ARTEDIA. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum.
Sem. margine crenis foliaceis.
333. DAUCUS. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum.
Sem. hispida.
330. TORDYLIUM. *Fl.* radiati, fertiles. *Invol.* simplex.
Sem. margine crenata.
344. LASERPITIUM. *Fl.* flosculosi, abortivi. *Pet.* cordata.
Sem. 4-alata.
339. PEUCEDANUM. *Fl.* flosculosi, abortivi. *Invol.* simplex.
Sem. depressa, striata.
334. AMMI. *Fl.* flosculosi, fertiles. *Invol.* pinnatum.
Sem. gibba, laevia.
341. HASSELQUISTIA. *Fl.* flosc fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* Radii
plana; Disci urceolata.
336. CONIUM. *Fl.* flosc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* gibba
costato-fulcata. *Involucella* dimidiata.
335. BUNIUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Involucella*
setacea.
338. ATHAMANTA. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* convexa, striata.
328 BUPLEURUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* involuta. (*Plerisque folia indivisa s. involucella petaliformia.*)
348. SIUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* subovata, striata.

Digitized by Google

337. SELINUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* depressa, striata.
351. CUMINUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Umb.* 4-fida. *Invol.* setaceis, longissimis.
343. FERULA. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* plana.
340. CRITHMUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiuscula *Inv.* horizontale.
350. BUBON. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiusc. *Inv.* 5-phyllum.
342. CACHRYS. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiusc. *Sem.* cortice suberoso.
346. LIGUSTICUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* involuta. *Invol.* membranacea.
347. ANGELICA. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiusc. *Umbellulae* globosae.
349. SISON. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiusc. *Umb.* depauperata.

B. *Involucris partialibus*; universali nullo.

355. ÆTHUSA. *Fl.* subradiat. fert. *Involucella* dimidiata.
356. CORIANDRUM. *Fl.* radiat. abortivi. *Fr.* subglobosi.
357. SCANDIX. *Fl.* radiat. abort. *Fr.* oblongi.
358. CHAEROPHYLLUM. *Fl.* flosc. abort. *Invol.* 5-phylla.
353. PHELLANDRIUM. *Fl.* flosc. fertiles. *Fr.* coronati.
359. IMPERATORIA. *Fl.* flosc. fertiles. *Umb.* expanso-plana.
360. SESELI. *Fl.* flosc. fertiles. *Umb.* rigidula.
354. CICUTA. *Fl.* flosc. fertiles. *Pet.* paniuscula.

* *Bupleurum rotundifolium, Apium Petros. et Anisum.*

C. *Involucro nullo*; nec universali, nec partialibus.

363. SMYRNIUM. *Fl.* flosc. abortivi. *Sem.* reniformia, angulata.
364. CARUM. *Fl.* flosc. abortivi. *Sem.* gibba, striata.
361. THAPSIA. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* membranaceo-alata, emarginata.
362. PASTINACA. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* depresso-plana.
364. ANETHUM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* marginata, striata.
368. ÆGOPODIUM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* gibba, striata. *Pet.* cordata.
367. APIUM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* minuta, striata. *Pet.* inflexa.
366. PIMPINELLA. *Fl.* flosc. fertiles. *Umbellæ ante florescentiam nutantes.) Pet. cordata.*

TRI-

Digitized by Google

TRIGYNIA.

* *Fl. superi.*

370. VIBURNUM. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1-sperma.
372. SAMBUCUS. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-sperma.

* *Fl. inferi.*

369. RHUS. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-sperma.
371. CASSINE *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-sperma.
373. SPATHELIA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 3-locularis, 3-gona, 1-sperma. *Filamenta* basi dentata.
374. STAPHYLEA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 2-s. 3-fida, inflata.
375. TAMARIX. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis. *Sem.* papposa.
381. DRYPIS. *Cor.* 5-petala, coronata. *Caps.* 1-sperma, circumscissa.
376. TURNERA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis. *Cal.* 1-phyllus corollifer.
383. SAROTHRA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis, colorata. *Cal.* 1-phyllus.
380. ALSINE. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 2-fida.
377. TELEPHIUM. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locul. triquetra. *Cal.* 5-phyllus.
378. CORRIGIOLA. *Cor.* 5-petala. *Sem.* 1, triquetrum. *Cal.* 5-partitus.
379. PHARNACEUM. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 3-locularis.
1299. XYLOPHYLLA. *Cal.* 5-partitus. *Caps.* 3-cocca: seminibus binis.
382. BASELLA. *Cor.* nulla. *Cal.* 6-fidus. *Sem.* 1. globosum, calyce baccato.

* *Rhamnus Paliurus.*

* *Celastrus.*

TETRAGYNIA.

384. PARNASSIA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 4-valvis. *Nectar.* 5, ciliato-glandulosa.
385. EVOLVULUS. *Cor.* 1-petala. *Caps.* 4-locularis.

Digitized by Google

PENTAGYNIA.

* *Fl. superi.*

386. ARALIA. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-sperma.

* *Fl. inferi.*

392. CRASSULA. *Cor.* 5-partita. *Caps.* 5 polyspermae.
1340. GISEKIA. *Cor.* 0. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 5 rotundae, 5-spermae.
389. LINUM. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 10-locularis, 2-sperma.
390. ALDROVANDA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis, 10-sperma.
391. DROSERA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locul. apice dehiscens.
1255. MAHERNIA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 5-locularis.
393. SIBBALDIA. *Cor.* 5-petala. *Sem.* 5. *Cal.* 10-fidus.
388. STATICE. *Cor.* 5-partita. *Sem.* 1, calyce infundib. vestitum.

* *Cerastium pentandrum.*
* *Spergula pentandra.*
* *Gerania pentandra.*

POLYGYNIA.

394. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus. *Nectar.* 5 lingulata. *Sem.* numerosa.

* *Ranunculus hederaceus.*

MONO-

Digitized by Google

MONOGYNIA.

179. **HELIOTROPIUM.** *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida, interjectis dentibus: fau-
187. cibus clausa fornicibus.

peruvianum. 1. H. foliis lanceolato-ovatis, caule frutescente, spicis numerosis aggregato-corymbosis. *Murray pl. Gott.* 141. *Caules bipedales, fruticosi, hirti, inferius longius ramosi. Folia elliptica s. ovato-oblonga, lineata, rugosa, pubescenti-scabra, utrinque viridia, brevius petiolata. Pedunculi versus extremitates hirti, bifidi, s. dichotomi. Spicae secundae, recurvatae. Corollae caerulescentes, similes H. indico.*

indicum. 2. H. fol. cordato-ovatis acutis scabriusculis, spicis solitariis, fruct. bifidis.

parviflorum. H. fol. ovatis rugosis scabris oppositis alternis, spicis conjugatis. *Mant.* 201. * Heliotropium barbadense, flor. albo minimo. *Dill. elth.* 173. *t.* 146. *f.* 175. Heliotropium angiospermum *Murr. pl. Gott. p.* 217.

europaeum. 3. H. fol. ovatis integerrimis tomentosis rugosis, spicis conjugatis.

supinum. 4. H. fol. ovatis integerrimis tomentosis plicatis, spicis solitariis. *Gou. monsp.* 17. *c. figura.*

fruticosum. 5. H. fol. lineari-lanceolatis pilosis, spicis solitariis sessilibus.

curassavicum. 6. H. fol. lanceolato-linearibus glabris aveniis, spicis conjugatis. *Mant.* 333. * *Burm. ind.* 41. *t.* 16. *f.* 2.

orientale. 7. H. fol. linearibus glabris aveniis, flor. sparsis lateralibus.

gnaphalodes. 8. H. fol. linearibus obtusis tomentosis, pedunc. dichotomis, spicar. flor. quaternis, caule frutescente. *Jacq. amer.* 25. *t.* 173. *f.* 11. *Moris. hist.* 3. *s.* 11. *t.* 28. *f.* 6.

180. **MYOSOTIS.** *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida, e-
188. marginata: fauce clausa fornicibus.

scorpioides. 1. M. semin. laevibus, foliorum apicibus callosis. *Oed. dan.* 58.

fru-

Digitized by Google

fruticosa. M. femin. laevibus, caule fruticoso laevi. *Mant.* 201. * *Differt a M. scorpioide caule fruticoso.*

virginiana. 2. M. femin. aculeato-glochidibus, fol. ovato-oblongis, ramis divaricatis. *Folia magna.*

Lappula. 3. M. femin. aculeis glochidibus, fol. lanceolatis pilosis.

apula. 4. M. femin. nudis, fol. hispidis, racemis foliosis *Pluk. phyt.* 16. *f.* 5.

181. LITHOSPERMUM. *Cor.* infundib. fauce perforata, nuda. *Cal.* 5-partitus.
189.

officinale. 1. L. sem. laevibus, corollis vix calycem superantibus, fol. lanceolatis. *Canadense totum hirtum.*

arvense. 2. L. sem. rugosis, cor. vix calycem superantibus. *Oed. dan.* 456.

virginicum. 3. L. fol. subovalibus nervosis, cor. acuminatis.

orientale. 7. L. ramis floriferis lateralibus, bracteis cordatis amplexicaulibus. *Anchusa* orientalis. *Sp. pl.* 191. *Caulis sterilis erectus, pilis rarioribus. Folia lanceolata, basi angustiora, integerrima, obtusa, utrinque pilis roriferis. Rami floriferi ex alis foliorum inferiorum: Bracteis cordatis, minoribus, piloso roridis. Flores subpedunculati, lutei, infundibuliformes absque fornicibus, fauce patulà. Stamina tubo breviora, Antheris nigris.*

purpuro-coeruleum. 4. L. sem. laevibus, cor. calycem multoties superantibus. *Jacq. Aust. t.* 14.

fruticosum. 5. L. fruticosum, fol. linearibus hispidis, staminibus corollam aequantibus.

dispermum. 6. L. seminibus duobus, calycibus patentibus. *Semina tantum duo sunt, nec tamen bilocularia. Calyx quasi inflatus.*

182. ANCHUSA. *Cor.* infundibulif. fauce clausa fornicibus. *Sem.* basi insculpta.
191.

officinalis. 1. A. fol. lanceolatis, spicis imbricatis secundis. *Oed. dan.* 572.

angustifolia. 2. A. racemis subnudis conjugatis.

undu-

Digitized by Google

undulata. 3. A. strigosa, fol. linearibus dentatis, pedicellis bractea minoribus, calyc. fructiferis inflatis. *Bocc. mus. t. 77.*
tinctoria. 7. A. tomentosa, fol. lanceolatis obtusis, stamin. corolla brevioribus.
virginica. 5. A. floribus sparsis, caule glabro.
lanata. 6. A. fol. villosis, calycibus hirsutis, staminib. corolla longioribus. (*excluso Synonymo.*)
sempervirens. 8. A. pedunculis diphyllis capitatis. *Caules ad latera capitis radicis, erecti, hispidi. Folia ovata, lineata, alba maculata, petiolata, remota. Pedunculi axillares, Bracteis 2 oppositis, sessilibus, lanceolato-ovatis, multiflori. Corollae caeruleae tubo brevi, uti Omphalodis.*

183. CYNOGLOSSUM. *Cor.* infundibuliform. fauce clausa fornicibus. *Semina* depressa, interiore tantum latere stylo affixa.
192.

officinale. 1. C. stamin. corolla brevioribus, fol. lato-lanceolatis tomentosis sessilibus.
virginicum. 2. C. fol. spatulato-lanceolatis lucidis basi trinerviis, bractea pedunculorum amplexicauli. Cynoglossum foliis amplexicaulibus. *Gron. virg. 19. Nimis affinis C. officinali, foliis supra lucidis mox distinguenda.*
cheirifolium. 3. C. coroll. calyce duplo longioribus, fol. lanceolatis.
apenninum 4. C. stamin. corollam aequantibus.
laevigatum. C. fol. lanceolato-ovatis glabriusculis, cal. tomentosis, sem. laevibus. Rindera tetraspis. *Pall. it. 1. p. 486. F. f. 1, 2.*
lusitanicum. 6. C. fol. lineari-lanceolatis glabris.
linifolium. 5. C. fol. lineari-lanceolatis scabris.
Omphalodes. 8. C. repens, fol. radicalibus cordatis.

Digitized by Google

184. PULMONARIA. *Cor.* infundibulif. fauce pervia.
194. *Cal.* prismatico-5-gonus.

* *Perianthium longitudine tubi corollae.*

angustifolia. 1. P. fol. radicalibus lanceolatis. *Hall. emend.* 168. *Oed. dan.* 483.

officinalis. 2. P. fol. radicalibus ovato-cordatis scabris. Symphytum maculosum f. Pulmonaria latifolia. *Bauh. pin.* 259. *Oed. dan.* 482.

suffruticosa. 6. P. fol. linearibus scabris, cal. subulatis quinquepartitis. *Sp. pl.* 1667.

* * *Calyces tubo corollae dimidio breviores.*

virginica. 3. P. calyc. abbreviatis, fol. lanceolatis obtusiusculis.

sibirica. 4. P. calyc. abbreviatis, fol. radicalibus cordatis. *Gmel. sibir.* 4. *p.* 75. *t.* 39.

maritima. 5. P. calyc. abbreviatis, fol. ovatis, caule ramoso procumbente. *Oed. dan.* 25.

185. SYMPHYTUM. *Corollae* limbus tubulato-ventricosus: fauce clausa radiis subulatis.
195.

officinale. 1. S. fol. ovato-lanceolatis decurrentibus.

tuberosum. 2. S. fol. semidecurrentibus: summis oppositis. *Jacq. obs.* 3. *p.* 12. *t.* 13. *praecedentis forte varietas. Radix alba, nec extus nigra ut praecedentis.*

orientale. 3. S. fol. ovatis subpetiolatis.

186. CERINTHE. *Corollae* limbus tubulato-ventricosus: fauce pervia. *Semina* 2, bilocularia.
195.

major. 1. C. fol. amplexicaulibus, corollis obtusiusculis patulis.

minor. 2. C. fol. amplexicaulibus integris, corollis acutis clausis.

Digitized by Google

187. ONOSMA. *Corolla* campanulata: fauce pervia. *Semina* 4.
196.

simplicissima. 1. O. fol. confertis lanceolato-linearibus pilosis. *Apex floriferus nutans.*
orientalis. 2. O. fol. lanceolatis hispidis, fructibus pendulis.
echioides. 3. O. fol. lanceolatis hispidis, fructibus erectis.

188. BORAGO. *Corolla* rotata: fauce radiis clausa.
197.

officinalis. 1. B. fol. omnibus alternis, calyc. patentibus. *Pedunculi terminales, multiflori.*
indica. 2. B. fol. ramificationum oppositis amplexicaulibus, pedunc. unifloris.
africana. 4. B. fol. oppositis petiolatis ovatis, pedunc. multifloris. *Murr. Gott.* 142. *Planta hispida, stimulis adspersa. Folia ovata, opposita, petiolata, at floralia alterna. Pedunculi e summis alis et ramulis, pilosi, multiflori. Flores parvi, cernui, caerulei, medio flavo; punctis 5 purpureis.*
zeylanica. B. fol. rameis alternis sessilibus, pedunc. unifloris, cal. inauritis. *Mant.* 202. * Borago zeylanica. *Burm. ind.* 41. *t.* 14. *f.* 2. Anchusa buglossoides, lithospermi semine. *Pluk. mant.* 13. *t.* 335. *f.* 4.
orientalis. 4. B. calyc. tubo corollae brevioribus, fol. cordatis. *Pedunculi axillares multiflori.*

189. ASPERUGO. *Cal.* fructus compressus: lamellis plano-parallelis, sinuatis.
198.

procumbens. 1. A. calyc. fructus compressis. *Oed. dan.* 552.
aegyptiaca. 2. A. calyc. fructus ventricosis. *Mant.* 334. *

190. LYCOPSIS. *Corolla* tubo incurvato.
198.

vesicaria. 1. L. fol. integerrimis, caule prostrato, cal. fructescentibus inflatis pendulis.
pulla. 2. L. fol. integerrimis, caule erecto, cal. fructescentibus inflatis pendulis.

vario-

Digitized by Google

variegata. 3. L. fol. repandis dentatis callofis, caule decumbente, corollis cernuis. Lycopſis cretica. *Riv. mon. Oed. dan.* 435.

arvenſis. 4. L. fol. lanceolatis hiſpidis, calyc. floreſcentibus erectis.

orientalis. 5. L. fol. ovatis integerrimis ſcabris, calyc. erectis.

virginica. 6. L. fol. lineari-lanceolatis confertis tomentoſis mollibus, caule erecto.

191. ECHIUM. *Cor.* irregularis, fauce nuda.

199.

fruticoſum. 1. E. caule fruticoſo, ramis foliisque piloſis. Bugloſſum africanum, echii folio, flore purpureo. *Pluk. mant.* 33. *t.* 341. *f.* 7. *Stamina corolla non longiora.*

argenteum. E. fol. linearibus albido-hirſutis apice patulis. *Mant.* 202. Echium argenteum. *Berg. cap.* 40.

capitatum. 8. E. caule piloſo, flor. capitato-corymboſis aequalibus, ſtamin. corolla longioribus, fol. hiſpidis. *Mant.* 42. *

plantagineum. E. fol. radicalibus ovatis lineatis petiolatis *Mant.* 202. * Echium lato plantaginis folio, italicum *Barr. rar.* 145. *f.* 1026.

laevigatum. 2. E. caule laevi, fol. lanceolatis nudis margine apiceque ſcabris, corollae aequalibus. (*excluſo ſynonymo Plukeneti.*) *β.* Echium pyrenaicum. *Mant.* 334. * Echium majus et aſperius, flore dilute purpureo *Tournef. inſt.* 135. Lycopſis monſpeliaca, flore dilute purpureo. *Moriſ. blaeſ.* 284.

italicum. 3. E. caule erecto piloſo, ſpicis hirſutis, corollis ſubaequalibus, ſtaminib. longiſſimis. *Murr. pl. Gott.* 143. *Hudſ. angl.* 70.

vulgare. 4. E. caule tuberculato-hiſpido, fol. caulinis lanceolatis hiſpidis, flor. ſpicatis lateralibus. *Oed. dan.* 445.

violaceum. 9. E. corollis ſtamina aequantibus, tubo calyce breviore. *Mant.* 42. *

creticum. 5. E. caule procumbente, calyc. fructeſcentibus diſtantibus. *Corollae ſaturate rubrae tubo calycibus breviore. Filamenta apice parum piloſa.*

orientale. 6. E. caule ramoſo, fol. caulinis ovatis, flor. ſolitariis lateralibus. *Tournef. itin.* 2. *p.* 107. *f.* 107.

luſitanicum. 7. E. corollis ſtamine longioribus. 1245.

Digitized by Google

191. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* infundibulif. fauce nuda. *Bacca* suberosa, bipartibilis: singulo dispermo.

Arguzia MESSERSCHMIDIA. *Mant.* 42. * 334. * Tournefortia sibirica. *Sp. pl.* 202. *Act. petrop.* 1763. *t.* 315. *t.* 11. 2.

192. TOURNEFORTIA. *Bacca* 2-locularis, disperma, supera, apice duobus poris perforata.
201.

serrata. 1. T. fol. ovatis serratis, petiol. spinescentibus, spic. terminalibus recurvis.

hirsutissima. 2. T. fol. ovatis petiolatis, caule hirsuto, spic. ramosissimis terminalibus.

volubilis. 3. T. fol. ovatis acuminatis glabris, petiol. reflexis, caule volubili.

foetidissima. 4. T. fol. ovato-lanceolatis hirtis, pedunc. ramosis, spic. pendulis.

humilis. 5. T. fol. lanceolatis sessilibus, spic. simplicibus recurvis lateralibus.

cymosa. 5. T. fol. ovatis integerrimis nudis, spic. cymosis.

suffruticosa. 8. T. fol. sublanceolatis incanis, caule suffruticoso.

193. NOLANA. *Cor.* campanulata. *Stylus* inter germina. *Sem.* 5, baccata, bilocularia.
202.

prostrata. 1. NOLANA. *Linn. dec.* 1. *t.* 2. *Mant.* 334. * Atropa foliis geminatis, calycibus polycarpis, caule humifuso. *Gouan. hort.* 82. *t.* Walkeria. *Ehret. act. angl.* 1764. *n.* 53. p. 130. t. 10. Zwingera. *Act. helv.* 5. *p.* 267. *t.* 1. Neudorffia peruviana repens, flore caeruleo. *Plant. fam.* 219.

194. DIAPENSIA. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 5-phyllus, imbricatus foliolis tribus. *Stamina* tubo corollae imposita. *Caps.* 3-locularis.
202.

lapponica. 1. D. florib. pedunculatis. *Oed. dan.* 47.

Digitized by Google

195. ARETIA. *Cor.* hypocraterif. 5-fida: tubo ovato.
203. *Stigma* depresso-capitatum. *Caps.* 1-locularis, globosa, subpentasperma.

helvetica. A. fol. imbricatis, flor. subsessilibus. Diapensia helvetica. *Mant.* 335. *Jacq. vind.* 303. *Capsula 5-valvis. Semina cuneiformi-globosa,* 5. *s.* 3.

alpina. 1. A. fol. linearibus patentibus, flor. pedunculatis. *Mant.* 335. * *Hall. act.* 6. *p.* 16. *n.* 58. *Flores caerulei segmentis emarginatis: Capsula 5-valvis.*

Vitaliana. A. fol. linearibus recurvatis, floribus subsessilibus. Primula Vitaliana. *Sp. pl.* 206. *Allion. pedem.* 24. *Flores lutei. Semina* 5. *Haller.*

196. ANDROSACE. *Involucrum* umbellulae. *Corollae*
203. tubus ovatus: ore glanduloso. *Caps.* 1-locularis, globosa.

maxima. 1. A. perianthiis fructuum maximis.

elongata. 7. A. fol. subdentatis, pedicellis longissimis, corollis calyce brevioribus. *Gmel. sib.* 4. *t.* 44. *f.* 4.

septentrionalis. 2. A. fol. lanceolatis dentatis glabris, perianth. angulatis corolla brevioribus. *Oed. dan.* 7.

villosa. 3. A. fol. pilosis, perianth. hirsutis.

lactea. 4. A. fol. lanceolatis glabris, umbella involucris multoties longiore.

carnea. 5. A. fol. subulatis glabris, umbella involucra aequante. *Folia plana, margine scabra. Umbella demum involucro longior. Haller.*

197. PRIMULA. *Involucr.* umbellulae. *Corollae* tubus
204. cylindricus: ore patulo.

veris. 1. P. fol. dentatis rugosis. *Oed. dan.* 433. *β* 434. *γ* 194. in P. acauli *Scapus brevissimus sub terra latet pedunculis elongatis.*

farinosa. 2. P. fol. crenatis glabris, florum limbo plano. *Oed. dan.* 125.

Auricula. 3. P. fol. serratis glabris.

mini-

Digitized by Google

minima. 5. P. fol. cuneiformibus dentatis nitidis hirſutis, ſcapis ſubunifloris. Primula foliis cuneiformibus nitidis, ſcapis unifloris: *Jacq. vind.* 208. *ſpec. t.* 14. Primula foliis petiolatis hirſutis ovatis ſerratis, ſcapo paucifloro. *Hall. emend.* 40. *Involucrum diphyllum. Calyx tubo brevior, unicus, ſeſſilis: Corolla lutea, intus hirſuta.*

cortuſoides. 7. P. fol. petiolatis cordatis ſublobatis crenatis.

integrifolia. 4. P. fol. integerrimis glabris oblongis, calyc. tubuloſis obtuſis. *Jacq. vind.* 209. *ſpec. t.* 15. *Oed. dan.* 188. *Corollae laciniae ſemibifidae, Tubo ſimplici absque collo coarctato.*

198. CORTUSA. *Corolla* rotata: fauce annulo elevato.
206. *Capſ.* 1-locularis, ovalis, apice 5-valvi.

Matthioli. 1. C. calycibus corolla brevioribus. *All. act. helv.* 4. p. 271.

Gmelini. 2. C. calycibus corollam excedentibus. *Gmel. ſibir.* 4. *p.* 79. *t.* 43. *f.* 1. *Folia reniformi-cordata, crenis lobata lobis rotundatis, pilis adſperſa, longius petiolata. Scapi nudi, foliis altiores. Umbella ſubtriflora involucri foliolis ovatis. Corollae albae.*

199. SOLDANELLA. *Corolla* campanulata, lacero-multifida. *Capſ.* 1-locularis, apice multidentata.
206.

alpina. 1. Soldanella. *Jacq. auſtr. t.* 13. *Scapus biflorus.*

200. DODECATHEON. *Cor.* rotata, reflexa. *Stam.* tubo inſidentia. *Capſ.* 1-locularis, oblonga.
207

Meadia. 1. Dodecatheon.

201. CYCLAMEN. *Cor.* rotata, reflexa, tubo breviſſimo: fauce prominente. *Bacca* tecta capſula.
207.

europaeum. 1. C. corolla retroflexa.

indicum. 2. C. corolla limbo nutante.

Digitized by Google

202. MENYANTHES. *Corolla* hirsuta. *Stigma* 2-fidum
207. *Caps.* 1-locularis.

Nymphoides. 1. M. fol. cordatis integerrimis, coroll. ciliatis. *Oed. dan.* 339. Limnanthemum peltatum *Gmel. act. petrop.* 1769. *v.* 14. *p.* 527. *t.* 17. *f.* 2.
indica. 2. M. fol. cordatis subcrenatis, petiolis floriferis, coroll. interne pilosis. *Rumph. amb.* 6. *t.* 72.
trifoliata. 3. M. foliis ternatis. *Oed. dan.* 541.

203. HOTTONIA. *Corolla* hypocrateriformis. *Stamina*
208. tubo corollae imposita. *Caps.* 1-locularis.

palustris. 1. H. pedunculatis verticillato-multifloris. *Oed. dan.* 487.
indica. A. H.? pedunculis axillaribus unifloris. Gratiola malabarica fol. stellatim dentatis. *Pet. gaz. t.* 54. *f.* 11. *male.* Erica africana, equiseti folio *Seb. mus.* 2. *t.* 37. *f.* 5. *Genus etiamnum dubium.*

204. HYDROPHYLLUM. *Cor.* campanulata, interne
208. striis 5, melliferis, longitudinalibus. *Stigm.* 2-fidum. *Caps.* globosa, 2-valvis.

virginicum. 1. H. foliis pinnatifidis. Dentariae affinis, Echii flore, capsula anagallidis. *Dod. mem.* 77. *t.* 77.
canadense. 2. H. foliis lobato-angulatis.

244. ELLISIA *Cor.* infundibuliformis, angusta, *Bacca*
244. sicca, bilocularis, bivalvis. *Sem.* 2, punctata: altero supra alterum.

Nyctelea. 1. Ellisia *Mant.* 336. Planta lithospermo affinis. *E. N. C.* 1761. *p.* 330. *Affinis Hydrophylli.*

205. LYSIMACHIA. *Cor.* rotata. *Caps.* globosa, mucronata, 10-valvis.

* *Pedunculis multifloris.*

vulgaris

Digitized by Google

vulgaris. 1. L. paniculata: racemis terminalibus.
Ephemerum. 2. L. racem. ſimplicibus terminalibus, petalis obtuſis, ſtamin. corolla brevioribus.
atropurpurea. 3. L. ſpicis terminalibus, petalis lanceolatis, ſtamin. corolla longioribus.
thyrſiflora. 4. L. racemis lateralibus pedunculatis. *Oed. dan.* 517.

* * *Pedunculis unifloris.*

quadrifolia. 5. L. fol. quaternis petiolo ciliatis, pedunc. quaternis unifloris. β LYSIMACHIA ciliata *Sp. pl.* 220. *Folia in ſummis ramulis quaterna. Pedunculi gemini uniflori, ſub calyce turbinati. Flores cernui. Petala ſerrata, mucronata.*
punctata. 6. L. fol. ſubquaternis ſubſeſſilibus, pedunc. verticillatis unifloris.
Linum ſtellatum. 8. L. calyc. corollam ſuperantibus, caule erecto ramoſiſſimo. *Corolla Centunculi 5-fida. Fructus 5-valvis.*
nemorum. 9. L. fol. ovatis acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente. *Oed. dan. t.* 174.
Nummularia. 10. L. fol. ſubcordatis, flor. ſolitariis, caule repente. *Oed. dan.* 493.

206. ANAGALLIS. *Cor.* rotata. *Capſ.* circumſciſſa. 211.

arvenſis. 1. A. fol. indiviſis, caule procumbente. *Oed. dan.* 88.
monelli. 2. A. fol. indiviſis, caule erecto.
latifolia. 3. A. fol. cordatis amplexicaulibus, caule compreſſo.
linifolia. 4. A. fol. linearibus, caule erecto.
tenella. A. fol. ovatis acutiuſculis, caule repente. Lyſimachia tenella. *Sp. plant.* 11. *Stamina villoſa. Capſula circumſciſſa. P. Browne.*

207. THEOPHRASTA. *Cor.* campanul. laciniis et diviſuris obtuſis. *Capſ.* 1-locularis, globoſa, maxima, polyſperma. 212.

americana. 1. THEOPHRASTA.

209. SPIGELIA. *Cor.* infundibulif. *Capſ.* didyma, 2-
213. locularis, polyſperma.

Anthelmia. 1. S. caule herbaceo, foliis ſummis quaternis.
marilandica. S. caule tetragono fol. omnibus oppoſitis. Lonicera *marilandica* ſpicis terminalibus, foliis ovato-oblongis acuminatis diſtinctis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 249. *Hope act. edinb. 3. ann. 1771. p. 151. t. 1. Mant. 338.* Radix perennis. Caules annui. Spica ſolitaria ſecunda.*

210. OPHIORRHIZA. *Cor.* infundibulif. *Germen* 2-fidum.
213. *Stigmata* 2. *Fructus* 2-lobus.

Mungos. 1. O. foliis lanceolato-ovatis.
Mitreola. 2. O. foliis ovatis.

1248. LISIANTHUS. *Cor.* tubo ventricoſo laciniis recurvatis. *Cal.* carinatus. *Stigm.* 2-lobum. *Capſ.* 2-locularis, oblonga.

longifolius. 1. L. fol. lanceolatis. *Mant.* 43.
cordifolius. 2. L. fol. cordatis. *Mant.* 43.

211. RANDIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* hypocraterif. *Bac-*
203. *ca* 1-locularis cortice capſulari.

mitis. 1. R. ſubinermis. (*Synonyma Sloanei et Raji dubia*)
aculeata. 2. R. ramis biſpinoſis.

212. AZALEA. *Cor.* campanulata. *Stamina* receptacu-
214. lo inſerta. *Capſ.* 5-locularis.

pontica. 2. A. fol. nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Sp. pl.* 1669.
indica. 1. A. flor. ſubſolitariis, calyc. piloſis.
nudiflora. 2. A. fol. ovatis, corollis piloſis, ſtaminibus longiſſimis.
viſcoſa. 4. A. fol. margine ſcabris, corollis piloſo-glutinoſis.
lapponica. 5. A. foliis adſperſis punctis excavatis.
procumbens. 6. A. ramis diffuſo-procumbentibus. *Oed. dan.* 9.

Digitized by Google

213. **PLUMBAGO.** *Cor.* infundibulif. *Stamina* squamis
215. basin corollae claudentibus inserta. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1, oblongum, tunicatum.

europaea. 1. P. fol. amplexicaulibus lanceolatis scabris. *Calyx extus tuberculis baseos 5 praeter glandulas petiolatas.*
zeylanica. 2. P. fol. petiolatis ovatis glabris, caul. filiformibus.
rosea. 3. P. fol. petiolatis ovatis glabris, subdenticulatis, caule geniculis gibbosis.
scandens 4. P. fol. petiolatis ovatis glabris, caule flexuoso-scandente.

1246. **NIGRINA.** *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* inflatus. *Stigma* obtusum. *Caps.?* bilocularis.

viscosa. 1. NIGRINA. *Mant.* 42. * Melasma scabrum. *Berg. cap.* 162. *t.* 3. *f.* 4.

214. **PHLOX.** *Cor.* hypocraterif. *Filamenta* inaequalia.
216. *Stigma* 3-fidum. *Cal.* prismaticus. *Caps.* 3-locularis, 1-sperma.

paniculata. 1. P. fol. lanceolatis margine scabris, corymbis paniculatis.
maculata. 2. P. fol. lanceolatis laevibus, racemo opposite corymboso. *Mant.* 335. *
pilosa. 3. P. fol. lanceolatis villosis, caule erecto, corymbo terminali.
carolina. 4. P. fol. lanceolatis laevibus, caul. scabro, corymbis subfastigiatis.
glaberrima. 5. P. fol. lineari-lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminali.
divaricata. 6. P. fol. lato-lanceolatis: superioribus alternis, caule bifido, pedunculis geminis.
ovata. 7. P. fol. ovatis, floribus solitariis.
subulata. 8. P. fol. subulatis hirsutis, flor. oppositis.
sibirica. 9. P. fol. linearibus villosis, pedunc. ternis. *Gmel. sibir.* 4. *p.* 87. *t.* 46. *f.* 2.
setacea. 10. P. fol. setaceis glabris, flor. solitariis.

Digitized by Google

1339. PORANA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 5-fidus, in fructu maior. *Stylus* semibifidus, longior, persistens. *Stigmata* globosa. *Per.* bivalve.

volubilis. Porana. *Burm. ind.* 51. *t.* 21. *f.* 1. *Mant.* 560.

215. CONVOLVULVS. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigm.* 2. *Capf.* 2-locularis: loculis
218. dispermis.

* *Caule volubili.*

arvensis. 1. C. fol. sagittatis utrinque acutis, pedunc. subunifloris. *Oed. dan.* 459.

sepium. 2. C. fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. tetragonis unifloris. *Oed. dan.* 458.

Scammonia. 3. C. fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. teretibus subtrifloris.

sibiricus. C. fol. cordatis acuminatis laevibus, pedunc. unifloris. *Mant.* 203. *

farinosus. C. fol. cordatis acuminatis repandis, pedunc. trifloris, caul. farinoso. *Mant.* 203. * *Jacq. hort. t.* 35.

Medium. 4. C. fol. linearibus hastato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunc. unifloris, calyc. sagittatis, caule volubili. *Affinis C. reptantis.*

panduratus. 5. C. fol. cordatis integris panduriformibus, calyc. laevibus.

carolinus. 6. C. fol. cordatis integris trilobisque villosis, calyc. laevibus, caps. hirsutis, pedunc. subbifloris.

hederaceus. 7. C. fol. cordatis integris trilobisque, coroll. indivisis, fructibus erectis.

Nil. 8. C. fol. cordatis trilobis, coroll. semiquinquefidis, pedunculis petiolo brevioribus.

purpureus. 9. C. fol. cordatis indivisis, fructibus cernuis, pedicellis incrassatis.

angularis. C. fol. cordatis quinquangularibus integerrimis villosis, pedunc. multifloris. *Mant.* 203. *Burm. ind.* 46. *t.* 19. *f.* 2.

Batatas. 10. C. fol. cordatis hastatis quinquenerviis, caule repente tuberifero hispido. *An hujus plures species distinctae?*

biflorus

biflorus. 43. C. fol. cordatis pubeſcentibus, pedunc. geminis, corollis lobis trifidis. *Sp. pl.* 1668.

verticillatus. 12. C. fol. cordatis oblongis nudis, pedunc. umbellatis bifidis multifloris.

umbellatus. 13. C. fol. cordatis, caule volubili, pedunc. umbellatis.

malabaricus. 14. C. fol. cordatis glabris, caule perenni villoſo.

canarienſis. 15. C. fol. cordatis pubeſcentibus, caule perenni villoſo, pedunc. multifloris.

muricatus. 47. C. fol. cordatis, pedunc. incraſſatis calycibusque laevibus, caule muricato. *Mant.* 44.

anceps. 44. C. fol. cordatis, caule volubili utrinque carinato. *Mant.* 43. *

Turpethum. 17. C. fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multifloris.

peltatus. 16. C. fol. peltatis, pedunc. multifloris. *Rumph. amb.* 5. *t.* 157.

Jalapa. 45. C. fol. difformibus: cordatis angulatis oblongis lanceolatisque, caule volubili, pedunculis unifloris. *Mant.* 43. *

ſericeus. 46. C. fol. lanceolato-ellipticis, ſubtus tomentoſo-ſericeis, pedunc. ſubumbellatis, calyc. piloſis, caule volubili. *Mant.* 43. * Convolvulus mollis. *Burm. ind.* 44. *t.* 17. *f.* 1.

tomentoſus. 18. C. fol. trilobis tomentoſis, caule lanuginoſo.

althaeoides. 19. C. fol. cordatis ſinuatis ſericeis: lobis repandis, pedunc. bifloris. *Spontanea pedunculis unifloris eſt.*

cairicus. 21. C. fol. pinnato-palmatis ſerratis, pedunc. filiformibus paniculatis, cal. laevibus. (*Excluſo C. Bauhini ſyuonymo.*)

copticus. C. fol. pedatis ſerratis, pedunc. enſiformibus bifloris, calyc. muricatis. *Mant.* 559. * Convolvulus quinquefolius. *Bauh. prodr.* 134.

vitifolius. C. fol. palmatis quinquelobis glabris dentatis, caule piloſo, pedunc. multifloris. *Burm. ind.* 45. *t.* 18. *f.* 1. *Mant.* 203. Convolvulo ſimilis bryoniae albae foliis villoſis. *Pluk. alm.* 135. *t.* 25. *f.* 3.

diſſectus. C. fol. palmatis ſeptempartitis dentato-ſinuatis glabris, caule piloſo, pedunc. unifloris. *Jacq. obſ.* 2. *p.* 4. *t.* 28.

Digitized by Google

macrocarpus. 20. C. fol. palmato-pedatis quinquepartitis, pedunc. unifloris.

paniculatus. 21. C. fol. palmatis: lobis septem ovatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis. β Modecca. *Rheed. mal. 8. p. 39. t. 20. Variat foliis 3-lobis s. 5-lobis.*

macrorhizos. 22. C. fol. digitatis septenis integerrimis, caule glabro, pedunc. trifloris.

quinquefolius. 23. C. digitatis glabris dentatis, pedunc. laevibus.

pentaphyllus. 24. C. fol. digitatis quinis pilosis integerrimis, caule piloso.
Caule prostrato, s. non volubili.

siculus. 26. C. fol. cordato-ovatis, pedunc. unifloris: bracteis lanceolatis, flor. sessilibus.

pentapetaloides. C. fol. lanceolatis obtusis nudis lineatis, ramis declinatis, flor. solitariis semiquinquefidis. *Syst. nat. 3. p. 229.*

lineatus. 29. C. fol. lanceolatis sericeis lineatis petiolatis, pedunc. bifloris, calycibus sericeis subfoliaceis. *All. taur. 55.*

Cneorum. 30. C. fol. lanceolatis tomentosis, flor. umbellatis, calyc. hirsutis, caule erecto. *Caulis terminatur Umbella tetraphylla, 5-radiata: Pedunculo centrali unifloro, aphyllo; lateralibus 4-s. 5-floris. Bracteae 2 sub bifurcatura, & 2 sub altero flore. Calyces obtusi, hirsuti uti bracteae.*

Cantabrica. 31. C. fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoso erectiusculo, calyc. pilosis, pedunc. subbifloris. Convolvulus fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoso erectiusculo, pedunc. subbifloris. *Ger. prov.* 318. *β.* Convolvulus terrestris *Sp. pl. 224.*

Dorycnium. 28. C. fol. sublinearibus sericeis, caule fruticuloso paniculato, calyc. nudiusculis obtusis.

corymbosus. 33. C. fol. cordatis, pedunc. umbellatis, caule repente.

spithamaeus. 32. C. fol. cordatis pubescentibus, caule recto, pedunculis unifloris.

persicus. 34. C. fol. ovalibus tomentosis, pedunc. unifloris. *Tota planta Verbasci instar tomentosa. Flos albus. Lerche.*

tricolor. 35. C. fol. lanceolato-ovatis glabris, caule declinato, floribus solitariis.

repens.

Digitized by Google

repens. 36. C. fol. sagittatis postice obtusis, caule repente, pedunculis unifloris.
reptans. 37. C. fol. hastato-lanceolatis: auriculis rotundatis, caule repente, pedunc. unifloris.
hirtus. 38. C. fol. cordatis subhastatisque villosis, caule petiolisque pilosis, pedunc. multifloris.
Soldanella. 39. C. fol. reniformibus, pedunc. unifloris.
Pes caprae. 40. C. fol. bilobis, pedunc. unifloris.
brasiliensis. 41. C. fol. emarginatis basi biglandulosis, pedunc. trifloris.
littoralis. 42. C. fol. oblongis lobato-palmatis, pedunc. unifloris, caule repente. *Plum. ic. 90. f. 2.*

216. IPOMOEA. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* capitato-globosum. *Caps.* 3-locularis.
227.

* *Floribus distinctis.*

Quamoclit. 1. I. fol. pinnatifidis linearibus, flor. subsolitariis.
rubra. I. fol. pinnatifidis linearibus, flor. racemosis pendulis. POLEMONIUM rubrum. *Sp. plant. 231. Generis dubii, missa a D. Ellisio. Caulis suffruticosus, rectus: Calyx monophyllus tubo brevi, dentibus subulatis tubo Calycis longioribus. Stamina corollae tubo medio inserta absque valvulis. Planta non lactescit.*
umbellata. 2. I. fol. digitatis septenis, pedunc. umbellatis brevissimis.
carolina. 3. I. fol. digitatis: foliolis petiolatis, pedunc. unifloris.
coccinea. 6. I. fol. cordatis acuminatis basi angulatis, pedunc. multifloris.
lacunosa. 7. I. fol. cordatis acuminatis scrobiculatis basi angulatis, pedunc. subunifloris flore brevioribus. Convolvulus carolinianus, flore minore sanguineo. *Raj. suppl. pag. ult.*
solanifolia. 11. I. fol. cordatis acutis integerrimis, flor. solitariis.
tuberosa. 4. I. fol. palmatis: lobis septenis lanceolatis acutis integerrimis, pedunc. trifloris. *Jacq. obs. 39.* Ipomoea heptadactyla major scandens, flore maiori campanulato, calyce membranaceo, seminibus villosis. *Brown. jam. 155. Flores sulphurei.*

digitata.

Digitized by Google

digitata. 5. I. fol. palmatis: lobis septenis lanceolatis obtusis, pedunc. trifloris.

bona nox. 9. I. fol. cordatis acutis integerrimis, caul. aculeato, flor. ternis, coroll. indivisis.

campanulata. 8. I. fol. cordatis, pedunc. multifloris, perianthio exteriore orbiculari, coroll. campanulatis lobatis.

violacea. 10. I. fol. cordatis integerrimis, flor. confertis, corollis indivisis. Convolvulus maior, folio subrotundo, fl. amplo purpureo. *Sloan. jam.* 55. *hist. 1. p. 155. t. 98. f. 1.*

carnea. 18. I. fol. cordatis glabris, pedunc. multifloris, coroll. marginatis. *Sp. pl.* 1668.

repanda. 19. I. fol. cordatis oblongis repandis, pedunc. ramosis cymosis. *Sp. pl.* 1668.

hastata. I. fol. sagittato-hastatis, pedunc. bifloris. *Burm. ind.* 50. *t.* 18. *f.* 2. *Mant.* 204.

glaucifolia. 12. I. fol. sagittatis postice truncatis. pedunc. bifloris.

triloba. 13. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. trifloris.

hederifolia. 14. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. multifloris racemosis.

* * *Floribus aggregatis.*

hepaticifolia. 15. I. fol. trilobis, flor. aggregatis. *Burm. ind. 50. t. 20. f. 2.*

tamnifolia. 16. I. fol. cordatis acuminatis pilosis; flor. aggregatis.

Pes tigridis. 17. I. fol. palmatis, flor. aggregatis.

217. POLEMONIUM. 230.

Cor. 5-partita, fundo clauso valvis staminiferis. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* 3-locularis, supera.

caeruleum. 1. P. fol. pinnatis, flor. erectis, calyc. tubo corollae longioribus. *Oed. dan.* 255.

reptans. 2. P. fol. pinnatis septenis, flor. terminalibus nutantibus. *Differt a praecedenti Radice repente, Foliolis 7, nec 17; Panicula laxa, subnutante, nec stricta.*

dubium. 4. P. fol. inferioribus hastatis, superioribus lanceolatis. *Stylus semibifidus. Dubii generis.*

218. CAMPANULA. *Cor.* campanulata fundo clauſo
231. valvis ſtaminiferis. *Stigma* 3-
fidum. *Capſ.* infera, poris
lateralibus dehiſcens.

* *Foliis laevioribus anguſtioribus.*

cenifia. 41. C. caul. unifloris, fol. ovatis glabris integerrimis ſubciliatis. *Sp. pl.* 1669. *Hall. emend.* 161.

uniflora. 1. C. caule unifloro, calyce corollam aequante. *Caulis ſolitarius erectus.*

pulla. 2. C. cauliculis unifloris, fol. caulinis ovatis crenatis, calyc. cernuis. *Jacq. obſ.* 30. *t.* 18.

rotundifolia. 3. C. fol. radicalibus reniformibus, caulinis linearibus.

patula. 4. C. fol. ſtrictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula. *Oed. dan.* 373.

Rapunculus. 5. C. fol. undulatis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata.

perſicifolia. 6. C. fol. radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis.

pyramidalis. 7. C. fol. laevibus ſerratis cordatis: caulinis lanceolatis, caulib. junceis ſimplicibus, umbellis ſeſſilibus lateralibus.

americana. 8. C. fol cordatis lanceolatisque, petiolis ciliatis, flor. ſecundis, coroll. quinquepartitis planis *Mant.* 337. *

liliifolia. 9. C. fol. lanceolatis: caulinis acute ſerratis, flor. paniculatis nutantibus.

rhomboidea. 10. C. fol. rhomboidibus ſerratis, ſpica ſecunda, calycib. dentatis. *β.* Campanula alpini. *Sp. pl.* 1669.

* * *Foliis ſcabris latioribus.*

latifolia. 11. C. fol. ovato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, flor. ſolitariis pedunculatis, fruct. cernuis. Trachelium maius belgarum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 172.

rapunculoides. 12. C. fol. cordato-lanceolatis, caule ramoſo, flor. ſecundis ſparſis, calyc. reflexis.

bononienſis. 13. C. fol. ovato-lanceolatis ſubtus ſcabris ſeſſilibus, caule paniculato. *Mant.* 337. * Campanula caule ramoſiſſimo. fol. ovato-lanceolatis ſubtus tomentoſis, petiolis multifloris erectis. *Hall. flor.* 689.

gramini-

Digitized by Google

graminifolia. 14. C. fol. lineari-subulatis, capitulo terminali. *Similis Phyteumae hemisphaericae, sed grandior. Radix multis caespitibus. Folia angustissima, graminea, basi ciliata; caulina subamplexicaulia, moxque subulata. Caules simplicissimi, vix foliis longiores. Flores fasciculati in capitulum; Bracteis ovatis apice subulatis. Stigma bifidum.*

Trachelium. 16. C. caule angulato, fol. petiolatis, calyc. ciliatis, pedunc. trifidis.

glomerata. 17. C. caule angulato simplici, flor. sessilibus, capitulo terminali.

Cervicaria. 18. C. hispida, flor. sessilibus, capitulo terminali, fol. lanceolato-linearibus undulatis.

thyrsoidea. 19. C. hispida, racemo ovato oblongo terminali, caule simplicissimo, fol. lanceolato-linearibus, *Jacq. vind.* 211. *obs.* 34. *t.* 21.

petraea. 20. C. caul. angulato simplici, flor. sessilibus capitato-glomeratis, fol. subtus tomentosis. *Pluk. phyt.* 152. *f.* 1.

*** *Capsulis obtectis calycis sinubus reflexis.*

dichotoma. 24. C. caps. quinquelocularibus obtectis, caule dichotomo, flor. cernuis.

Medium. 21. C. caps. quinquelocularibus obtectis, caul. indiviso, erecto folioso, flor. erectis.

barbata. 22. C. caps. quinquelocularibus obtectis, caule simplicissimo subunifolio, fol. lanceolatis, corollis barbatis. Campanula foliis hispidis, caule subunifloro. *All. pedem.* 36. *t.* 6. *f.* 2. *Variat caule floribus* 2-4. *Scop. ann.* 2. *p.* 45.

spicata. 15. C. hispida, spica laxa, flor. alternis, fol. linearibus integerrimis.

alpina. 41. C. caule simplici, pedunc. unifloris axillaribus diphyllis. *Sp. plant.* 1669. *Bracteae duae.*

mollis. 25. C. caps. quinquelocularibus obtectis pedunculatis, caul. prostrato, fol. suborbiculatis. Campanula hirsuta, ocymi folio caulem ambiente, flore pendulo. *Bocc. sic.* 83. Viola mariana minor caerulea, folio subrotundo, calyce corniculato. *Barr. ic.* 759. β Campanula dichotoma. *Sp. pl.* 237.

saxati-

Digitized by Google

sessilis. 26. C. capf. quinquecarinatis obtectis, flor. alternis nutantibus, fol. obovatis crenatis.

sibirica. 23. C. capf. trilocularibus obtectis, caule paniculato. *Gmel. sib. 3. p. 154. t. 29. Pedunculi saepius triflori.*

tridentata. 42. C. capf. quinqueloculari obtecta, caule unifloro, fol. radicalibus tridentatis. *Mant.* 44. *

laciniata. 27. C. capf. obtectis pedunculatis, fol. serratis: radicalibus lyratis: caulinis lanceolatis.

stricta. 28. C. capf. obtectis, fol. hirtis: caulinis lanceolatis serratis, caul. simplicissimo, flor. sessilibus.

canariensis. 29. C. capf. quinquelocularibus, fol. oppositis hastatis dentatis petiolatis.
Radix *tuberoso-fusiformis.* Caulis *solitarius, erectus, teres, laevis, tripedalis articulis incrassatis.* Rami *terni: superioribus longioribus, apice dichotomis.* Folia *petiolata, hastata, denticulata, laevia, venosa:* Caulina *terna;* Ramea *opposita.* Flores *e dichotomia ramorum superiorum, solitarii, pedunculati, cernui.* Calyx *germine hexagono, coronato foliolis lanceolatis, recurvatis, laevibus.* Corolla campanulata, *foliis major, rufa Fritillariae imperialis.* Nectarium *valvulis distantibus.* Filamenta *patentia.* Antherae *apice pendulae.* Stylus *clavatus, staminibus longior.* Stigma *fissum; plerumque numerus* senarius *in germine, calyce, corolla, staminibus, nectario, stigmate; rarius* quinarius *obtinet.*

fruticosa. 30. C. capf. columnaribus quinquelocularibus; caule fruticoso, fol. lineari-subulatis, pedunc. longissimis.

Speculum. 31. C. caule ramosissimo diffuso, fol. oblongis subcrenatis, flor. solitariis, capf. prismaticis.

hybrida. 32. C. caule basi subramoso stricto, fol. oblongis crenatis, calyc. aggregatis corolla longioribus, capf. prismaticis.

limonia. 33. C. ramis patentibus indivisis, fol. radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, flor. sessilibus ternis.

Pentagonia. 34. C. caule subdiviso ramosissimo, fol. linearibus acuminatis. *Flores nobis saepius mutili.*

perfo-

Digitized by Google

perfoliata. 35. C. caule simplici, fol. cordatis dentatis amplexicaulibus, flor. sessilibus aggregatis.
capensis. 36. C. fol. lanceolatis dentatis hispidis, pedunc. longissimis, caps. strigosis.
Elatines. 37. C. fol. cordatis dentatis pubescentibus petiolatis, caul. prostratis, pedunc. capillaribus multifloris.
hederacea. 38. C. fol. cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo.
erinoides. 42. C. caul. diffusis, fol. lanceolatis subserratis decurrentibus linea scabra, flor. pedunculatis solitariis. *Mant.* 44. ☉
heterophylla. 39. C. fol. subovatis glabris integerrimis, caulibus diffusis. *Folia obovata, integerrima, pubescentia, apice undulata. Caulis ramosus alterne. Flores penduli, caerulescentes.*
Erinus. 40. C. caul. dichotomo, fol. sessilibus: superioribus oppositis tridentatis. *Ramificatio opposita. Corolla regularis, calyce minor. Stigma trifidum; omnia Campanulae.*

219. ROELLA. *Cor.* infundibulif. fundo clauso staminiferis valvulis. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* 2-locularis, cylindrica, infera.
241.

ciliata. 1. R. fol. ciliatis; mucrone recto. *Berg. cap.* 41.
reticulata. 2. R. fol. ciliatis: mucrone reflexo. *Folia Gorteriae ciliaris.*

220. PHYTEUMA. *Cor.* rotata laciniis linearibus, 5-partita. *Stigm.* 2-s. 3-fidum. *Caps.* 2-s. 3-locularis, infera.
241.

pauciflora. 1. P. capitulo subfolioso, fol. omnibus lanceolatis. *Caps.* 2. *s.* 3-*locularis. Stylus saepius bifidus. Bracteae cordatae. Folia crenata.*
hemisphaerica. 2. P. capit. subrotundo, fol. linearibus subintegerrimis. *Stylus trifidus.*
comosa. 5. P. fasciculo terminali sessili, fol. dentatis: radicalibus cordatis. *Barr. ic.* 889. *Scop. ann.* 2. *p.* 48.
orbicularis. 3. P. capit. subrotundo, fol. serratis: radicalibus cordatis. ♃

spicata.

Digitized by Google

spicata. 4. P. spica oblonga, caps. bilocularibus, fol. radicalibus cordatis. *Oed. dan. 362.*
pinnata. 6. P. flor. sparsis, fol. pinnatis.

221. TRACHELIUM. *Cor.* infundibuliform. *Stigma* globosum. *Caps.* trilocularis, infera.
243.

caeruleum. 1. Trachelium.

222. SAMOLUS. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* munita squamulis corollae. *Caps.* 1-locularis, infera.
243.

Valerandi. 1. Samolus. *Oed. dan. 198.*

223. NAUCLEA. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* 1, inferum, biloculare. *Receptac. commune* globosum.
243.

orientalis. 1. Nauclea.

224. RONDELETIA. *Cor.* infundibuliformis. *Capsula* 2-locularis, infera, polysperma, subrotunda, coronata.
243.

americana. 1. R. fol. sessilibus, panicula dichotoma.
asiatica. 2. R. fol. petiolatis oblongis acutis.
obovata. 4. R. fol. petiolatis subovatis obtusis. *Sp. pl. 1671.*
trifoliata. 3. R. fol. ternis. *Sp. pl. 1671.*

225. MACROCNEMUM. *Cor.* campanulata. *Caps.* infera, 2-locularis. *Sem.* imbricata.
244.

jamaicense. 1. Macrocnemum.

226. BELLONIA. *Cor.* rotata. *Caps.* 1-locularis, infera, polysperma, calyce rostrata.
244.

aspera. 1. Bellonia.

Digitized by Google

227. PORTLANDIA. *Cor.* clavato - infundibuliformis.
244. *Antherae* longitudinales. *Caps.* pentagona, retusa, bilocularis, polysperma, coronata calyce 5-phyllo.

grandiflora. 1. P. flor. pentandris.

hexandra. 2. P. flor. hexandris. *Mant.* 45. *

1294. SCAEVOLA. *Cor.* monopetala: tubo longitudinaliter fisso. Limbo 5-fido laterali. *Drupa* infera, 1-sperma. *Nucleus* bilocularis.

Lobelia. Scaevola. Lobelia Plumieri. *Sp. plant.* 1317. Buglossum littoreum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 116. *t.* 54. *Planta non lactescit Jacq.*

228. CINCHONA. *Cor.* infundibulif. apice lanata. *Caps.*
244. infera, 2-locularis, dissepimento parallelo.

officinalis. 1. Cinchona. *Folia opposita, petiolata, integerrima, subtus tomentosa. Flores paniculati, pedicellati. Cal. monophyllus, minimus; campanulatus, obsoletissime 5-dentatus. Cor. infundibuliformis, extus tomentosa: Tubus cylindricus, calyce multoties longior. Limbus tubo brevior, 5-partitus: laciniis ovato-oblongis, patentibus, apice intus margineque lanatus. Filamenta 5, setacea, e medio tubi. Antherae oblongae, supra basin exteriorem affixae in fauce corollae. Capsula bipartibilis, dehiscens in duas partes dissepimento parallelo, latere interiore dehiscentes. Misit D. Mutis. Ordine natur.* Contortis *accedit.* Cinchona caribaea vix hujus generis.

Digitized by Google

229. PSYCHOTRIA. *Cal.* 5-dentatus, coronans. *Cor.*
245. tubulosa. *Bacca* globosa. *Sem.* 2, hemisphaerica, sulcata.

asiatica. 1. P. stipulis emarginatis, fol. lanceolato-ovatis. Psychotria cartaginensis frutescens, fol. obovatis. *Jacq. amer.* 65. *t.* 174. *f.* 22.

serpens. P. caule subherbaceo repente, fol. ovatis utrinque acutis. *Mant.* 204. * *Multum similis Ps. herbaceae, distincta tamen.*

herbacea. 2. P. caule herbaceo repente, fol. cordatis petiolatis. *Jacq. amer.* 66. *t.* 46.

230. COFFEA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* supra
146. tubum. *Bacca* infera, disperma. *Sem.* arillata.

arabica. 1. C. flor. quinquefidis dispermis. *Folia subtus in alis nervorum costalium puncto secretorio instruuntur.*

occidentalis. 2. C. flor. quadrifidis, baccis monospermis. *Jacq. amer.* 67. *t.* 47.

231. CHIOCOCCA. *Cor.* infundibuliformis, aequalis.
246. *Bacca* 1-locularis, 2-sperma, infera.

racemosa. 1. C. fol. oppositis *β.* Chiococca scandens sarmentis tenuissimis et fere indivisis. *Brown. jam.* 164. (*Obs.* Chiococca alternifolia *an Cestri species?*)

232. HAMELLIA. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 5-locularis, in-
246. fera, polysperma.

patens. 1. H. racemis patentibus. *Jacq. amer.* 71. *t.* 50. *an una vel plures species?*

233. LONICERA. *Cor.* monopetala, irregularis. *Bacca*
246. polysperma, 2-locularis, infera.

* Periclymena *caule volubili.*

Caprifolium. 1. L. flor. verticillatis terminalibus sessilibus, fol. summis connato-perfoliatis.

Digitized by Google

sempervirens. 2. L. verticillis aphyllis terminalibus, fol. summis connato-perfoliatis. *Flores fere regulares.*
dioica. 14. L. verticillis aphyllis terminalibus, fol. omnibus connato-perfoliatis.
Periclymenum. 3. L. capitul. ovatis imbricatis terminalibus, fol. omnibus distinctis.

* * Chamaecerasa *pedunculis bifloris.*

nigra. 4. L. pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. ellipticis integerrimis. *Folia juniora hirsuta, integerrima, subplicata, unde quasi serrata. Stipulae ovato-lanceolatae. Bracteae squamis 2. aridis et foliolis 3. transversis latis. Calyx latiusculus. Corolla purpurascens. Semina 5. Haller. emend. 135.*
tatarica. 5. L. pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. cordatis obtusis. *Flores albi.*
Xylosteum. 6. L. pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. integerrimis pubescentibus. *Flores exalbidi.*
pyrenaica. 7. L. pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. oblongis glabris.
alpigena. 8. L. pedunc. bifloris, bacc. coadunatis didymis, fol. ovali-lanceolatis. *Folia glabra. Corollae non calcaratae, luteae, inaequales. Calycis laciniae 2. superiores vix distinctae. Bacca tota disperma.*
caerulea. 9. L. pedunc. bifloris, bacc. coadunatis globosis, stylis indivisis. *Cortex flavissimus. Semina saepe 10. Flores flavi.*

* * * *Caule erecto, pedunculis multifloris.*

Symphoricarpos. 11. L. capitul. lateralibus pedunculatis, fol. petiolatis.
Diervilla. 12. L. racem. terminalibus, fol. serratis.
corymbosa. 13. L. corymb. terminalibus, fol. ovatis acutis.

234. TRIOSTEUM. *Cor.* monopetala, subaequalis. *Cal.* 250. longitudine corollae. *Bacca* 3-locularis, monosperma, infera.

perfoliatum. 1. T. floribus verticillatis sessilibus. *Folia perfoliata.*
angustifolium. 2. T. floribus oppositis pedunculatis.

Digitized by Google

235. **MORINDA.** *Flores* aggregati, monopetali. *Stigma* 2-fidum. *Drupae* aggregatae.
250.

umbellata. 1. M. erecta, fol. lanceolato-ovatis, pedunc. confertis.
citrifolia. 2. M. arborea, pedunc. solitariis.
Royoc. 3. M. procumbens.

236. **CONOCARPUS.** *Cor.* 5-petala aut nulla. *Semina* nuda, solitaria, infera. *Flores* aggregati.
250.

erecta. 1. C. erecta, fol. lanceolatis. *Jacq. amer.* 78. *t.* 52. *f.* 1. Conocarpus Manghana arbor curassavica, foliis salignis. *Catesb. car.* 2. *p.* 33. *t.* 33.
procumbens. 3. C. procumbens, fol. obovatis. *Jacq. amer.* 79. *t.* 52. *f.* 2. *An varietas C. erectae?*
racemosa. 2. C. fol. lanceolato-ovatis obtusiusculis, fructibus segregatis. Conocarpus floribus completis remotis. *Jacq. amer.* 80. *t.* 53. *Huic Petala* 5, *subrotunda; in prioribus nulla. Stamina huic* 10.

237. **KUHNIA.** *Flos* compositus, flosculosus. *Sem.* solitaria: pappo plumoso. *Receptac.* nudum.
1662.

eupatorioides. 1. Kuhnia. *Linn. dec.* 21. *t.* 11. Eupatorium alternifolium, foliis alternis, calycibus multifloris, pappo plumoso. *Ard. spec.* 2. *p.* 40. *t.* 20. *Differt ab omnibus floribus compositis Antheris separatis, etiam ab Eupatorio foliis alternis.*

238. **ERITHALIS.** *Cor.* 5-partita: laciniis recurvis. *Cal.* urceolatus. *Bacca* 10-locularis, infera.
251.

fruticosa. 1. Erithalis. Erithalis *odorifera* arborea erecta. *Jacq. amer.* 72. *t.* 173. *f.* 23. Sambucus ligno duro odoratissimo s. Santalum racemosum, foliis obtusis. *Plum. ic. t.* 249. *f.* 2. *Arbor Foliis oppositis; Corymbis compositis.*

239. MENAIS. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* 4-locularis. *Sem.* solitaria.
251.

topiaria. 1. MENAIS.

241. MUSSAENDA. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* 2, crassiuscula. *Bacca* oblonga, infera. *Sem.* 4-fariam dispofita.
251.

frondosa. 1. M. panicula foliis colotatis. *Mant.* 338. * (ubi male M. formosa dicta.)
formosa. 2. M. inermis, flor. sessilibus solitariis. *Mant.* 45. *
spinosa. 3. M. spinosa, flor. sessilibus aggregatis. *Mant.* 45. * *Spinae quaternae.*

1231. MATTHIOLA. *Cor.* tubulosa, supera, indivisa. *Calyx* integer. *Drupa* nucleo globoso.
1161.

scabra. 1. MATTHIOLA. *Arbuscula visa solo Plumiero, dum occurrat attente describenda, imprimis quoad characterem etiamnum dubium.*

242. MIRABILIS. *Cor.* infundibul. supera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globosum, germen includens.
252.

dichotoma. 2. M. flor. solitariis axillaribus erectis sessilibus.
Jalapa. 1. M. flor. congestis terminalibus erectis.
longiflora. 3. M. flor. congestis longissimis subnutantibus terminalibus, fol. subvillosis. (1756 *lege* 1755.)

243. CORIS. *Cor.* monopetala, irregularis. *Cal.* spinosus. *Capf.* 5-valvis, supera.
252.

Monspeliensis. 1. CORIS.

1229. BROSSAEA. *Cor.* truncata. *Cal.* carnosus. *Caps.* 5-locularis, polysperma.
1661.

coccinea. 1. BROSSAEA. *Planta obscura, et charactere dubia, praeter ea, quae habet Plumier. Statura Cedio nonnihil similis videtur.*

Digitized by Google

245. **VERBASCUM.** *Cor.* rotata, subinaequalis. *Caps.*
253. 2-locularis, 2-valvis.

Thapsus. 1. V. fol. decurrentibus utrinque tomentosis, caule simplici.

Thapsoides. 12. V. fol. decurrentibus, caul. ramoso. *an hybrida V. Thapsi?*

Boerhaavii. 12. V. fol. sublyratis, flor. sessilibus. *Mant.* 45. *An Till. pis. t. 50?*

phlomoides. 3. V. fol. ovatis utrinque tomentosis: inferioribus petiolatis.

Lychnitis. 2. V. fol. cuneiformi-oblongis. *Oed. dan.* 586.

nigrum. 4. V. fol. cordato-oblongis petiolatis.

phoeniceum. 5. V. fol. ovatis nudis crenatis radicalibus, caule subnudo racemoso. *Folia Radicalia ovata, subsessilia, nuda, laevia, rugosa, vix crenata. Caulis erectus, simplex, bipedalis. Rami ex alis infimis, erecti, simplices, longitudine caulis; omnes angulati, subpubescentes pilis apice viscidis. Folia caulina cordata, sessilia, glabra, rugoso-venosa. Racemus omnium terminalis, simplex, pedalis. Pedunculi simplices, solitarii, uniflori. Calyx 5-partitus: foliolis inferioribus fere minoribus. Corolla rotata, saturate purpurea. Filamenta purpurea, barbata: horum superiora 3. barba alba. Antherae reniformes, compressae, nigricantes polline fulvo. Pistillum purpureum, deflexum.*

Blattaria. 6. V. fol. amplexicaulibus oblongis glabris, pedunc. solitariis.

sinuatum. 9. V. fol. radicalibus pinnatifido-repandis tomentosis; caulinis amplexicaulibus nudiusculis; rameis primis oppositis.

Osbeckii. 10. V. fol. incisis nudis, caule folioso, calyc. lanatis, pedunc. bifloris.

spinosum. 8. V. caule folioso spinoso frutescente.

myconi. 11. V. fol. lanatis radicalibus, scapo nudo. *Trew. Ehret.* 26. *t.* 57. *Mill. ic. t.* 277.

Digitized by Google

246. DATURA. *Cor.* infundib. plicata. *Cal.* tubulosus;
255. angulatus, deciduus. *Caps.* 4-valvis.

ferox. 1. D. pericarpiis spinosis erectis ovatis: spinis summis maximis convergentibus.

Stramonium. 2. D. pericarp. spinosis erectis ovatis, fol. ovatis glabris. *Oed. dan.* 436.

Tatula. 3. D. pericarp. spinosis erectis ovatis: fol. cordatis glabris dentatis.

fastuosa. 5. D. pericarp. tuberculatis nutantibus globosis, fol. ovatis angulatis. *Rumph. amb.* 5. *t.* 243. *f.* 2. *Caulis rufus gunflis f. laeteis albis.*

Metel. 4. D. pericarp. spinosis nutantibus globosis, fol. cordatis subintegris pubescentibus. *Calyx non angulatus, sed teres, subtumidus, peniformis.*

arborea. 6. D. pericarp. glabris inermibus nutantibus: caule arboreo.

247. HYOSCYAMUS. *Cor.* infundibul. obtusa. *Stam.*
257. inclinata. *Caps.* operculata, 2-locularis.

niger. 1. H. fol. amplexicaulibus sinuatis, flor. sessilibus.

albus. 2. H. fol. petiolatis sinuatis obtusis, flor. sessilibus.

aureus. 3. H. fol. petiolatis dentatis acutis, flor. pedunculatis, fructib. pendulis. *Stamina purpurea.*

muticus. 6. H. fol. petiolatis ovatis acutangulis, cal. muticis, bracteis indivisis. *Mant.* 45. *

pusillus. 4. H. fol. lanceolatis dentatis: floralibus inferioribus binis, calyc. spinosis. *Mant.* 339. *Murray Gott.* 144.

physaloides. 5. H. fol. ovatis integerrimis, calyc. inflatis subglobosis. *Amoen. acad.* 7. *t.* 6. *f.* 1. *Descriptio Pulmonariae hirtae Sp. pl.* 1667. *huius est.*

Scopolia. 7. H. fol. ovatis integris, cal. inflatis campanulatis laevibus. *Mant.* 46. * 339. * Solanum somniferum bacciferum. *Bauh. pin.* 166. Solanum somniferum alterum. *Cam. epit.* 816. *Syst. nat.* 3. *p.* 235. *

Digitized by Google

248. NICOTIANA. *Cor.* infundibul. limbo plicato. *Stam.*
258. inclinata. *Capf.* 2-valvis, 2-locularis.

Tabacum. 3. N. fol. lanceolato-ovatis sessilibus decurrentibus, flor. acutis.
fruticosa. 2. N. fol. lanceolatis subpetiolatis amplexicaulibus, flor. acutis, caule frutescente.
rustica. 4. N. fol. petiolatis ovatis integerrimis, flor. obtusis.
paniculata. 3. N. fol. petiolatis cordatis integerrimis, flor. paniculatis obtusis clauatis.
urens. 5. N. fol. cordatis crenatis, racemis recurvatis; caule hispido pruriginoso.
glutinosa. 6. N. fol. petiolatis cordatis integerrimis, flor. racemosis secundis subringentibus.
pusilla. 1. N. fol. oblongo-ovalibus radicalibus, flor. racemosis acutis.

249. ATROPA. *Cor.* campanulata. *Stam.* distantia.
259. *Bacca* globosa, 2-locularis.

Mandragora. 1. A. acaulis, scapis unifloris.
Belladonna. 2. A. caule herbaceo, fol. ovatis integris.
physaloides. 3. A. caule herbaceo, fol. sinuato-angulatis, calyc. clausis acutangulis. Alkekengi calyc. profunde diviso, fructu sicco. *Act. petrop.* 1761. *p.* 319. *Mant.* 339. *
solanacea. A. caul. fruticoso, pedunc. solitariis, coroll. campanulatis, fol. subovatis. *Mant.* 205. * Solanum guineense. *Sp. plant.* 363. Solanum lignosum africanum sempervirens, laurinis foliis *Comm. hort.* 2. *p.* 191. *t.* 96.
arborescens. 5. A. caule frutescente, pedunc. confertis, corollis revolutis, fol. oblongis.
frutescens. 4. A. caule fruticoso, pedunc. confertis, fol. cordato-ovatis obtusis.

Digitized by Google

250. PHYSALIS. *Cor.* rotata. *Stam.* conniventia. *Bacca* intra calycem inflatum, bilocularis.
261.

* *Perennes.*

somnifera. 1. P. caule fruticoso, ramis rectis, flor. confertis.
flexuosa. 2. P. caule fruticoso, ramis flexuosis, flor. confertis.
arborescens. 3. P. caule fruticoso, fol. ovatis pilosis, flor. solitariis, corollis revolutis.
curassavica. 4. P. caule fruticoso, fol. ovatis tomentosis.
viscosa. 5. P. fol. geminis repandis obtusis subtomentosis, caule herbaceo superne paniculato.
pensylvanica. 11. P. fol. ovatis subrepandis obtusis nudiusculis, flor. geminis, caule herbaceo. *Sp. pl.* 1670.
Alkekengi. 6. P. fol. geminis integris acutis, caule herbaceo inferne subramoso.
peruviana. 12. P. pubescens, fol. cordatis integerrimis. *Sp. pl.* 1670. *Caulis in hybernaculis perennat.*

* * *Annuae.*

angulata. 7. P. ramosissima, ramis angulatis glabris, fol. ovatis dentatis.
pubescens. 8. P. ramosissima, fol. villoso-viscosis, flor. pendulis. *Baccae globosae, calycem replentes.*
minima. 9. P. ramosissima, pedunc. fructiferis folio villoso longioribus. *Planta parva, patens, pilis oblongis ad ramorum alas.*
pruinosa. 10. P. ramosissima, fol. subvillosis, pedunc. strictis. Alkekengi barbadense nanum, alliariae folio. *Dill. elth.* 10. *t.* 9. *f.* 9. (*nec t.* 12. *f.* 12). *Calyces basi plana. Baccae subturbinatae.*

251. SOLANUM. *Cor.* rotata. *Antherae* subcoalitae, apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* 2-locularis.
263.

* *Inermia.*

verbascifolium. 1. S. caule inermi fruticoso, fol. ovatis tomentosis integerrimis, umbellis compositis. *Jacq. hort. t.* 13.
Pseudo-Capsicum. 3. S. caule inermi fruticoso, fol. lanceolatis repandis, umbell. sessilibus.

diphyllum.

diphyllum. 4. S. caule inermi fruticoſo, fol. geminis: altero minore, flor. cymoſis.

Dulcamara. 5. S. caule inermi fruteſcente flexuoſo, fol. ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis.

quercifolium. 6. S. caule inermi ſubherbaceo angulato flexuoſo ſcabro, fol. pinnatifidis, racemis cymoſis. *Soror Dulcamarae.*

radicans. 7. S. caule inermi herbaceo laevi teretiuſculo proſtrato radicante, fol. pinnatifidis, racemis cymoſis.

havanenſe. 32. S. caule inermi fruteſcente, fol. lanceolatis nitidis integerrimis, pedunc. ſubbifloris. *Mant.* 47. *

racemoſum. 33. S. caule inermi fruteſcente, fol. lanceolatis repandis undulatis, racem. longis rectis. *Mant.* 47.

bonarienſe. 9. S. caule ſubinermi fruticoſo, fol. ovato-oblongis ſinuato-repandis ſcabris. *Mant.* 205. * Solanum bonarienſe arboreſcens, papas floribus. *Dill. elth.* 364. *t.* 270. *f.* 351. *Frutex orgyalis et ultra.*

macrocarpon. 8. S. caule inermi ſuffruticoſo, fol. cuneatis repandis glabris. *Mant.* 205. Solanum caule inermi ſuffruticoſo, fol. oblongo-ovatis ſinuatis glabris. *Mill. ic.* 294. Solanum arboreſcens, anguloſo hirſuto folio, fructu luteo maximo. *Feuill. peruv.* 3. *p.* 61. *t.* 46. Solanum arboreſcens, foliis angulatis, fructu aureo. *Plum. ſpec.* 4. *icon.* 224. *f.* 2.

tuberoſum. 10. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis integerrimis, pedunc. ſubdiviſis.

pimpinellifolium. 12. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis integerrimis, racem. ſimplicibus.

Lycoperſicum. 11. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis inciſis, racem. ſimplicibus.

peruvianum. 13. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis inciſis tomentoſis, racem. bipartitis folioſis, baccis piloſis.

montanum. 14. S. caule inermi herbaceo, fol. ſubcordatis repandis.

rubrum. 31. S. caule inermi ſubperennante, fol. geminis ovatis integerrimis, pedunc. ſubumbellatis.

nigrum. 15. S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis dentato-angulatis, racemis diſtichis nutantibus. *Oed. dan.* 460.

aethio-

Digitized by Google

aethiopi-cum. 9. S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis repando-angulatis, pedunc. fertilibus unifloris cernuis. *Pluk. phyt.* 226. *f.* 4.

Melonge-na. 13. S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis tomentosis, pedunc. pendulis incrassatis, calyc. inermibus. Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Bauh. pin.* 167. *Pluk. phyt.* 226. *f.* 2.

** *Aculeata.*

insanum. 30. S. caule aculeato herbaceo, fol. ovatis tomentosis, pedunc. pendulis incrassatis, calyc. aculeatis. Trongum hortense *Rumph. amb.* 5. *p.* 238. *t.* 85. *Pluk. phyt. t.* 226. *f.* 3. *Valde affinis S. Melongenae.* (*excluso Fl. Zeyl. synonymo*).

ferox. 17. S. caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulatis tomentosis aculeatis. baccis hirtis calyce obtectis.

campechi-ense. 13. S. caule aculeato hirto, fol. cordato-oblongis quinquelobis: sinubus obtusis elevatis. *Mant.* 340. * Solanum fuscatum. *Sp. pl.* 268. *n.* 23. *Varietas huius est.*

mammo-sum. 19. S. caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulato-lobatis: utrinque villosis aculeatis.

panicula-tum. 10. S. caule petiolisque aculeatis, fol. sinuato-angulatis supra glabris, flor. paniculatis.

virginia-num. 21. S. caule aculeato angulato, fol. pinnatifidis undique aculeatis: laciniis sinuatis obtusis, calyc. aculeatis. *Differt a S. sodomeo ramis angulatis; sed annuum. Spinae copiosae, niveae. Fructus parvi, variegati e viridi et albo.*

indicum. 22. S. caule aculeato fruticoso, fol. cuneiformibus angulatis subvillosis integerrimis: aculeis utrinque rectis. *Burm. Zeyl.* 220. *t.* 102.

fuscatum. 23. S. caule aculeato fruticoso, fol. ovatis obtuse lobatis: aculeis utrinque rectis: superioribus coloratis.

carolinen-se. 24. S. caule aculeato annuo, fol. hastato-angulatis: aculeis utrinque rectis, racem. laxis. *Folia scabra, vix tomentosa.*

sodomeum. 25. S. caule aculeato fruticoso tereti, fol. pinnatifido-sinuatis sparse aculeatis nudis, calyc. aculeatis. *Folia nuda utrinque.*

sanctum.

Digitized by Google

[illegible]. 26. S. caule aculeato fruticoso, aculeis tomentosis foliisque oblique ovatis repandis. Solanum aethiopicum maxime tomentosum, caule solummodo, non foliis, aculeatum. *Pluk. alm.* 351. *t.* 316. *f.* 52. *Sub Solano insano a C. Bauhino habuit Burserus.*

tomentosum. 27. S. caule aculeato fruticoso: aculeis acerosis; fol. cordatis inermibus subrepandis; tenellis purpureo-pulverulentis. *Folia utrinque viridia.*

bahamense. 28. S. caule aculeato fruticoso, fol. lanceolatis repandis obtusis margine reflexis, racemis simplicibus.

igneum. 29. S. caule aculeato fruticoso, fol. lanceolatis acuminatis basi utrinque revolutis, racemis simplicibus.

trilobatum. 23. S. caule aculeato fruticoso. fol. cuneiformibus subtrilobis glabris obtusis inermibus. *Burm. ind.* 57. *t.* 22. *f.* 2.

* * * *Spinosa.*

lycioides. 34. S. caule spinoso fruticoso, fol. ellipticis *Mant.* 46.

252. CAPSICUM. *Cor.* rotata. *Bacca* exsucca. 270.

annuum. 1. C. caule herbaceo, pedunc. solitariis.

baccatum. 3. C. caule fruticoso laevi, pedunc. geminis. *Mant.* 47. * Capsicum frutescens. *Sp. pl.* 271. *β. distincta sit Species.*

grossum. 4. C. caule suffrutescente, fructibus incrassatis variis. *Mant.* 47. Piper indicum, siliquis surrectis rotundis, maximum. *Bauh. pin.* 103. Piper indicum. *Besl. eyst. aut.* 2. *t.* 2. *f.* 1.

frutescens. 2. C. caule fruticoso scabriusculo, pedunc. solitariis. (*Exclusa varietate β.*)

253. STRYCHNOS. *Cor.* 5-fida, *Bacca* 1-locularis, cortice lignoso. 271.

Nux vomica 1. S. fol. ovatis, caule inermi.

colubrina. 2. S. fol. ovatis acutis, cirrhis simplicibus.

Digitized by Google

240. GENIPA *Cor.* rotata. *Stigma* clavatum. *Bacca* 2-
251. locularis. *Sem.* nidulantia, cordata.

americana. GENIPA. *Plum. ic.* 136. Janipha *Marcgr. bras.* 92.

261. CESTRUM. *Cor.* infundibuliformis. *Stam.* denti-
277. culo in medio. *Bacca* 1-locularis, polysperma.

nocturnum. 1. C. flor. pedunculatis, fol. subcordato-ovatis. *Dens inter lacinias singulas corollae.*

vespertinum. C. flor. subspicatis lateralibus, fol. ellipticis. *Mant.* 206. * Cestrum foliis oblongo-ovatis, floribus axillaribus confertis tubo tenacissimo. *Mill. dict.* 5.

diurnum. 2. C. flor. sessilibus.

262 LYCIUM. *Cor.* tubulosa, fauce clausa filamento-
277. rum barba. *Bacca* 2-locularis, polysperma.

afrum. 1. L. fol. linearibus. *Flores atro-purpurascentes.*

barbarum. 2. L. fol. lanceolatis, calycibus subbifidis *Mant.* 341. * Lycium foliis lanceolatis acutis. *Mill. dict.* 6. Lycium foliis oblongo-lanceolatis, floribus (solitariis) patentibus alaribus, ramorum spinis rarioribus. *Trew Ehret* 33. *t.* 68. *Debilis frutex, nisi sustentetur pergulis.*

europaeum. 3. L. fol. obliquis, ramis flexuosis teretibus. *Mant.* 47. *

capsulare. L. fol. lanceolatis tenuibus glabris, pedunculis calycibusque pubescentibus, pericarpiis capsularibus.

254. JACQUINIA. *Cor.* 10-fida. *Stam.* receptaculo in-
271. serta. *Bacca* 1-sperma.

armillaris. 2. J. fol. obtusis cum acumine. *Jacq. amer.* 53. *t.* 39. *Pedunculi racemosi? Loeflingii descriptio bona.*

ruscifo-

Digitized by Google

ensifolia. 1. J. fol. lanceolatis acuminatis. *Jacq. amer.* 53. *Pedunculi uniflori.*

linearis. 3. J. fol. linearibus acuminatis. *Jacq. amer.* 54. *t.* 40. *f.* 1. *Pedunculi uniflori.*

255. CHIRONIA. 272. *Cor.* rotata. *Pistillum* declinatum. *Stam.* tubo corollae insidentia. *Antherae* demum spirales. *Peric.* 2-loculare.

trinervia. 1. C. herbacea, calycinis foliolis membranaceo-carinatis.

jasminoides. 3. C. herbacea, fol. lanceolatis, caule tetragono.

lychnoides. C. caule simplici, foliis lineari-lanceolatis *Mant.* 207. * Chironia foliis longis linearibus acutis, panicula pauciflora *Berg. cap.* 45.

campanulata. 4. C. herbacea, fol. sublinearibus, calyc. longitudine corollae.

angularis. 5. C. herbacea, caule acutangulo, fol. ovatis amplexicaulibus.

linoides. 2. C. herbacea, fol. linearibus. *Berg. cap.* 43. *Calyces semiquinquefidi, obtusi.*

baccifera. 7. C. frutescens baccifera. *Caulis* 4-*gonus. Calyces subulati, breves.*

frutescens. 8. C. frutescens fol. lanceolatis subtomentosis, calyc. campanulatis. *Berg. cap.* 45. *Calycis foliola ovata obtusa subtomentosa, tubo corollae multo latiora.*

256. CORDIA. 273. *Cor.* infundibuliformis. *Stylus* dichotomus. *Drupa* nucleis 2-locularibus.

Myxa. 1. C. fol. ovatis supra glabris, corymb. lateralibus, calyc. decemstriatis. Prunus Sebestena, longiore folio, maderasp. *Pluk. alm.* 306. *t.* 217. *f.* 3. *Folia Alni serrato-angulata, subtus scabra.*

spinescens. C. fol. ovatis acutis serratis scabris, petiolis subspinescentibus. *Mant.* 206. * *Basis petiolorum persistit ut in Volkameria.*

Sebestena. 3. C. fol. oblongo-ovatis repandis scabris. *Jacq. hist.* 42.

Gera-

Digitized by Google

Gerascanthus. 3. C. fol. lanceolato-ovatis scabris, panicula terminali, calyc. decemstriatis. *Jacq. amer.* 43. *t.* 175. *f.* 16. *Corollae albidae.*

macrophylla. 4. C. fol. ovatis villosis sesquipedalibus.

Callococca. 5. C. fol. cordato-ovatis integerrimis, flor. corymbosis, calyc. interne tomentosis.

208. PATAGONULA. *Cor.* rotata. *Styl.* dichotomus.
212. *Cal.* fructiferus maximus.

americana. 1. PATAGONULA. An Cordiis associanda?

257. EHRETIA. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* solitaria, bi-
274. locularia. *Stigma* emarginatum.

tinifolia. 1. EHRETIA. fol. oblongo-ovatis integerrimis glabris, flor. paniculatis.

spinosa. 2. E. spinosa. *Jacq. amer.* 46. *t.* 80. *f.* 18.

Bourreria. 3. E. fol. ovatis integerrimis laevibus, flor. subcorymbosis, calyc. glabris. *Jacq. spec.* 2. *p.* 2. *t.* 26.

exsucca. 4. E. fol. cuneiformi-lanceolatis margine reflexis. Bourreria *exsucca* fructibus exsuccis quadrifidis *Jacq. amer.* 45. *t.* 173. *f.* 17.

258. VARRONIA. *Cor.* 5-fida. *Drupa* Nucleo 4-lo-
275. culari.

lineata. 1. V. fol. lanceolatis lineatis, pedunc. lateralibus petiolo adnatis, spicis globosis.

bullata. 2. V. fol. ovatis venoso-rugosis, spicis globosis.

martinicensis. 6. V. fol. ovatis acuminatis, spicis oblongis.

globosa. 3. V. fol. lanceolato-oblongis, caul. dichotomo, pedunc. axillaribus elongatis nudis, spicis globosis.

curassavica. 4. V. fol. lanceolatis, spicis oblongis.

alba. 5 V. fol. cordatis, flor. cymosis. *Jacq. amer.* 41.

Digitized by Google

259. LAUGERIA. *Cor.* 5-fida. *Drupa* Nucleo 5-loculari.
276.

odorata. 1. LAUGERIA. *Oppositifolia. Variat spinosa et inermis. Flores tristes.*

260. BRUNSFELSIA. *Cor.* infundibuliformis, longissima. *Bacca* 1-locularis, polysperma.
276.

americana. BRUNSFELSIA. *Ad ringentes pertinere Dav. Royen.*

263. CHRYSOPHYLLUM. *Cor.* campanulata, 10-fida: laciniis alternis patulis. *Bacca* 10-sperma.
278.

Cainito. 1. C. fol. ovatis parallele striatis, subtus tomentoso-nitidis. *Jacq. amer.* 51. *t.* 37.

β. Chrysoph. fol. oblongo-ovatis, superne glabris, subtus ferrugineis, flor. alaribus corymbosis. *Mill. dict.*

γ. Chrysoph. jamaicense, fructu purpureo. *Jacq. amer.* 52.

Chrysoph. fructu globoso, fol. subtus ferrugineis. *Brown. jam.* 171. *t.* 14. *f.* 2.

Anona fol. subtus ferrugineis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 170. *t.* 229.

δ. Chrysoph. caeruleum, fructu caeruleo globoso. *Jacq. amer.* 52. *t.* 37.

glabrum. 2. C. fol. utrinque glaberrimis. *Jacq. amer.* 53. *t.* 38.

264. SIDEROXYLON. *Cor.* 10-fida: laciniis alternis incurvis. *Stigma* simplex. *Bacca* 5-sperma.
278.

mite. 1. S. inerme, flor. sessilibus. *Confer.* Laurifolia africana. *Comm. hort.* 1. *p.* 95. *t.* 100. *sed flores absque dentibus inter stamina. D. Royen.*

inerme. 1. S. inerme, fol. perennantibus obovatis, pedunc. teretibus. *Mill. dict. t.* 299. *Berg. cap.* 47. *(excluso Burmanni synonymo.)*

Digitized by Google

melanophleus. 4. S. inerme, fol. perennantibus lanceolatis, pedunc. angulatis. *Mant.* 48. * *Jacq. hort. t.* 71.

tenax. 5. S. subinerme, fol. deciduis lanceolatis subtus tomentosis, pedunc. filiformibus. *Mant.* 48. * Chrysophyllum carolinense *Jacq. obs.* 3. *p.* 3. *t.* 54.

lyciodes. 2. S. spinosum, fol. deciduis lanceolatis.

decandrum. 3. S. spinosum, fol. deciduis ellipticis. *Mant.* 48. *

spinosum. 7. S. spinosum, fol. perennantibus. Lycii similis frutex indicus. *Comm. hort. I. p.* 161. *t.* 83. Lycium maderasp. bijugis et gracilioribus spinis horridus. *Pluk alm.* 235. *t.* 202. *f.* 2. *Burm.*

foetidissimum. 6. S. inerme, fol. suboppositis, flor. patentissimis. *Mant.* 49.

265. RHAMNUS. *Cal.* tubulosus: squamis stamina munientibus. *Cor.* nulla. *Bacca.*
279.

* *Spinosi.*

catharticus. 1. R. spinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, fol. ovatis, caul. erecto.

infectorius. 21. R. spinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, caulib. procumbentibus. *Mant.* 49. *Folia subtus villosa. Calyx cyathiformis edentulus* Scop. *ann.* 2. *p.* 44.

lycioides. 2. R. spinis terminalibus, fol. linearibus.

oleoides. 3. R. spinis terminalibus, fol. oblongis integerrimis.

saxatilis. 20. R. spinis terminalibus, flor. quadrifidis hermaphroditis. *Sp. pl. p.* 1677.

theezans. R. spinis terminalibus, fol. ovatis serrulatis, ramis divaricatis *Mant.* 207. * Rhamnus Thea. *Osb. it.* 232, 161.

pentaphyllus. R. spinis lateralibus, fol. solitariis quinatisque. *Jacq. obs.* 2. *p.* 17. Rhamnus siculus *Syst. nat.* 3. p. 229. * Rhamnus siculus pentaphyllos. *Bocc. sic.* 43. *t.* 21. *Raj. hist.* 1626. *an hujus generis? Folia Buxi, viridia. Flores axillares, sessiles.* Flores 5-*fidi. Stylus simplex longus.*

** *Inermes.*

Sarcomphalus. 6. R. inermis, fol. ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis.

Micranthus.

Digitized by Google

Micranthus. 7. R. inermis, fol. ovato-lanceolatis obliquis pubescentibus, stipul. lanceolatis acuminatis deciduis. *Muntingiae Plum. speciem facit Millerus.*

cubensis. 10. R. inermis, flor. hermaphroditis, caps. trilocularibus, fol. rugosis integerrimis tomentosis. *Habitus Viburni Lantanae. Folia utrinque tomentosa. Fructus praecedentis.*

colubrinus. 8. R. inermis, flor. monogynis hermaphroditis erectis, caps. tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentosis. Rhamnus arboreus, foliis obovatis venosis. *Brown. jam.* 172. Petala *lanceolata ex sinubus calycis.* Stamina *intra petala.* Callus *nectariferus transversus inter basin staminum.* Stylus *triqueter. Ramuli, pedunculi, petioli et foliorum nervi subtus sunt ferrugineo-subtomentosi.*

alpinus. 4. R. inermis, flor. dioicis; fol. duplicato-crenatis. Frangula inermis, foliis ovatis crenulatis *Hall. flor.* 823. *t.* 40. *Dioicus calyce 4-fido, Stigmate 4-fido, ut R. cathartici.*

pumilus. 21. R. inermis repens, flor. hermaphroditis, fol. serratis. *Mant.* 49.

Frangula. 5. R. inermis, flor. monogynis hermaphroditis, fol. integerrimis. *Oed. dan.* 278.

lineatus. 11. R. inermis, flor. hermaphroditis, fol. ovatis lineatis repandis subtus reticulatis. Rhamnus Zeylanicus, folio subrotundo glabro, caulibus hirsutis, spinis exiguis. *Burm. Zeyl.* 188. *t.* 88. Acaciae forte cognatus e maderasp. frutex, vitis ideae benghalensis folio. *Pluk phyt.* 122. *f.* 4.

Alaternus. 9. R. inermis, flor. dioicis, stigmate triplici, fol. serratis. *Alia individua Mares, alia hermaphrodita feminea. Stigmata 3. Folia subtus et margine lucida.*

* * * *Aculeati.*

Paliurus. 12. R. aculeis geminatis: inferiore reflexo, flor. trigynis.

Lotus. 13. R. aculeis geminatis: altero recurvo, fol. ovato-oblongis.

Digitized by Google

iguaneus. 17. R. aculeis geminatis: altero patente, racemis axillaribus monoicis, fol. nudis. *Folia alterna, glabra, subserrata. Calyx absque squamis petaloidis, absque tubo. Floris feminei Stylus 2: stigmatibus bifidis. Drupa nucleo uniloculari.*

Napeca. 14. R. aculeis subgeminatis recurvis, pedunc. corymbosis, flor. semidigynis, fol. serratis utrinque laevibus.

Jujuba. 15. R. aculeis solitariis recurvis, pedunc. aggregatis, flor. semidigynis, fol. retusis subtus tomentosis.

Oenoplia. 16. R. aculeis solitariis recurvis, pedunc. aggregatis subsessilibus, fol. semicordatis subtus tomentosis.

Zizyphus 18. R. aculeis geminatis: altero recurvo, flor. digynis, fol. ovato-oblongis. *A Syria in Italiam translatus a Sexto Pampinio, tempore Augusti.*

Spina Christi. 19. R. aculeis geminatis rectis, fol. ovatis.

266. PHYLICA. *Perianth.* 5-partitum, turbinatum. *Petala* 0. *Squamae* 5 stamina munientes. *Caps.* tricocca, infera.
283.

ericoides. 1. P. fol. linearibus verticillatis.

bicolor. P. fol. linearibus pubescentibus, calycib. communibus corolla brevioribus. *Mant.* 208. *

plumosa. 2. P. fol. lineari-subulatis: summis hirsutis. (*excluso synonymo Burmanni*)

imberbis. P. fol. linearibus obtusis scabris, flor. terminalibus pubescentibus. *Berg. cap.* 51. * Sanamundae 3 Clusii affinis. *Breyn. cent.* 18. *t.* 7. *Seb. mus.* 1. *t.* 49. *f.* 5.

stipularis. P. fol. linearibus stipulatis, flor. quinquecornibus. *Mant.* 208. * Chamaelea fol. angustis subtus incanis, flor. muscosis. *Burm. afr.* 177. *t.* 43. *f.* 2.

dioica. B. P. fol. cordatis *Mant.* 342. *Burmann.*

buxifolia. 3. P. fol. ovatis sparsis ternisque subtus tomentosis.

racemosa. P. fol. ovatis glabris, flor. simplicibus paniculato-racemosis. *Mant.* 209. *

parviflora. P. fol. subulatis acutis scabris subpilosis, ramis paniculato-multifloris. *Mant.* 209. *

Digitized by Google

267. **CEANOTHUS.** *Petala* 5. saccata, fornicata. *Bacca*
284. sicca, 3-locularis, 3-sperma.

americanus. 1. C. fol. trinerviis.

asiaticus. 2. C. fol. ovatis enerviis.

africanus. 3. C. fol. lanceolatis enerviis, stipul. subrotundis. *Fabr. helm.* 234. *Pluk. phyt.* 126. *f.* 1. *Mant.* 342. * *Stylus ex 3. coadunatis.*

1250. **ARDUINA.** *Cor.* 1-petala. *Stigma* 2-fidum. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* solitaria.

bispinosa ARDUINA. *Mant.* 52.

268. **BüTTNERIA.** *Cor.* 5-petala. *Filamenta* apice pe-
284. talis connata. *Caps.* 5-cocca, muricata.

scabra. 1. B. foliis costa petiolisque aculeatis. BüTTNERIA. *Jacq. amer.* 76. *Frutex sarmentosus, Rubi fruticosi, aculeis recurvis. Folia alterna, oblonga, petiolo costaque aculeata. Racemi axillares, aggregati.*

microphylla. B. ramis flexuosis laevibus, foliis inermibus *Mant.* 207. * *Jacq. hort. t.* 29. *Spinae laterifoliae caulis, horizontales.*

269. **MYRSINE.** *Cor.* semi 5-fida, connivens. *Ger-*
385. *men* corollam replens. *Bacca* 1-sperma *nucleo* 5-loculari.

africana. 1. MYRSINE. *Berg. cap.* 53. *Flores axillares terni pedunculis brevibus. Corolla pallida, punctis testaceis scabra, ciliata, clausa. Stamina laciniis corollae opposita, nec alterna. Stigma penicilliforme. Bacca figura et magnitudine uvae ursi, caerulea. Nucleus ejusdem formae, globosus, depressiusculus.*

Digitized by Google

270. CELASTRUS. *Cor.* 5-petala, patens. *Caps.* 3-
285. angularis, 3-locularis. *Sem.* calyptrata.

bullatus. 1. C. inermis, fol. ovatis integerrimis.
scandens. 2. C. inermis, caule volubili.
myrtifolius. 3. C. inermis, fol. ovatis serrulatis, flor. racemosis, caule erecto.
buxifolius. 4. C. spinis foliosis, ramis angulatis, fol. obtusis. *Plnk phyt. 202. f. 3.*
pyracanthus. 5. C. spinis nudis, ramis teretibus, fol. acutis. *Pluk. phyt. t. 126. f. 2,* 3.
lucidus. 6. C. fol. ovalibus nitidis integerrimis marginatis. *Mant.* 49.

271. EVONYMUS. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 5-gona,
286. 5-locularis, 5-valvis, colorata. *Sem.* calyptrata.

europaeus. 1. E. flor. plerisque quadrifidis, fol. sessilibus.
americanus. 2. E. flor. omnibus quinquefidis, fol. sessilibus.
Colpoon. E. flor. omnibus quadrifidis, fol. petiolatis ovalibus obtusis. *Mant.* 210. * Colpoon compressum. *Berg. cap. 38. t. 1. f. 1.* Crataegus foliis subrotundis sinuosis, flore ac fructu racemoso. *Burm. afr. 240. t. 86.*

272. DIOSMA. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 5 supra germen.
286. *Caps.* 3. s. 5, coalitae. *Sem.* calyptrata.

oppositifolia. 1. D. fol. subulatis acutis oppositis. *Berg. cap.* 62.
hirsuta. 2. D. fol. linearibus hirsutis. *Berg. cap.* 65.
rubra. 3. D. fol. linearibus mucronatis glabris carinatis, subtus bifariam punctatis. *Berg. cap.* 62.
ericoides. 4. D. fol. lineari-lanceolatis, subtus convexis, bifariam imbricatis. *Berg. cap.* 65.
capensis. D. fol. linearibus triquetris subtus punctatis. Hartogia capensis. *Syst. nat. 625. Sp. plant. 288. Folia opposita.*

capita-

capitata. D. fol. linearibus imbricatis fcabris ciliatis, flor. capitato-fpicatis. *Mant.* 210. * *Facies omnino Ericae f. Bruniae nodiflorae. Nectaria parva, mutica.*

cupreffina. 10. D. fol. ovatis triquetris imbricatis, flor. folitariis terminalibus feffilibus. *Mant.* 50. BRUNIA uniflora. *Sp. pl.* 289.

imbricata. D. fol. ovatis mucronatis imbricatis ciliatis. *Mant.* 124. (fub Hartogia) *Similis D. ciliari. Petala purpurea, fubrotunda, unguibus calyce 3plo longioribus.*

lanceolata. 6. D. fol. ellipticis obtufis glabris. Hartogia lanceolata. *Syft. nat.* 625. *Folia utrinque pilis raris.*

ciliata. 5. D. fol. lanceolatis ciliatis rugofis. Hartogia ciliaris. *Syft. nat.* 625. *Berg. cap.* 68. *Folia margine et carina ciliata. Petala oblonga unguibus vix calyce longioribus.*

crenata. 8. D. fol. lanceolato-ovalibus oppofitis glandulofo-crenatis, flor. folitariis. Hartogia betulina. *Berg. cap.* 67. *Calycis folia fubulata, crenata.*

uniflora. 7. D. fol. ovato-oblongis. flor. folitariis terminalibus. *Berg. cap.* 71. *Calycis foliola ovata, magna, foliisque fere latiora.*

pulchella. 9. D. fol. ovatis obtufis glandulofo-crenatis, flor. geminis axillaribus. Hartogia pulchella. *Syft. nat.* 625. *Flores hermaphroditi. Fructus 3-locularis. Cornua terminata Glandulis 2.*

OBS. Polymorphum genus fexu, nectariorum figura, capfularum numero, fuafit divifionem in Diofmata et Hartogias, fed utraque demum plures obfervationes retraxerunt in unum.

274. **BRUNIA.** *Flores* aggregati. *Filamenta* unguibus 288. petalorum inferta. *Stigma* 2-fidum. *Sem.* folitaria, bilocularia.

nodiflora. 1. B. fol. imbricatis triquetris acutis. *Mant.* 343. *Fructus fuperus bilocularis. Styli* 2.

paleacea. B. fol. quinquefariam imbricatis appreffis, corymbo terminali, paleis capitulorum exfertis. *Berg. cap.* 56. *Mant.* 559. *

Digitized by Google

lanuginosa. 2. B. fol. linearibus patulis, apice callosis. *Berg. cap.* 60. *Similis B. abrotanoidi. Rima nectarifera ut in B. abrotanoide.*

abrotanoides. 4. B. fol. lineari-lanceolatis patentibus triquetris apice callosis. *Berg. cap.* 59. *Germen superum. Stylus* 1. *emarginatus.*

ciliata. 3. B. fol. ovatis acuminatis ciliatis. *Germen superum. Stylus bifidus.*

radiata. B. fol. linearibus triquetris, calyce radiante foliolis intimis colorato. Phylica radiata. *Sp. pl.* 283.

glutinosa. B. fol. linearibus triquetris, calyce radiante: foliolis omnibus coloratis. *Mant.* 210. * Brunia colorata. *Berg. cap.* 57. *Similis praecedenti, etiam stylo simplici et flore radiato, at in hac discus major glutinosus; utrisque Germen inferum: an itaque proprii generis hae duae?*

1247. CYRILLA. *Petala* acuta, receptaculo inserta. *Caps.* 2-locularis. *Stylus* 2-fidus, persistens.

racemiflora. 1. CYRILLA. *Mant.* 50.

275. ITEA. *Petala.* longa, calyci inserta. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis.
289.

virginica. 1. ITEA. *Frutex humanae altitudinis. Folia alterna, petiolata, ovata, serrata. Racemi terminales, albi. Facies Padi.*

276. GALAX. *Cor.* hypocrater, *Cal.* 10-phyllus. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis. elastica.
289.

aphylla. 1. GALAX.

Digitized by Google

277. **CEDRELA.** *Cal.* marcescens. *Cor.* 5-petala, in-
289. fundibuliformis, basi ad $\frac{1}{3}$ receptaculo adnata. *Caps.* lignosa, 5-locularis, 5-valvis. *Sem.* deorsum imbricata, ala membranacea.

odorata. A. C. floribus paniculatis.

278. **MANGIFERA.** *Cor.* 5-petala. *Drupa* reniformis.
290.

indica. 1. MANGIFERA.

280. **HIRTELLA.** *Petala* 5. *Filamenta* longissima, per-
290. sistentia, spiralia. *Bacc.* 1-sperma. *Stylus* lateralis.

americana. 1. HIRTELIA. *Jacq. amer.* 8. *t.* 8. *in Herbario Pisonis stamina* 5; *in Cliffortii* 3; *etiam Jacquini.*

1249. **PLECTRONIA.** *Petala* 5 calycis fauci inserta. *Bacca* 2-sperma, infera.

ventosa. 1. PLECTRONIA. *Mant.* 52. *Plectronia corymbosa. Burm. prod.* 6.

281. **RIBES.** *Petala* 5 et stamina calyci inserta. *Sty-*
290. *lus* 2-fidus. *Bacca* polysperma, infera.

* Ribesia *inermia.*

rubrum. 1. R. inerme, racem. glabris pendulis, flor. planiusculis.

alpinum. 2. R. inerme, racem. erectis: bracteis flore longioribus.

nigrum. 3. R. inerme, racem. pilosis, flor. oblongis. *Oed. dan.* 556.

* * Grossulariae *aculeatae.*

reclinata. 4. R. ram. subaculeatis reclinatis, pedunc. bractea triphylla.

Grossu-

Digitized by Google

Grossularia. 5. R. ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis.
Uva crispa. 7. R. ramis aculeatis, bacc. glabris, pedicellis bractea monophylla. *Oed. dan.* 546.
oxyacanthoides. 6. R. ramis undique aculeatis.
cynosbati. 8. R. aculeis subaxillaribus, bacc. aculeatis racemosis.

282. GRONOVIA. *Petala* 5 et stamina calyci campanulato inserta. *Bacca* sicca, monosperma, infera.
292.

scandens. 1. GRONOVIA. *Mant.* 343. *Planta cucurbitacea cirrhis scandens. Folia urentia.*

1296a. AQUILICIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Nectarium* urceolatum squamis 15. *Bacca* 5-locularis. *Sem.* solitaria.

sambucina. AQUILICIA. *Mant.* 211. * *Staphylea indica* foliis bipinnatis: infimis ternatis; summis quinis &c. *Burm. ind.* 73. *t.* 24. *f.* 2.

283. HEDERA. *Petala* 5, oblonga. *Bacca* 5-sperma, calyce cincta.
292.

Helix. 1. H. fol. ovatis lobatisque.
quinquefolia. 2. H. fol. quinatis ovatis serratis. *Racemi trifidi bis dichotomi; ultimo umbellati. Calyx brevissimus, obtuse dentatus apice rubicundus. Petala oblonga, obtusa, apice fornicata, viridia. Glandula receptaculi calyce altior, germen cingens crenis aliquot. Stamina filiformia, corolla paulo breviora. Stylus* 1. *longitudine staminum. Germen superum, tetraspermum. Numerus floris variat* 5 *et* 4. *DD. Schreber.*

Digitized by Google

284. VITIS. *Petala* apice cohaerentia, emarcida. *Bacca* 5-sperma, supera.
292.

vinifera. 1. V. fol. lobatis sinuatis nudis.
indica. 2. V. fol. cordatis dentatis subtus villosis, cirrhis racemiferis. *Plum. ic. 59. f. 2. Cissi species Jacq.*
Labrusca. 3. V. fol. cordatis subtrilobis dentatis subtus tomentosis.
vulpina. 4. V. fol. cordatis dentato-serratis utrinque nudis.
trifolia. 5. V. fol. ternatis: foliolis subrotundis serratis.
laciniosa. 6. V. fol. quinatis: foliolis multifidis.
heptaphylla. V. fol. septenatis ovatis integerrimis *Mant. 210.* * *Similis Hederae quinquefoliae.*
arborea. 7. V. fol. supradecompositis: foliolis lateralibus pinnatis.

285. LAGOECIA. *Involucr.* universale et partiale. *Petala* 2-fida. *Sem.* solitaria, infera.
194.

Cuminoides. 1. LAGOECIA.

1234. RORIDULA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 3-valvis. *Antherae* basi scrotiformes.

dentata. 1. RORIDULA. *Gen. plant. p. 567. Irion verticillatum. Burm. prodr. 6. Droserae affinis, fruticulus.*

286. SAUVAGESIA. *Cor.* 5-petala, fimbriata. *Cal.* 5-phyllus. *Nectar.* 5-phyllum, cum petalis alternans. *Caps.* 1-locularis.
294.

erecta. 1. SAUVAGESIA. *Jacq. amer. 77. t. 51. f. 3. Pedunculi laterales, uniflori: floriferi erecti; fructiferi deflexi. Flores albi. Stipulis ciliatis distinctissima.*

287. CLAYTONIA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 5-petala. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* 3-valvis, 1-locularis, 3-sperma.
294.

virginica. 1. C. fol. linearibus. *Flores albi, rubro lineati.*

sibirica.

Digitized by Google

sibirica. 14. C. fol. ovatis. *Folia Radicalia petiolata, ovata, nervosa, glaberrima. Scapus declinatus Foliis Caulinis duobus, oppositis, sessilibus, ovatis, intra quae Racemi duo secundi; tenelli adhuc revoluti; altero diphyllo. Flores rubri. Stamina unguibus petalorum inserta.*

Portulacaria. C. caule arboreo erecto. *Mant.* 211. * Crassula portulacaria. *Sp. plant.* 406. *Charactere detecto a D. Turra.*

1297. HELICONIA. *Spatha* universalis partialesque. *Cal.* o. *Cor.* 3 petala: *Nectario* 2 phyllo *Capsula* tricocca.

Bihai. Heliconia. *Mant.* 211. * Musa Bihai. *Sp. plant.* 1477. *Habitus Musae.*

288. ACHYRANTHES. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o, *Stigma* 2-fidum. *Semina* solitaria.
294.

aspera. 3. A. caule fruticoso erecto, calyc. reflexis spicae adpressis. Auricula canis, mas. *Rumph. amb.* 6. *p.* 17. *t.* 12. *f.* 1. Cadeli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 155. *t.* 78. Arabica *varietas Foliis utrinque glabris, viridibus, similibus Plumbaginis zeylanicae, quam sicula latioribus, subtus punctatis.*

lappacea. 4. A. caule fruticoso diffuso, prostrato spicis interruptis, flosculis lateralibus utrinque fasciculo setarum uncinato.

muricata. 2. A. caule fruticoso patulo, fol. alternis, flor. spicatis remotis ovatis, calycibus squarrosis. β. Achyranthes *alternifolia* caule herbaceo erecto, fol. alternis, flor. spicatis remotis, cal. squarroso-patulis. *Mant.* 50. * 344. *

corymbosa. 7. A. fol. quaternis linearibus, panicul. dichotomo-corymbosa. *Cal.* 5-*phyllus. Petala* 5. *Stam.* 5? *Stylus* 1, *capitatus.*

dichotoma. 10. A. caul. suffruticosis, fol. oppositis linearibus planis acutis, cyma dichotoma. *Mant.* 51.

prostrata. 5. A. caul. prostratis fruticosis, spic. oblongis: flosculis binatis utrinque fasciculo uncinato.

289.

Digitized by Google

289. CELOSIA. *Cal.* 3-phyllus, corollae 5-petalae
296. facie. *Stam.* basi nectario plicato coniuncta. *Caps.* horizontaliter dehiscens.

argentea. 1. C. fol. lanceolatis, stipulis subfalcatis, pedunc. angulatis, spic. scariosis. Tsiera belutta adeca manjan. *Rheed. mal.* 10. *p.* 77. *t.* 39.

margaritacea. 2. C. fol. ovatis, stipulis falcatis, pedunc. angulatis, spic. scariosis. Belutta adeca manjan. *Rheed mal.* 10. *p.* 75. *t.* 38.

cristata. 2. C. fol. oblongo-ovatis, pedunc. teretibus substriatis, spic. oblongis. *Variat foliis angustis et latis.*

paniculata. 6. C. fol. ovato-oblongis, caul. assurgente paniculato, spic. alternis terminalibus remotis.

coccinea. 5. C. fol. ovatis strictis inauriculatis, caul. sulcato, spic. multiplicibus cristatis.

castrensis. 4. C. fol. lanceolato-ovatis lineatis acuminatissimis, stip. falcatis, spic. cristatis.

trigyna. C. fol. ovato-oblongis, racemo laxo, pistillo trifido. *Mant.* 212.

lanata. 7. C. fol. lanceolatis tomentosis obtusis, spicis confertis, staminibus lanatis.

nodiflora. 8. C. fol. cuneiformibus acutiusculis, spic. globosis lateralibus.

290. ILLECEBRUM. *Cal.* 5-phyllus, cartilagineus.
298. *Cor.* nulla. *Stigm.* simplex. *Caps.* 5-valvis, monosperma.

brachiatum. 1. caule erecto herbaceo brachiato, fol. oppositis laevibus. *Mant.* 213. ☉ Achyranthes brachiata. *Mant.* 50. Amaranthus indor. bliti folio transparenti, paniculis inter folia sparsis. *Pluk. alm.* 11. *t.* 334. *f.* 5.

sanguinolentum. 1. frutescens, fol. oppositis spicis compositis congestis. Achyranthes sanguinolenta. *Sp. pl.* 294. *Caulis saepius prostratus, ramosissimus. Spicae confertae, sessiles, alternae, laxae, tomentosae. Calyx viridis, pubescens. Antherae luteae. Pistillum purpureum. Folia utrinque rubra, supra obscuriora.*

Digitized by Google

lanata. I. caule ſubherbaceo erecto, flor. lateralibus, fol. alternis. Achyranthes lanata. *Spec. plant.* 296. *Caulis rigidus, ſubpiloſus, baſi tantum ramoſus. Folia petiolata, integerrima, acutiuſcula, nuda, ſubtus pubeſcentia. Pedunculi laterales, breviſſimi; ſpicis 3. ſ. 4, ſeſſilibus, inaequalibus cum foliolo. Stamina 5, baſi connexa mediante corona 5-dentata. Semen unum, reniforme.* (*Pluk. t.* 57. *lege* 75.)

javanica. I. caule herbaceo erecto albo tomentoſo, fol. alternis. Ireſine javanica. *Burm. ind.* 212. *t.* 65. *f.* 2. Amaranthus albus gangeticus, ſalviae anguſtis foliis, panicula conglomerara. *Pluk. alm.* 26. *t.* 10. *f.* 1. *Folia Mercurialis tomentoſae, obovato-lanceolata, ut caulis albo tomentoſo, ſupra cinerea. Spicae terminales, approximatae. Calyx hyalinus, viridi carinatus. Germen globoſum. Stigmata* 2, *rubra.*

verticillatum. 1. I. flor. verticillatis nudis, caul. procumbentibus. *Oed. dan.* 335.

ſuffruticoſ. 2. I. flor. lateralibus ſolitariis, caul. ſuffruticoſis.

cymoſum. 3. I. ſpic. cymoſis ſecundis, caul. diffuſo. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 5. *t.* 29. *f. Ger. prov.* 337.

Paronychia. 4. I. flor. bracteis nitidis obvallatis, caulib. procumbentibus, fol. laevibus.

capitatum. 5. I. flor. bracteis nitidis occultantibus capitula terminalia, caulibus erectiuſculis, fol. ciliatis, ſubtus villoſis.

benghalenſe. I. caule erecto herbaceo, fol. alternis oppoſitisque lanceolatis pubeſcentibus. *Mant.* 213. *

arabicum. 11. I. flor. ſparſis congeſtis, bracteis nitidis aequantibus caul. procumbentibus. *Mant.* 51.

Achyrantha. 6. I. caul. repentibus piloſis, fol. ovatis mucronatis oppoſito minore, capit. ſubgloboſis ſubſpinoſis.

polygonoides. 7. I. caul. repentibus hirtis, fol. lato-lanceolatis petiolatis, capitul. orbiculatis nudis. *Mant.* 345. (*prod.* lege *parad.*)

ficoideum. 8. I. caul. repentibus glabris, fol. lato-lanceolatis petiolatis, capitul. orbiculatis pubeſcentibus. *Nectarium radiis* 5, *apice laceris. Jacq. hiſt.* 80. *t.* 60. *f.* 4.

ſeſſile.

Digitized by Google

sessile. 9. I. caul. repentibus bifarie tomentosus, fol. lanceolatis subsessilibus, capit. oblongis glabris. *Mant.* 345. * Olus squillarum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 37. *t.* 15. *f.* 1.

vermiculatum. 10. I. caul. repentibus glabris, fol. subteretibus carnosis, capit. oblongis glabris terminalibus.

alsinefolium. 12. I. caul. diffusis, fol. ovatis, flor. congestis bracteatis nitidis. *Mant.* 51.

291. GLAUX. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Caps.* 1-locularis, 5-valvis, 5-sperma.
301.

maritima. 1. Glaux. *Oed. dan.* 548.

292. THESIUM. *Cal.* 1-phyllus, cui stamina inserta. *Sem.* 1, inferum.
301.

Linophyllum. 1. T. panicula foliacea, fol. linearibus.

alpinum. 2. T. racemo foliato, fol. linearibus. *Jacq. vind.* 215. *Ger. prov.* 442. *t.* 17. *f.* 1. *Caulis procumbens. Flores 4-fidi.*

Frisea. T. flor. subspicatis secundis ciliato-lanatis, fol. subulatis. *Mant.* 213. *

spicatum. T. flor. spicatis laevibus, fol. subulatis brevissimis remotissimis. *Mant.* 214. *

capitatum. 3. T. flor. capitatis sessilibus terminalibus, fol. triquetris laevibus, bracteis ovatis.

strictum. T. flor. umbellatis, fol. linearibus decurrentibus. *Berg. cap.* 73. *Mant.* 214.

umbellatum. 6. T. flor. umbellatis, fol. oblongis.

scabrum. 4. T. capitulis pedunculatis, fol. triquetris margine carinaque scaberrimis.

paniculatum. 7. T. totum paniculatum. *Mant.* 51.

amplexicaule. T. flor. subspicatis secundis ciliato-lanatis. *Mant.* 213. *

euphorbides. T. pedunc. trifloris terminalibus, fol. subovatis carnosis. *Berg. cap.* 74. Planta africana arborescens, portulacae foliis, *Pluk. amalth.* 173.

293.

Digitized by Google

293. RAUVOLFIA. Contorta. *Bacca* succulenta, disperma.
303.

nitida. 1. R. glaberrima nitidissima.
canescens. 2. R. subpubescens. *Jacq. amer.* 47.
tomentosa. 3. R. tomentosa. *Jacq. obs.* 2. *t.* 35.

1252. PÆDERIA. Contorta. *Bacca* vacua, fragilis, disperma. *Stylus* 2-fidus.

faetida. 1. PÆDERIA. *Mant.* 52.

1251. CARISSA. Contorta. *Baccae* 2, polyspermae.

Carondas. 1. C. fol. ellipticis obtusis. *Mant.* 52. Echites spinosa. *Burm. ind.* 69. Lycium malabaricum, subrotundis pyrolae densioribus foliis. *Pluk. alm.* 235. *t.* 305. *f.* 4, *sed corolla non quadrifida.*
spinarum. C. fol. ovatis acutis. *Mant.* 559. ° Spina spinarum *Rumph. amb.* 7. *p.* 76. *t.* 19. *f.* 1.

294. CERBERA. Contorta. *Drupa* monosperma.
302.

Ahovai. 1. C. fol. ovatis.
Manghas. 2. C. fol. lanceolatis: nervis transversalibus. *Pet. gaz.* *t.* 16. *f.* 4.
Thevetia. 3. C. fol. linearibus longissimis confertis.

296. GARDENIA. Contorta. *Bacca* infera, polysperma. *Stylus* elevatus, bilobus. *Cal.* laciniis verticalibus.
305.

florida. 1. GARDENIA. Jasminum ramo unifloro pleno, petalis coriaceis. *Ehret pict. t.* 15. *optime. E. N. C.* 1761. *p.* 333. *Praestantissimus flos Adonidum certans cum Nervi evalam. Vide Mant.* 346.

Digitized by Google

1295. ALLAMANDA. Contorta. *Caps.* lentiformis, erecta, echinata, 1-locularis, bivalvis, polysperma.

cathartica. ALLAMANDA. *Mant.* 214. Echinus scandens lactescens, flore maximo lunato. *Barrer. aequin* 48.

295. VINCA. Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* nuda. 304.

minor. 1. V. caul. procumbentibus, fol. lanceolato-ovatis, flor. pedunculatis.
major. 2. V. caul. erectis, fol. ovatis, flor. pedunculatis. *Varietas praecedentis.*
lutea. 3. V. caule volubili, fol. oblongis.
rosea. 4. V. caule frutescente erecto, flor. geminis sessilibus, foliis ovato-oblongis, petiolis basi bidentatis.

297. NERIUM. Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* plumosa. *Cor.* tubus terminatus corona lacera. 305.

Oleander. 1. N. fol. lineari-lanceolatis ternis, coroll. coronatis. β, Nerium indicum angustifolium, floribus odoratis simplicibus. *Herm. lugdb.* 447. γ, Nerium indicum latifolium, floribus plenis. *Herm. lugdb.* 447. *t.* 449. *Praestantissimus flos adonidum varietate constanti, introductus in Europam a Bewerningio.*
zeylanicum. 4. N. fol. lanceolatis oppositis, ramis rectis.
divaricatum. 2. N. fol. lanceolato-ovatis, ramis divaricatis.
antidysentericum. 3. N. fol. ovatis acuminatis petiolatis. Nerium indicum siliquis angustis erectis longissimis. *Burm. Zeyl.* 167. *t.* 77.

299. ECHITES. Contorta. *Folliculi* 2, longi, recti. *Sem.* papposa. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda. 307.

biflora. 1. E. pedunculis bifloris.
5-angularis. 2. E. pedunc. racemosis, fol. ovatis acuminatis.

suberecta. 3. E. pedunc. racemosis, fol. subovatis obtusis mucronatis. *Corollae tubus hirsutus.*
agglutinata. 8. E. pedunc. racemosis, fol. ovatis emarginatis acuminatis.
torulosa. 4. E. pedunc. subracemosis, fol. lanceolatis acuminatis.
umbellata. 5. E. pedunc. umbellatis, fol. ovatis obtusis mucronatis, caul. volubili.
trifida. 6. E. pedunc. trifidis multifloris, fol. ovato-oblongis acuminatis.
corymbosa. 7. E. racem. corymbosis, stam. eminentibus, fol. lanceolato-ovatis.
spicata. 9. E. spicis axillaribus brevibus, stam. eminentibus, fol subovatis.
caudata. 10. E. coroll. infundibuliformibus: apicibus linearibus longissimis. *Mant. 52. Burm. ind. 68. t. 26. rectius.*
scholaris. 11. E. fol. subverticillatis oblongis, folliculis filiformibus longissimis, umbellis compositis. *Mant. 53. Folia subverticillata, nec ut Tabernaem. alternifolia foliis alternis.*

298. PLUMERIA. Contorta. *Folliculi* 2, reflexi. *Semi-*
306. *na* membranae propriae inserta.

rubra. 1. P. fol. ovato-oblongis, petiolis biglandulosis. *Jacq. amer.* 35.
alba. 2. P. fol. lanceolatis revolutis, pedunculis superne tuberosis. *Jacq. amer. t.* 174.
obtusa. 3. P. fol. lanceolatis petiolatis obtusis.
pudica. P. floribus limbo clausis. *Jacq. amer. 37. Corollae clausae* (ut Hibisci Malvavisci), *flavescentes odoratissimae.*

300. CAMERARIA. Contorta. *Folliculi* 2, horizonta-
308. les. *Sem.* membranae propriae inserta.

latifolia. 1. C. fol. ovatis utrinque acutis transverse striatis. *Jacq. amer. 37. t. 182. f. 86.*
angustifolia. 2. C. fol. linearibus.

Digitized by Google

301. TABERNÆMONTANA. Contorta. *Folliculi* 2, horizontales. *Sem.* pulpae immersa.
308.

citrifolia. 1. T. fol. oppositis ovatis, flor. lateralibus glomerato-umbellatis. *Jacq. hist.* 38. *t.* 175. *f.* 13. (*excluso Rheedi nomine.*)

laurifolia. 2. T. fol. oppositis ovalibus obtusiusculis. Tabernaemontana foliis oppositis ovatis, pedunculis paucifloris, staminibus inclusis. *Jacq. amer.* 39. Tabernaemontana foliis oppositis ovatis, pedunculis paucifloris, staminibus inclusis. *Jacq. amer.* 39. Tabernaemontana frutescens: foliis subnitidis ovatis venosis. *Brown. jam.* 182.

grandiflora. 5. T. fol. oppositis, caul. dichotomo, calyc. inaequalibus laxissimis. *Mant.* 53.

cymosa. 6. T. fol. oppositis, flor. cymosis. *Mant.* 53.

alternifolia. 3. T. fol. alternis, caul. arborescente. *Rheed. mal.* 1. *p.* 83. *t.* 43. *rectius.*

Amsonia. 4. T. fol. alternis, caul. subherbaceis. Apocynum virginianum, asclepiadis folio, floribus pallide caeruleis, radice crassa. *Pluk phyt. t.* 115. *f.* 3.

302. CEROPEGIA. Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Semimina* plumosa. *Corollae* limbus connivens.
309.

candelabrum. 1. C. umbellis pendulis, flor. erectis.

biflora. 2. C. pedunculis bifloris.

sagittata. C. umbellis sessilibus, fol. sagittatis. *Mant.* 215. *

tenuifolia. C. fol. lineari-lanceolatis. Periploca tenuifolia. *Sp. plant.* 310. Apocynum frutescens strictissimis rigidis et praelongis foliis, bullatis floribus. *Pluk. mant.* 17. *t.* 335. *f.* 5 Apocynum scandens africanum, asphodeli radice, angustissimo folio. *Herm. par.* 59. Naru nindi. *Rheed. mal.* 10. *p.* 67. *t.* 34.

Digitized by Google

DIGYNIA.

1253. **PERGULARIA** Contorta. *Nectarium* ambiens genitalia cuspidibus 5 sagittatis. *Cor.* hypocrateriformis.

glabra. 1. P. fol. ovatis glabris. *Mant.* 53.
tomentosa. 2. P. fol. cordatis tomentosis. *Mant.* 53. Asclepias cordata. *Burm. ind.* 72. *t.* 27. *f.* 2.

303. **PERIPLOCA.** Contorta. *Nectarium* ambiens genitalia, filamenta 5 exserens.
309.

graeca. 1. P. flor. interne hirsutis terminalibus.
Secamone. P. flor. interne hirsutis paniculatis, fol. lanceolato-ellipticis. *Mant.* 216. * Periploca foliis oblongis angustioribus. *Tournefort. inst.* 93. Secamone *Alp. aegypt.* 133. *t.* 134. *Similis P. graecae, sed copiosiores Flores, intus hirsuti similiter.*
indica. 2. P. spicis imbricatis.
africana. 3. P. caule hirsuto.

304. **CYNANCHUM.** Contorta. *Nectarium* cylindricum, 5-dentatum.
310.

viminale. C. caule volubili perenni aphyllo. *Syst. nat.* 3. *p.* 235. * *Mant.* 394. Euphorbia viminalis *Spec. plant.* 649. Apocynum guineense mere aphyllum. flore albo tetrapetalo odoratissimo. *Herm. parad.* 61.
acutum. 1. C. caule volubili herbaceo, fol. cordato-oblongis glabris.
planifolium. 6. C. caule volubili, fol. cordatis glabris subtus tomentosis, pedunc. subracemosis.
racemosum. 7. C. caule volubili, fol. cordatis glabris acutis, racemis simplicibus.
maritimum. 8. C. caule volubili, fol. cordatis hirsutis subtus tomentosis, pedunc. aggregatis. *Mant.* 54.
suberosum. 2. C. caule volubili inferne suberoso fisso, fol. cordatis acuminatis.
hirtum. 3. C. caule volubili fruticoso inferne suberoso fisso, fol. ovato-cordatis.

monspe-

Digitized by Google

monspeliacum. 4. C. caule volubili herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis.
undulatum. 9. C. caule volubili, fol. lanceolato-ovatis glabris, umbellis globosis. *Mant.* 54.
erectum. 5. C. caule erecto divaricato, fol. cordatis glabris. *Jacq. hort. t.* 38.

305. APOCYNUM. *Cor.* campanulata. *Filamenta* 5, cum
311. staminibus alterna.

androsaemifolium. 1. A. caule rectiusculo herbaceo, fol. ovatis utrinque glabris, cymis terminalibus. *Dod. mem.* 59. *t.* 59.
cannabinum. 2. A. caule rectiusculo herbaceo, fol. oblongis, panic. terminalibus.
venetum. 3. A. caule rectiusculo herbaceo, fol. ovato-lanceolatis.
frutescens. 4. A. caule erecto frutescente, fol. lanceolato-ovalibus, corollis acutis: fauce villosis.
reticulatum. 5. A. caule volubili perenni, fol. ovatis venosis. Olus crudum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 75. *t.* 40.

306. ASCLEPIAS. Contorta. *Nectaria* 5, ovata, con-
312. cava, corniculum exserentia.

* *Foliis oppositis planis.*

undulata. 1. A. fol. sessilibus oblongis lanceolatis undulatis glabris, petalis ciliatis.
crispa. A. fol. lanceolatis crispis hirsutis, petalis extus villosis. *Berg. cap.* 75. Apocynum erectum africanum hirsutum, foliis undatis. *Herm. Par.* 25. *Comm. rar.* 17. *t.* 17.
pubescens. A. fol. ovatis venosis nudis, caule fruticoso pedunculisque villosis. *Mant.* 215. * Apocynum africanum tuberosum, latiori salicis folio, flore pallide punicante. *Moris. hist.* 3. *p.* 610. *f.* 15. *t.* 3. *f.* 35. *Pluk. phyt.* 139. *f.* 1.
gigantea. 2. A. fol. amplexicaulibus oblongo-ovalibus basi pilosis. Zia-raek. *Brun. it.* 315. *t.* 184. *Jacq. obs.* 3. *t.* 69. *Basis petioli supra barbata.*
syriaca. 4. A. fol. ovalibus subtus tomentosis, caule simplicissimo, umbellis nutantibus.

Digitized by Google

amoena. 6. A. fol. ovatis subtus pilosiusculis, caule simplici, umbell. nectariisque erectis,

purpurascens. 5. A. fol. ovatis subtus villosis, caule simplici, umbell. erectis, nectariis resupinatis.

variegata. 3. A. fol. ovatis rugosis nudis, caule simplici, umbell. subsellibus: pedicellis tomentosis.

curassavica. 9. A. fol. lanceolatis glabris nitidis, caule simplici, umbell. erectis solitariis lateralibus. *Folliculi ad latera denticulati. Simillima A. niveae.*

nivea. 7. A. fol. ovato-lanceolatis glabriusculis, caule simplici, umbell. erectis lateralibus solitariis. *Corollae virides nectariis niveis. Differt ab A. curassavica foliis minime nitidis parumque scabris, sed basi magis rotundatis, nec perfecte lanceolatis. Folliculi edentuli.*

incarnata. 8. A. fol. lanceolatis, caule superne diviso, umbell. erectis geminis.

decumbens. 10. A. fol. villosis, caule decumbente.

lactifera. 11. A. fol. ovatis, caule erecto, umbell. proliferis brevissimis.

Vincetoxicum. 12. A. fol. ovatis basi barbatis, caule erecto, umbell. proliferis.

nigra. 13. A. fol. ovatis basi barbatis, caule superne subvolubili.

* * *Foliis lateribus revolutis.*

arborescens. A. fol. revolutis ovatis, caule fruticoso subvilloso. *Mant. 216.* * Apocynum frutescens, latis et undulatis foliis, floribus umbellatis, fructu sulcato spinoso *Burm. afr. 31. t. 13.*

fruticosa. 14. A. fol. revolutis lineari-lanceolatis, caule fruticoso. β. crassifolia *hujus affinis, soror aut filia; convenit caule fruticoso, foliis revolutis, folliculis dentatis; differt latitudine foliorum et hirsutie; ex priori ortam arguit structura.*

undulata. 19. A. fol. revoluto-repandis pilosis. Apocynum erectum africanum subhirsutum, foliis undulatis. *Herm. par. 25. Comm. rar. 17. t. 17.*

sibirica. 15. A. fol. revolutis lineari-lanceolatis oppositis ternisque, caule decumbente.

verticillata. 16. A. fol. revolutis linearibus verticillatis, caule erecto. *Flores albi.*

* * * *Foliis*

Digitized by Google

** * *Foliis alternis.*

rubra. 17. A. fol. alternis ovatis, umbellis ex eodem pedunculo communi pluribus.
tuberosa. 18. A. fol. alternis lanceolatis, caule divaricato pilofo.

307. STAPELIA. Contorta. *Nectarium* duplici ftellula tegente genitalia.
316.

variegata. 1. S. denticulis ramorum patentibus.
hirfuta. 2. S. denticulis ramorum erectis. *Mill. ic.* 258.
mammillaris. S. denticulis ramorum obtufis mucronatis. Stapelia aphyllos ad nodos mammillaris, flofculo rubello, filiquis pendulis. *Burm. afr.* 27. *t.* 11.

1208. LINCONIA. *Petala* 5: foveolae nectarii bafi infculpta. *Capfula* feminifera, bilocularis.

alopecuroidea. Linconia *Mant.* 216. * Coridis folio et fpica africanus frutex alopecuroides, flore albo. *Herm. afric.* 7.

308. HERNIARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stamina* 5 fterilia. *Capf.* 1-fperma.
317.

glabra. 1. H. glabra. *Oed. dan.* 529.
hirfuta. 2. H. hirfuta. *Fere varietas praecedentis.*
fruticofa. 3. H. caulibus fruticofis, flor. quadrifidis. *Cent.* 21. *Loefl. hifp.* 128.
lenticulata. 4. H. fubfruticofa, fol. ovato oblongis pilofis, Herniaria caule fruticofo, fol. alternis feffilibus ovato lanceolatis pilofis. *Burm. ind.* 78. *Migravit ex India or. in Europam.*

Digitized by Google

309. CHENOPODIUM. *Cal.* 5-phyllus, 5-gonus. *Cor.* 0. *Sem.* 1, lenticulare, superum.
318.

* *Foliis angulosis.*

Bonus Henricus. 1. C. fol. triangulari-sagittatis integerrimis, spic. compositis aphyllis axillaribus. *Oed. dan.* 579.

urbicum. 2. C. fol. triangularibus subdentatis, racem. confertis strictissimis cauli approximatis longissimis.

rubrum. 3. C. fol. cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racem. erectis compositis subfoliosis caule brevioribus.

murale. 4. C. fol. ovatis nitidis dentatis acutis, racem. ramosis nudis.

serotinum. 5. C. fol. deltoideis sinuato-dentatis rugosis glabris uniformibus, racemis terminalibus.

album. 6. C. fol. rhomboideo-triangularibus erosis postice integris; summis oblongis, racem. erectis.

viride. 7. C. fol. rhomboideis dentato-sinuatis, racem. ramosis subfoliatis. *An varietas praecedentis?*

hybridum. 8. C. fol. cordatis angulato-acuminatis, racem. ramosis nudis.

Botrys. 9. C. fol. oblongis sinuatis, racem. nudis multifidis.

ambrosioides. 10. C. fol. lanceolatis dentatis, racem. foliatis simplicibus.

multifidum. 11. C. fol. multifidis: segmentis linearibus, flor. axillaribus sessilibus.

anthelminticum. 12. C. fol. ovato-oblongis dentatis, racem. aphyllis.

glaucum. 13. C. fol. ovato-oblongis repandis, racem. nudis simplicibus glomeratis.

** *Foliis integris.*

Vulvaria. 14. C. fol. integerrimis rhomboideo-ovatis, flor. conglomeratis axillaribus.

polyspermum. 15. C. fol. integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus.

Scoparia. 16. C. fol. lineari-lanceolatis planis integerrimis. *Folia ciliata.*

maritimum. 17. C. fol. subulatis semicylindricis. *Oed. dan* 489.

Digitized by Google

aristatum. 18. C. fol. lanceolatis subcarnosis integerrimis, corymbis dichotomis: aristatis axillaribus. *Mant.* 347. *Gmel. sib.* 3. *p.* 83. *t.* 15. *f.* 1.

310. BETA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* reniforme, 322. intra substantiam baseos calycis.

vulgaris. 2. B. flor. congestis: *Calycis foliola basi dentata.*
Cicla. 3. B. flor. ternis. *Calycis foliola basi inermia. Synonyma ad Betam vulgarem* ζ. η. Cicla, *hujus sunt.* Habitat in Lusitania ad Tagum.
maritima 1. B. flor. geminis. *Differt a B. vulgari, quod primo anno floreat; quod folia obliqua s. verticalia; quod Calycis foliola, sua carina aequalia, nec unidentata.*

311. SALSOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Caps.* 1-sperma. 322. *Sem.* cochleatum.

Kali. 1. S. herbacea decumbens, fol. subulatis spinosis scabris, calycibus marginatis axillaribus. *Stylus trifidus.*
Tragus. 2. S. herbacea erecta, fol. subulatis spinosis laevibus, calycibus ovatis. *Varietas praecedentis Willich.*
rosacea. 3. S. herbacea, fol. subulatis mucronatis, calycibus explanatis.
Soda. 6. S. herbacea patula, fol. inermibus. *Mant.* 347. * *Jacq. hort. t.* 68.
sativa. 7. S. herbacea diffusa, fol. teretibus glabris, flor. conglomeratis.
altissima. 10. S. herbacea erecta ramosissima, fol. filiformibus acutiusculis basi peduncul iferis. *Pedunculi* 3-*flori, lateralibus ad basin intermedii enatis, ex basi folii ipse enatus, ut in Thesio et Turnera. Styli* 3.
salsa. 9. S. herbacea erectiuscula, fol. linearibus subcarnosis muticis, calyc. succulentis diaphanis. *Mant.* 347. * *Caules herbacei, pedales, paniculati, laeves, purpurascentes; substriati. Folia supra plana. Flores axillares, sessiles, terni. Calycis foliola maxime fornicata, convexa, clausa, in fructu hyalina. Styli* 3, *apice bifidi.*

hirsuta. S. 8. herbacea diffusa, fol. teretibus obtusis tomentosis. *Oed. dan. 187.*

polyclonos. 12. S. sublignosa diffusa, fol. oblongis, calyc. marginatis glomeratis coloratis. *Mant.* 54.

prostrata. 3. S. frutescens, fol. linearibus pilosis inermibus. *Pall. itin. 1. p. 490. t. 5. Gmel. sib. 3. t. 18. f. 2. et t. 19. f. 1. et t. 20. Buxb. cent. 1. t. 15. et t. 11. f. 2.*

vermiculata. 4. S. frutescens, fol. ovatis acutis carnosis.

fruticosa. 11. S. fruticosa erecta, fol. filiformibus obtusiusculis. *Mant.* 347.

muricata. 13. S. fruticosa patula, ramulis hirsutis, calyc. spinosis. *Mant. 54. 512.* Bassia muricata *Allion. aliis* 177. t. 4. f. 2.

312. ANABASIS. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-sperma, calyce cincta.
324.

aphylla. 1. A. aphylla, articulis emarginatis. Salsola baccifera salicorniae facie. *Gmel. sib. 3. p. 101. t. 18.*

foliosa. 2. A. foliis subclavatis. Salsola foliis incrassatis obtusis, supra planis, infra convexis. *Gmel. sib. 3. p. 99.*

tamariscifolia. 1. A. foliis subulatis, pericarpis exsuccis.

313. CRESSA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* hypocrateriformis. *Filamenta* tubo insidentia. *Caps.* 2-valvis, 1-sperma.
325.

cretica. 1. CRESSA.

1254. STERIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata. *Bacca* 1-locularis, polysperma.

javana. 1. STERIS. *Mant.* 54. *Facies Capsici minoris.*

Digitized by Google

314. GOMPHRENA. *Cal.* coloratus; exterior 3-phyllus: foliol. 2. conniventibus carinatis. *Petalas* rudia villosa. *Nectarium* cylindricum, 5-dentatum. *Caps.* 1-sperma. *Stylus* semibifidus.
326.

globosa. 1. G. caule erecto, fol. ovato-lanceolatis, capitul. solitariis, pedunc. diphyllis. *Rumph. amb.* 5. *t.* 100. Wadapu. *Rheed. mal.* 10. *p.* 73. *t.* 37.
perennis. 2. G. fol. lanceolatis, capitul. diphyllis, flosculis perianthio proprio distinctis.
hispida. 3. G. caul. erecto, capitul. diphyllis, fol. crenatis.
brasiliensis. 4. G. fol. ovato-oblongis, caule erecto, capitul. pedunculatis globosis aphyllis.
serrata. 5. G. caule erecto brachiato, capitul. solitariis terminalibus sessilibus, calycibus serratis.
interrupta. 6. G. caule erecto, spica interrupta.
flava. 7. G. pedunc. oppositis bifidis tricapitatis, capitulo intermedio sessili.

315. BOSEA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Bacca* 1-sperma.
326.

Yervamora. 1. Bosea. Arbuscula baccifera canariensis, Syringae caeruleae foliis. *Pluk alm.* 42.

316. ULMUS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Bacca* exsucca, compresso-membranacea.
327.

campestris. 1. U. fol. duplicato serratis: basi inaequalibus.
americana. 2. U. fol. aequaliter serratis: basi inaequalibus.
pumila. 3. fol. aequaliter serratis: basi aequalibus.

317. NAMA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-partita. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis.
327.

zeylanica. 1. N. caule erecto glabro, fol. linearibus, flor. racemosis.
jamaicensis. 2. N. caul. decumbente, fol. ovatis, flor. solitariis.

318.

Digitized by Google

318. HYDROLEA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* rotata. *Filament.* basi cordata. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis.
328.

spinosa. 1. HYDROLEA.

319. SCHREBERA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibulif. *Filament.* in fauce corollae squamis totidem baseos.
1662.

schinoides. 1. SCHREBERA. *Sp. pl. 1662.*

320. HEUCHERA. *Petala* 5. *Caps.* 2-rostris, 2-locularis.
328.

americana. 1. HEUCHERA.

447. VELEZIA. *Cor.* 5-petala, parva. *Cal.* filiformis, 5-dentatus. *Caps.* 1-locularis. *Sem.* plurima serie simplici.
474.

rigida. 1. VELEZIA. Knawel minus, foliis caryophylleis. *Buxb. cent. 2. p. 41. t. 47. Caulis ramosissimus. Calyces sessiles, cylindrici, angustissimi. Petalorum limbus minimus, ad basin notatus lunula purpurea, ut in Caryophyllaeis. Staminae saepe 6, sed naturalis status 5. uti posteriores observationes demonstrarunt.*

321. SWERTIA. *Cor.* rotata. *Nectariferi* pori ad basin laciniarum corollae. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis.
328.

perennis. 1. S. corollis quinquefidis, fol. radicalibus ovalibus.

difformis. 2. S. coroll. quinquefidis: terminali sexfida, pedunc. longissimis, fol. linearibus. *Flores albi.*

rotata. 3. S. coroll. quinquefidis, fol. lanceolato-linearibus. *Gmel. sib. 4. p. 114. t. 53. f. 1. Etiam in Islandia.*

corniculata. 4. S. coroll. quadrifidis quadricornibus. *Gmel. sib. 4. p. 114. t. 53. f. 3.*

dichotoma. 5. S. coroll. quadrifidis ecornibus. *Gmel. sib. 4. p. 113. t. 53. f. 2.*

Digitized by Google

322. **GENTIANA.** *Cor.* monopetala. *Caps.* 2-valvis, 1-locularis. *Receptaculis* 2, longitudinalibus.
329.

* *Corollis quinquefidis subcampaniformibus.*

lutea. 1. G. coroll. subquinquefidis rotatis verticillatis, calyc. spathaceis. *Petala punctis sparsis creberrimis flava. Corollae rotatae.*

purpurea. 2. G. coroll. subquinquefidis campanulatis verticillatis, calyc. truncatis *Oed. dan.* 50. *Petala punctis secundum liineas, purpurea. Jacq. obs.* 2. *t.* 39.

punctata. 3. G. coroll. subquinquefidis campanulatis punctatis, calyc. quinquedentatis. *Jacq. obs.* 2. *p.* 17. *t.* 39. *Petala punctis sparsis, purpurea. Solo floris colore distincta a purpurea. Haller.*

asclepiadea. 4. G. coroll. quinquefidis campanulatis oppositis sessilibus, fol. amplexicaulibus.

Pneumonanthe. 5. G. coroll. quinquefidis campanulatis oppositis pedunculatis, fol. linearibus. *Oed. dan.* 269.

Saponaria. 6. G. coroll. quinquefidis, campanulatis ventricosis verticillatis, fol. trinerviis.

villosa. 7. G. coroll. quinquefidis campanulatis ventricosis, fol. villosis. *Corolla extus pallida, intus lineato-varia.*

acaulis 8. G. coroll. quinquefida campanulata caulem excedente: *Flos tota planta major.*

exaltata. 9. G. coroll. quinquefidis coronatis crenatis, pedunc. longissimo dichotomo terminali.

* * *Corollis quinquefidis infundibuliformibus.*

verna. 10. G. corolla quinquefida infundibuliformi caulem excedente, fol. radicalibus confertis majoribus. *Primulae proprior, vix amara. Stigma* 1, *magnum, orbiculare, scutellato-concavum. Mygind.*

pyrenaica. 29. G. corolla decemfida infundibuliformi aequali: laciniis exterioribus rudioribus. *Mant.* 55.

pumila. G. corolla quinquefida infundibuliformi subserrata, fol. lanceolato-linearibus. *Jacq. vind.* 215. *obs.* 2. *p.* 29. *t.* 49. *Caules uniflori. Corollae vix serratae.*

bavarica.

Digitized by Google

bavarica. 11. G. coroll. quinquefida infundibuliformi serrata, fol. ovatis obtusis. *Jacq. obs. 2. t. 71. Folia hujus obtusa, nec ut G. vernae acuta.*

aurea. 12. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus acuminatissimis: fauce imberbi muticaque, ramis oppositis.

nivalis. 13. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, ram. unifloris alternis. *Jacq. vind.* 215. * *Oed. dan.* 17.

aquatica. 14. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus terminalibus sessilibus, fol. margine membranaceis.

utriculosa. 15. G. coroll. quinquefidis hypocrateriformibus, calyc. plicato-carinatis.

exacoides. 16. G. coroll. quinquefidis hypocrateriformibus, calyc. membranaceo-carinatis. caul. dichotomo, fol. cordatis.

Centaurium. 17. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, pistillo simplici β. Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule brevissimo ramosissimo. *Ger. prov.* 311.

maritima. 30. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, stylis geminis, caule dichotomo paucifloro. *Mant.* 55.

spicata. 18. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, flor. alternis sessilibus.

verticillata. 19. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, flor. verticillatis, caule simplicissimo. *Planta indiae orientalis vix diversa. Radix perennis. Caules plures, palmares, articulati. Folia lanceolata. Flores verticillati, sessiles, lutei: limbo 5-fido, acuto. Nectarium e squama subrotunda basi singuli filamenti, intra tubum corollae annexa. Stylus, stigmate capitato. Capsula semibilocularis.*

quinquefolia. 20. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, caule acutangulo, fol. ovatis amplexicaulibus. *Oed. dan.* 344.

aphylla. G. coroll. quinquefida hypocrateriformi, caule aphyllo.

Amarella. 21. G. coroll. quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. *Oed. dan.* 328.

*** *Co-*

*** *Corollis non quinquefidis:*

campestris. 23. G. coroll. quadrifidis fauce barbatis. Gentianella alpina unicaulis, bellidis folio. *Bocc. muf.* 144. 144. *t.* 101. *Oed. dan.* 367.

β. G. coroll. quadrifidis imberbibus, pedunc. tetragonis. *Oed. dan. t.* 318.

ciliata. 24. G. coroll. quadrifidis margine ciliatis. *Oed. dan.* 317. *Haec flore in America maxime ciliata; in Italia mediocriter, in Islandia et Norvegia tantum serrata.*

Cruciata. 25. G. coroll. quadrifidis imberbibus, flor. verticillatis fessilibus. *Mant.* 349. *

sessilis. 26. G. coroll. quadrifidis floribus acaulibus, fol. ovatis.

filiformis. 27. G. coroll. quadrifidis imberbibus, caule dichotomo filiformi. *Oed. dan.* 324.

heteroclita. G. flor. quadrifidis irregularibus, caule brachiato. *Mant.* 560. *

323. PHYLLIS. *Stigmata* hispida. *Fructif.* sparsae. 335.

Nobla. 1. P. stipulis dentatis.

* UMBELLATAE.

324. ERYNGIUM. *Flores* capitati. *Receptaculo* paleaceo. 336.

foetidum. 1. E. fol. radicalibus lanceolatis serratis, floralibus multifidis, caule dichotomo. Radix *annua s. biennis.* Folia radicalia *obtusiuscula: serraturis spinosis, innocuis.* Caulis *pedalis, viridis, subangulatus, dichotomus, patens: ramis ultimis flexuosis.* Folia Ramea *opposita, amplexicaulia, cuneata, subconnata, margine dentata, semitrifida laciniis lanceolatis, angulis omnibus terminatis spina purpurascente.* Pedunculus *e dichotomiis, rectus, articulis brevior, triangulus, lateribus striatis. Involucra subhexaphylla, horizontalia, flore longiora: foliolis lanceolatis, nervosis, spinosis apice et una alterave serratura.* Receptaculum *commune cylindricum, unde flos cylindricus. Flosculorum* Calyx 5-*dentatus, longitudine corollulae.* Petala 5, *exalbida, involuta.* Filamenta *capillaria, petalis*

Digitized by Google

talis duplo longiora, alba. Antherae *testaceae.* Stylus *bipartitus, persistens.* Semina *tecta undique punctis hemisphaericis.* Paleae *lineares, acutae, longitudine flosculorum.* Odor *totius eximie teter.*

aquaticum. 2. E. fol. gladiatis serrato-spinosis: floralibus indivisis. *Involucra et paleae integerrimae.*

planum. 3. E. fol. radicalibus ovalibus planis crenatis, capitul. pedunculatis.

pusillum. 4. E. fol. radicalibus oblongis incisis, caule dichotomo, capitul. sessilibus.

tricuspidatum. 7. E. fol. radicalibus cordatis, caulinis palmatis auriculis retroflexis, paleis tricuspidatis.

maritimum. 5. E. fol. radicalibus subrotundis plicatis spinosis, capitul. pedunculatis, paleis tricuspidatis.

campestre. 8. E. fol. radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. *Oed. dan. 554. Involucra subulata capitulo longiora. Gouan.*

amethystinum. 9. E. fol. radicalibus trifidis basi subpinnatis. *Involucra lanceolata, capitulo longiora. Gouan.*

alpinum. E. fol. digitatis laciniatis suborbiculatis, capitulo oblongo polyphyllo, paleis setaceis trifidis *Mant.* 349. * Eryngium alpinum spinis horridum, dipsaci capitulo longiore. *Tournef. inst.* 327. Spina alba. *Dalech. hist.* 1462.

325. HYDROCOTYLE. 338. *Umbella* simplex: *Involucro* 4-phyllo. *Petala* integra. *Sem.* semiorbiculato-compressa.

vulgaris. 1. H. fol. peltatis, umbell. quinquefloris. *Oed. dan.* 90. *Umbella simplex e centro prolifera. Styli 2, distantes.*

umbellata. 2. H. fol. peltatis, umbell. multifloris. *Scapus foliis longior.*

americana. 3. H. fol. reniformibus sublobatis crenatis. *Et in Ind. orient.*

asiatica. 4. H. fol. reniformibus dentato-crenatis. *Et in Jamaica.*

chinensis. 5. H. fol. linearibus, umbell. multifloris.

326.

Digitized by Google

326. SANICULA. *Umbellae* confertae, fubcapitatae. 339. *Fructus* fcaber. *Flores* difci abortientes.

europaea. 1. S. fol. radicalibus fimplicibus, flofculis omnibus feffilibus. *Oed. dan.* 283.
canadenfis. 2. S. fol. radicalibus compofitis: foliolis ovatis.
marilandica. 3. S. flofculis mafculis pedunculatis: hermaphroditis feffilibus.

327. ASTRANTIA. *Involucra partialia* lanceolata, patentia, aequalia, longiora, colorata. *Flores* plurimi abortientes. 339.

major. 1. A. fol. quinquelobis: lobis trifidis.
minor. 2. A. fol. digitatis ferratis.

328. BUPLEURUM. *Involucra* umbellulae majora, 5-phylla. *Pet.* involuta. *Fructus* fubrotundus, compreffus, ftriatus. 340.

* *Herbacea.*

rotundifolium. 1. B. involucris univerfalibus nullis, fol. perfoliatis. *Involucella ovata, mucronata.*
ftellatum. 2. B. involucellis coadunatis: univerfali triphyllo. *Involucella octofida. Hall. emend.* 120. *Involucella colorata, flofculis longiora.*
petraeum. 3. B. involucellis coadunatis univerfali pentaphyllo.
angulofum. 4. B. involucellis pentaphyllis orbiculatis: univerfali triphyllo ovato, fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis. *Involucella ovalia, longitudine umbellulae.*
longifolium. 5. B. involucellis pentaphyllis ovatis: univerfali fubpentaphyllo, fol. amplexicaulibus.
falcatum. 6. B. involucellis pentaphyllis acutis: univerfali fubpentaphyllo, fol. lanceolatis, caule flexuofo. *Caulis purpurafcens, totus paniculatus. Umbellae faturate luteae. Umbellulae faepius* 7.
odontites. 7. B. involucellis pentaphyllis acutis: univerfali triphyllo, flofculo centrali altiore, ramis divaricatis.

Digitized by Google

mauritanica. 8. C. involucro universali monophyllo; partialibus triphyllis.

orientalis. 5. C. umbell. patentibus, foliolis partialibus supradecompositis laciniatis: lacinulis linearibus. *Mant.* 351. Caucalis procerior chalepensis, ferulaceis foliis, flore albo. *Moris. hist.* 3. *p.* 308. *s.* 9. *t.* 14. *f.* 5. Caucalis *Bell. itin. lib.* 3. *cap.* 49. *t.* 200.

leptophylla 6. C. involucro universali subnullo, umbella bifida, involucellis pentaphyllis. *Mant.* 391. * *Ger. prov.* 236. Caucalis procumbens. *Riv. pent.* Lappula canaria, flore minore tenuifolia. *Moris. hist.* 3. *p.* 305. *s.* 9. *t.* 13. *f.* 3. *Excluso Columna.*

332. ARTEDIA. *Involucra* pinnatifida. *Flosculi* disci masculi. *Fructus* squamis hispidus.

squamata. 1. A. seminibus squamatis.

333. DAUCUS. *Corollae* subradiatae, omnes hermaphroditae. *Fructus* pilis hispidus.
349

Carota. 1. D. semin. hispidis, petiolis subtus nervosis.

mauritanicus. 2. D. semin. hispidis, flosculo centrali sterili carnoso, receptaculo communi hemisphaerico. *Mant.* 391. * Pastinaca tenuifolia, radice et umbella lutea. *Moris. hist.* 3. *p.* 306. *s.* 9. *t.* 13. *f.* 3. Pastinaca tenuifolia sicula hirsuta crispa. *Moris. hist.* 3. *p.* 305. *s.* 9. *t.* 13. *f.* 3.

Visnaga. 3. D. semin. laevibus, umbella universali basi coalita. *Mant.* 352. * *Umbella ampla. Involucella simplicia. Petala aequalia.*

Gingidium. 4. D. radiis involucri planis: laciniis recurvis. †

muricatus. 5. D. semin. triglochidi-aculeatis. Caucalis monspeliaca, echinato magno fructu. *Bauh. pin.* 153. Echinophora altera asperior platycarpos. *Col. ecphr.* 1. *p.* 95. *t.* 94. *β.* Caucalis umbella bifida, umbellulis dispermis, involucris semine brevioribus linearibus. *Gouan. monsp.* 135. Caucalis involucro universali diphyllo, partialibus pentaphyllis. *Ger. prov.* 237. *t.* 10.

Digitized by Google

334. AMMI. *Involucra* pinnatifida. *Corollae* radiatae: 349. omnes hermaphroditae. *Fructus* laevis.

majus. 1. A. fol. inferioribus pinnatis lanceolatis ferratis; superioribus multifidis linearibus.
copticum. 3. A. fol. supradecompositis linearibus, sem. muricatis. *Mant.* 56.
glaucifolium. 2. A. foliorum omnium lacinulis lanceolatis.

335. BUNIUM. *Corolla* uniformis. *Umbella* conferta. 339. *Fructus* ovati.

Bulbocastanum. 1. Bunium. *Oed. dan.* 220.

336. CONIUM. *Involucella* dimidiata, subtriphylla. *Fructus* subglobosus, 5-striatus, utrinque 349. crenatus.

maculatum. 1. C. seminibus striatis.
rigens. 4. C. sem. submuricatis, pedunc. sulcatis, foliolis canaliculatis obtusis. *Mant.* 352. * 512. *.
africanum. 2. C. seminibus muricatis, petiolis pedunculis laevibus. *Mant.* 352. *Pedunculi oppositifolii, non sulcati. Flosculi plures steriles. Fructus centralis sessilis. Foliola planiuscula.*
Rayeni. 3. C. seminibus radiato-spinosis. Caucalis orientalis, arvensis tenuifolia, flore purpureo, magno fructu. *Buxb. cent.* 3. *p.* 16. *t.* 28. *Habitat in* Aegypto. *Notante Dav. Rayeno.*

337. SELINUM. *Fructus* ovali-oblongus, compresso-planus, in medio striatus. *Involucr.* reflexum. *Petala* cordata, aequalia. 350.

sylvestre. 1. S. radice fusiformi multiplici. *Mant.* 353. * *Foliola linearia. Umbella patula; umbellulae remotae. Semina ovali-oblonga: sulcis 3, elevatis, obtusis, approximatis. Involucrum utrumque.*

Digitized by Google

palustre. 2. S. sublactescens, radice unica. *Mant.* 353. *Foliola terminalia elongata.*

Carvifolia. 3. S. caule sulcato acutangulo, involucro universali evanido, pistillis fructus reflexis. *Mant.* 353. * *Jacq. austr. t. 16. Semina ovata sulcis elevatis, 3, compressis, uti Laserpitiis; lateribus semina a se invicem hiant. Foliola omnia apice s. mucrone albo.*

Seguieri. S. fol. partialibus decussatis, involucro universali nullo. *Jacq. hort. t. 61.* Ligusticum alpinum perenne, ferulae folio, floribus albis *Segu. ver.* 2. *p. 41. t. 13.* Ligusticum alpinum, foliis cicutae tenuioribus et glabris, radice breviore. *Till. pis. 98. t. 39. f. 2. an?*

Monnieri. 4. S. umbella conferta, involucro universali reflexo, femin. costis quinque membranaceis. *Jacq. hort. t. 62.*

838. ATHAMANTA. *Fructus* ovato-oblongus, striatus. 351. *Pet.* inflexa emarginata.

Libanotis. 1. A. fol. bipinnatis planis, umbell. hemisphaerica, femin. hirsutis. *Styli fructus purpurascentes.*

Cervaria. 3. A. fol. pinnatis decussatis inciso-angulatis, fem. nudis.

sibirica. A. fol. pinnatis inciso-angulatis. *Mant.* 56. 353. *Hort. Ups.* 60. *sub Cervaria. Flores subtus rubri.*

condensata. 2. A. fol. subbipinnatis: foliolis deorsum imbricatis, umbella lentiformi. *Involucella longitudine umbellulae.*

Oreoselinum. 4. A. foliolis divaricatis.

sicula. 5. A. fol. inferioribus nitidis, umbell. primordialibus subsessilibus, femin. pilosis.

cretensis. 6. A. foliolis linearibus planis hirsutis, petal. bipartitis, femin. oblongis hirsutis. *Jacq. vind.* 218. *Caulis striatis, pubescens. Folia subhirsuta: laciniis ultimis linearibus, planiusculis, at in culta succulentis, fragilibus, nitidissimis. Semina oblonga, hirsuta.*

annua. 7. A. fol. multipartitis: laciniis linearibus teretiusculis acuminatis.

chinensis.

Digitized by Google

chinensis. 8. A. semin. membranaceo-striatis, fol. supradecompositis laevibus multifidis.

339. PEUCEDANUM. *Fructus* ovatus, utrinque striatus, ala cinctus. *Involucra* brevissima.
353.

officinale. 1. P. fol. quinquies tripartitis filiformibus linearibus. Peucedanum minus. *Bauh. pin.* 149.
alpestre. 2. P. foliolis linearibus ramosis.
minus. P. fol. pinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis linearibus oppositis, caule ramosissimo patulo. *Hudf. angl. 101.* * Pecedanum minus. *Bauh. pin. 149. Raj. angl. 3. p. 217.* Selinum montanum pumilum Clusii, flore albo. *Bauh. hist. 3. p. 17.*
Silaus. 3. P. foliolis pinnatifidis: laciniis oppositis, involucr. universali diphyllo. *Caulis angulatus.*
alsaticum. 4. P. fol. pinnatifidis: lacinulis trifidis obtusiusculis.
nodosum. 5. P. foliolis alternatim multifidis.

340. CRITHMUM. *Fructus* ovalis, compressus. *Flosculi* aequales.
354.

maritimum. 1. C. foliolis lanceolatis carnosis. *Mant.* 353.
pyrenaicum 2. C. foliolis lateralibus bis trifidis. *Athamantam Libanotem senescentem esse putat Haller.*

342. CACHRYS. *Fructus* subovatus, angulatus, suberoso-corticatus.
355.

Libanotis. 1. C. fol. bipinnatis: foliol. linearibus acutis multifidis, sem. fulcatis laevibus.
sicula. 2. C. fol. bipinnatis: foliol. linearibus acutis, sem. sulcatis hispidis.

343. FERULA. *Fructus* ovalis, compresso-planus, striis utrinque 3.
355.

communis. 1. F. foliolis linearibus longissimis simplicibus.
glauca. 2. F. foliolis supradecompositis: foliolis lanceolato-linearibus planis.

Digitized by Google

tingitana. 3. F. foliolis laciniatis: lacinulis tridentatis inaequalibus nitidis. Ferula tingitana. *Riv. pent.*

Ferulago. 4. F. foliis pinnatifidis: pinnis linearibus planis trifidis.

orientalis. 5. F. foliorum pinnis basi nudis: foliolis setaceis.

meoides. 6. F. foliorum pinnis utrinque appendiculatis: foliolis setaceis.

nodiflora. 7. F. foliolis appendiculatis, umbell. sessilibus.

canadensis. 8. F. lucida canadensis.

Assa foetida. 9. F. foliis alternatim sinuatis obtusis.

344. LASERPITIUM. *Fructus* oblongus: angulis 8 membranaceis. *Pet.* inflexa, emarginata, patentia.
356.

latifolium. 1. L. foliol. cordatis inciso-serratis.

trilobum. 2. L. foliol. trilobis incisis.

gallicum. 3. L. foliol. cuneiformibus furcatis.

angustifolium. 4. L. foliol. lanceolatis integerrimis sessilibus.

prutenicum. 5. L. foliol. lanceolatis integerrimis: extimis coalitis. *Caulis hirsutus pilis albis, praesertim versus basin. Folia facie Cicutae virosae, hirsuta petiolis et costis: Foliola cuneiformi-lanceolata, pinnatifida, non rigida. Umbellae radii, involucra et Flores albi. Semina pubescentia, acri-aromatica.*

peucedanoides. 7. L. foliol. lineari-lanceolatis venoso-striatis distinctis.

Siler. 6. L. foliol. ovali-lanceolatis integerrimis petiolatis. β. Laserpitium s. Siler montanum angustifolium *Bauh. pin. 162. Semina Sileris sulcata absque membranulis.*

Chironium. 7. L. foliol. oblique cordatis, petiolis hirsutis.

ferulaceum. 8. L. foliolis linearibus.

simplex. 10. L. scapo nudo aphyllo simplici, fol. pinnatis multifidis acutis linearibus, umbella semiglobosa. *Mant. 56.*

Digitized by Google

345. HERACLEUM. 258. *Fructus* ellipticus, emarginatus, compressus, striatus, marginatus. *Cor.* difformis, inflexo-emarginata. *Involucr.* caducum.

Sphondylium. 1. H. foliolis pinnatifidis laevibus, flor. uniformibus.

angustifolium. 6. H. fol. cruciato-pinnatis: foliol. linearibus, coroll. flosculosis. *Mant.* 57. Sphondylium hirsutum minus, foliis tenuiter laciniatis. *Pluk. phyt.* 63. *f.* 3. *Flores uniformes, virides, albi.*

sibiricum. 2. H. fol. pinnatis: foliol. quinis: intermediis sessilibus, corollulis uniformibus. *Mant.* 354.* *Foliorum vaginae basis barba alba densa.*

Panaces. 3. H. fol. pinnatis: foliol. quinis: intermediis sessilibus, flor. radiatis. *Folia subtus tomentosa.*

austriacum. 4. H. fol. pinnatis utrinque rugosis scabris, flor. subradiatis. *Mant.* 354.* *Jacq. vind.* 216. *Differt ab H. Panace Foliis utrinque scabris, venoso-rugosissimis viridibusque, nec mollibus; subtomentosis, subtusve pallidis. Pedunculi scabri, in Panace laeves.*

alpinum. 5. H. fol. simplicibus. flor. radiatis. Heracleum foliis pinnatifidis. *Ger. prov.* 246. *Hanc cum praecedenti conjungit Segu. ver.* 3. *p.* 224. *cum H. austriacum spontaneum foliis scabris, alpinum satum foliis supra laevibus evadat.*

346. LIGUSTICUM. 359. *Fructus* oblongus, 5-sulcatus utrinque *Corollae* aequales. *Petalis* involutis, integris.

Levisticum. 1. L. fol. multiplicibus: foliol. superne incisis.

scoticum. 2. L. fol. biternatis. *Oed. dan.* 207. *Folia subtus lucida.*

peloponense. 4. L. fol. multiplicato-pinnatis: foliol. pinnatim incisis. *Umbella terminalis fertilis; laterales masculae* (in meis). *Fructus totus angulis tribus, compressis. Semine altero ovali; altero angulo affixo alterius lateri. Corculum compressi seminis 5-gonum*

num; depressi vero 4-gonum, cinctum punctis 4 fuscis.

austriacum. 5. L. fol. bipinnatis: foliol. confluentibus incisis integerrimis. *Jacq. vind.* 221. *Segu. veron.* 3. *p.* 226. Ligusticum alterum Lobelii. *Dalech. hist.* 744.

cornubiense. 5. L. fol. decompositis incisis: radicalibus ternatis lanceolatis integerrimis.

peregrinum. 6. L. umbellae primariae involucro subnullo; lateralium basi membranaceo: radiis subramosis. Petroselinum hortense latifolium. *Bauh. pin.* 153. Apium hortense magnum, petroselini sapore. *Bauh. hist.* 3. *p.* 99. *Simile Petroselino etiam sapore et odore, sed crassiora rigidioraque omnia.*

balearicum L. fol. pinnatis: foliolis infimis auctis foliolo. *Mant.* 218.* *Generis dubii, cum semina non mihi perfecerit.*

347. ANGELICA. *Fructus* subrotundus, angulatus, solidus, stylis reflexis. *Corollae* aequales: petalis incurvis.
360.

Archangelica. 1. A. foliorum impari lobato. *Oed. dan.* 206.

sylvestris. 2. A. foliol. aequalibus ovato-lanceolatis serratis.

verticillaris. A. fol. divaricatissimis: foliolis ovatis serratis, caule pedunculis verticillato. *Mant.* 217. * 561.

atropurpurea. 3. A. foliorum extimo pari coadunato; folio terminali petiolato. *Mant.* 354 *

lucida. 4. A. foliol. aequalibus ovatis inciso-serratis.

348. SIUM. *Fructus* subovatus, striatus. *Involucrum* polyphyllum. *Petala* cordata.
361.

latifolium. 1. S. fol. pinnatis, umbell. terminali. *Oed. dan.* 246. (*Exclusa varietate β*).

angustifolium. 9. S. fol. pinnatis, umbell. axillaribus pedunculatis, involucro universali pinnatifido. *Sp. pl.* 1672. Sium Berula. *Gouan. monsp.* 218. *Foliorum pinnarum par secundum ita distat a primo, ut deficere videatur. Umbellae oppositifoliae G.*

nodiflorum. 2. S. fol. pinnatis, umbell. axillaribus sessilibus.

Sisarum. 3. S. fol. pinnatis; floralibus ternatis.

Ninsi. 4. S. fol. serratis pinnatis; rameis ternatis.

rigidius.

Digitized by Google

rigidius. 5. S. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis subintegerrimis.
Falcaria. 6. S. foliol. linearibus decurrentibus connatis.
graecum. 7. S. fol. omnibus bipinnatis.
siculum. 8. S. fol. radicalibus ternatis; caulinis bipinnatis.

349. SISON. *Fructus* ovatus, striatus. *Involucr.* sub 4-phylla.
362.

Amomum. 1. S. foliis pinnatis, umbellis erectis. *Mant.* 355. *
segetum. 2. S. foliis pinnatis, umbellis cernuis.
canadense. 3. S. foliis ternatis. *Involucrum universale nullum.*
Ammi. 4. S. fol. tripinnatis: radicalibus linearibus; caulinis setaceis; stipularibus longioribus.
inundatum. 5. S. repens, umbellis bifidis. *Oed. dan. t.* 89.
verticillatum. 6. S. foliolis verticillatis capillaribus.

350. BUBON. *Fructus* ovatus, striatus, villosus.
364.

macedonicum. 1. B. foliol. rhombeo-ovatis crenatis, umbell. numerosissimis.
Galbanum. 2. B. foliol. rhombeis dentatis striatis glabris, umbell. paucis. *Mant.* 335. * *Caulis rore glauco.*
gummiferum. 3. B. foliol. glabris: inferioribus rhombeis serratis; superioribus pinnatifidis tridentatis.
rigidius. 4. B. foliolis linearibus.

351. CUMINUM. *Fructus* ovatus, striatus. *Umbellulae* 4: *Involucra* 4-fida.
365.

Cyminum. 1. CUMINUM. *Riv. pent.*

352. OENANTHE. *Flosculi* difformes: in disco sessiles, steriles. *Fructus* calyce et pistillo coronatus.
365.

fistulosa. 1. OE. stolonifera, fol. caulinis pinnatis filiformibus fistulosis. Oenanthe aquatica triflora. *Moris. hist. 3. p. 269. s. 9. t. 7. f. 8. Involucrum universale nullum.*
crocata. 2. OE. fol. omnibus multifidis obtusis subaequalibus. *Caulis rufus. Folia alia pinnata, alia sed saepius*

Digitized by Google

pius bipinnata. Foliola cuneata, incisa, laevia, lineata. Pedunculi angulati, striati. Involucr. universale nullum. Petala alba, inflexa, tamen acuta. Antherae fuscae.

prolifera. 3. OE. umbellarum pedunculis marginalibus longioribus ramosis masculis.

globulosa. 4. OE. fructibus globosis.

pimpinelloides. 5. OE. foliol. radicalibus cuneatis fissis; caulinis integris linearibus longissimis simplicibus.

353. PHELLANDRIUM. 366. *Flosculi* disci minores. *Fructus* ovatus, laevis, coronatus perianthio et pistillo.

aquaticum. 1. P. foliorum ramificationibus divaricatis.

Mutellina. 2. P. caule subnudo, foliis pinnatis. *Jacq. vind.* 223.

354. CICUTA. 366. *Fructus* subovatus, sulcatus.

virosa. 1. C. umbell. oppositifoliis, petiol. marginatis obtusis. *Mant.* 355. * *Oed. dan.* 208.

bulbifera. 2. C. ramis bulbiferis.

maculata. 3. C. foliorum serraturis mucronatis, petiol. membranaceis apice bilobis. Myrrha. *Mitch. gen.* 18.

355. AETHUSA. 367. *Involucella* dimidiata, 3-phylla, pendula. *Fructus* striatus.

Cynapium. 1. Æ. fol. conformibus.

Bunius. Æ. fol. radicalibus pinnatis, caulinis multipartito-setaceis. Carum Bunius. *Syst. nat.* 12. *p.* 733. Daucus petroselini v. coriandri folio. *Bauh. pin.* 150. Saxifraga montana minor, petroselini s. coriandri folio. *Moris. hist.* 3. *p.* 274. *s.* 9. *t.* 2. *f.* 16. Bunius *Dalech hist.* 774. *Folia Radicalia pinnata: foliolis ovatis, pinnatifidis, incisis, lucidis. Caulina (Carvi) bipinnato-linearia, angustissima. Petioli vaginantes margine involuti. Involucra lateris exterioris, terna saepius, setacea flosculis longiora.*

Meum

Digitized by Google

Meum. Æ. fol. omnibus multipartito setaceis. Athamanta foliis capillaribus, seminibus glabris striatis. *Sp. plant. 353. Involucrum universale nullum, rarius, monophyllum; Partialia vero lateralia, ut in hoc genere.*

356. CORIANDRUM. *Cor.* radiata: *Pet.* inflexo-emarginata. *Involucr. universale* 1-phyllum: *Partialia* dimidiata. *Fructus* sphaericus.
367.

sativum. 1. C. fructibus globosis.
testiculatum. 2. C. fructibus didymis.

357. SCANDIX. *Cor.* radiata. *Fructus* subulatus. *Petala* emarginata. *Flosculi* disci saepe masculi.
368.

odorata. 1. S. seminibus sulcatis angulatis.
Pecten. 2. S. semin. rostro longissimo.
Cerefolium. 3. S. semin. nitidis ovato-subulatis, umbellis sessilibus lateralibus.
Anthriscus. 4. S. semin. ovatis hispidis, coroll. uniformibus, caule laevi.
australis. 5. S. semin. subulatis hispidis, flor. radiatis, caul. laevibus.
nodosa. 6. S. semin. subcylindricis hispidis, caule hispido: geniculis tumidis. *Mant. 356.* *
trichosperma. 9. S. semin. hirsutissimis pilis semine duplo longioribus *Mant. 57.*
infesta. S. femin. exteriore hispido, umbellulis confertissimis hemisphaericis. Caulis *erectus, subpedalis* (*in olla*), *scaber.* Folia *S. Cerefolii.* Umbella 5-*fida.* Umbellulae *hemisphaericae, confertae.* Invollucella 7-*phylla, subulata, non reflexa.* Flores *subradiati, albi:* Flosculi *circiter 6, fertiles, reliqui masculi. Stamina flosculis longiora: Antheris purpurascentibus.* Semina *bina: Exterius semen hispidum spinis articulatis. Interius semen scabrum tantum, uti semina ambo flosculi centralis Syst. nat. 12. p. 732. a D. Zoega.*

grandi-

Digitized by Google

grandiflo-ra. 7. S. semin. peduncuculo villoso brevioribus.
procum-bens. 8. S. semin. nitidis ovato-subulatis, fol. decompositis.

358. CHAEROPHYLLUM. *Involucr.* reflexum, concavum. *Petala* inflexo-cordata. *Fructus* oblongus, laevis.
369.

sylvestre. 1. C. caul. laevi striato, geniculis tumidiusculis.
bulbosum. 2. C. caule laevi geniculis tumido, basi hirto.
temulum. 3. C. caule scabro: geniculis tumidis.
hirsutum. 5. C. caule aequali: foliol. incisis acutis, fruct. biaristatis. *Mant.* 356.* *Planta pubescens (Folia punctis albis supra serraturas. Gouan.). Fructus subcylindrici, laeviter striati, terminati aristis 2, distinctis, rectis, apice obtusatis, magis rigidis, quam in C. aromatico. Caulis fistulosus.*
aromaticum. 6. C. caule aequali, foliol. serratis integris, fruct. biaristatis. *Mant.* 356. * *Caulis petiolique hirti.*
coloratum. 8. C. caule aequali, fol. supradecompositis, involucellis coloratis. *Mant.* 57. *Jacq. hort. t.* 51.
aureum. 4. C. caule aequali, foliol. incisis, sem. coloratis sulcatis muticis. *Mant.* 356.* Myrrhis minor. *Bauh. pin.* 160. Myrrhis perennis alba minor, fol. hirsutis, sem. striato aureo. *Morif. hist.* 3. *p.* 301. *Planta pubescens. Folia supra glabra. Fructus fusiformi-cylindrici. Sem. sulcis 4, obtusis, remotis. Caulis farctus.*
arborescens. 7. C. fruticosum.

359. IMPERATORIA. *Fructus* subrotundus, compressus, medio gibbus, margine cinctus. *Petala* inflexo-marginata.
371.

Ostruthium. 1. Imperatoria.

360. SESELI. *Umbellae* globofae. *Involucr.* foliolo uno alterove. *Fructus* ovatus, ftriatus.
472.

Pimpinelloides. 1. S. caule declinato, umbell. nubilibus nutantibus.

montanum. 2. S. petiol. ramiferis membranaceis oblongis integris, fol. caulinis anguftiffimis.

glaucum. 3. S. petiol. ramiferis membranaceis oblongis integris: foliol. fingularibus binatisque canaliculatis laevibus petiolo longioribus. Sefeli petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis filiformibus petiolo longioribus. *Ger. prov.* 253.

annuum. 4. S. petiol. rameis membranaceis ventricofis emarginatis. *Jacq. vind.* 225.

Ammoides. 5. S. fol. radicalibus foliolis imbricatis. *Jacq. hort.* t. 52. *Folia Radicalia Millefolii fimillima.*

tortuofum. 7. S. caule alto rigido, foliol. linearibus fafciculatis.

Turbith. 8. S. involucro univerfali monophyllo, femin. ftriatis villofis ftylatis.

Hippomarathrum. 9. S. involucellis connato-monophyllis. *Jacq. vind.* 224. Hippomarathrum. *Hall. emend.* 115.

pyrenaeum. 10. S. fol. duplicato-pinnatis: foliolis incifis acutis, involucellis fetaceis umbellula longioribus.

faxifragum. 11. S. caule filiformi divaricato, fol. duplicato-ternatis linearibus, umbell. fubfexfidis.

elatum. 12. S. caule elongato geniculis callofis, fol. bipinnatis: pinnis linearibus diftantibus. *Mant.* 357. Foeniculum fylveftre elatius, ferulae folio longiori. *Vaill. parif.* 54.

361. THAPSIA. *Fructus* oblongus, membrana cinctus.
475.

villofa. 1. T. foliol. dentatis villofis bafi coadunatis.

foetida. 2. T. foliol. multifidis bafi anguftatis.

Afclepium. 3. T. fol. digitatis: foliol. bipinnatis fetaceo-multifidis.

garganica. 5. T. fol. pinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis lanceolatis. *Mant.* 57.

trifoliata. 4. T. fol. ternatis ovatis. *Semina Selini carvifoliae f. Monnieri, fed involucra nulla.*

Digitized by Google

362. PASTINACA. *Fructus* ellipticus, compresso-planus. *Petala* involuta, integra.
467.

lucida. 3. P. fol. simplicibus cordatis lobatis lucidis acute crenatis. *Mant.* 58.

sativa. 1. P. fol. simpliciter pinnatis.

Opoponax. 2. P. fol. pinnatis foliolis basi antica excisis. *Mant.* 357.

363. SMYRNIUM. *Fructus* oblongus, striatus. *Petala* acuminata, carinata.
476.

perfoliatum. 1. S. fol. caulinis simplicibus amplexicaulibus.

aegyptiacum. 2. S. fol. floralibus binis simplicibus cordatis integerrimis. *Cent.* 25.

Olusatrum. 3. S. fol. caulinis ternatis petiolatis serratis.

aureum. 4. S. fol. pinnatis serratis: posticis ternatis: floscul. omnibus fertilibus.

integerrimum. 5. S. fol. caulinis duplicato-ternatis integerrimis.

364. ANETHUM. *Fructus* subovatus, compressus, striatus. *Petala* involuta, integra.
477.

graveolens. 1. A. fructibus compressis.

segetum. A. fol. caulinis tribus, fructibus ovalibus. *Mant.* 219. * Anethum sylvestre minus. *Bauh. pin.* 247. *prodr.* 76. Foeniculum lusitanicum minus annuum, anethi odore. *Tournef. inst.* 312.

Faeniculum. 2. A. fructibus ovatis.

365. CARUM. *Fructus* ovato-oblongus, striatus. *Involucr.* 1-phyllum. *Petala* carinata, inflexo-emarginata.
378.

Carui. 1. CARUM.

Digitized by Google

366. PIMPINELLA. *Fructus* ovato-oblongus. *Petala*
378. inflexa. *Stigm.* subglobosa.

Saxifraga. 1. P. fol. pinnatis: foliol. radicalibus subrotundis; summis linearibus. (*Exclusis variet. γ. δ. ε.*)

magna. P. foliolis omnibus lobatis: impari trilobo. *Mant.* 219. * Pimpinella foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis acutis. *Ger. prov.* 255. Pimpinella foliis pinnatis: foliolis cordatis: impari trilobo. *Hudf. angl.* 110. Pimpinella saxifraga major, umbella candida. *Bauh. pin.* 159. (*Distinguenda a P. Saxifraga.*)

glauca. 2. P. fol. supradecompositis, caule angulato ramosissimo.

peregrina. 3. P. fol. radicalibus pinnatis crenatis: summis cuneiformibus incisis, umbell. nubilibus nutantibus.

Anisum. 4. P. fol. radicalibus trifidis incisis. *Involucella depauperata.*

dichotoma. 5. P. pedunc. oppositifoliis. fol. floriferis bitrifidis, petiol. alato-membranaceis. *Mant.* 58.

dioica. P. pumila, umbellis numerosissimis compositis simplicibusque *Jacq. vind.* 227. *austr. t.* 28. *Mant.* 357. * Seseli pumilum. *Sp. plant.* 373. Foeniculum montanum pumilum. *Clus. hist.* 2. *p.* 200. *Mas et Hermaphrodita,*

367. APIUM. *Fructus* ovatus, striatus. *Involucr.* 1-phyllum. *Petala* aequalia.
379.

Petroselinum. 1. A. fol. caulinis linearibus, involucell. minutis.

graveolens. 2. A. fol. caulinis cuneiformibus.

368. AEGOPODIUM. *Fructus* ovato-oblongus, striatus.
379.

Podagraria. 1. Æ. fol. caulinis summis ternatis.

Digitized by Google

TRIGYNIA.

369. RHUS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 1-sperma.
379.

Coriaria. 1. R. fol. pinnatis obtusiuscule serratis ovalibus, subtus villosis.

typhina. 2. R. fol. pinnatis argute serratis lanceolatis, subtus tomentosis. *Cent.* 139.

javanica. 3. R. fol. pinnatis ovatis acuminatis serratis, subtus tomentosis.

glabra. 4. R. fol. pinnatis serratis lanceolatis, utrinque nudis.

Vernix. 5. R. fol. pinnatis integerrimis annuis opacis, petiolo integro aequali. (*Excluso synonymo Kaempferi*) *Dioicum, diversum a Vernice officinali.*

succedanea. R. fol. pinnatis integerrimis perennantibus lucidis: petiolo integro aequali. *Mant.* 221. * Arbor vernicifera spuria sylvestris angustifolia *Kaempf. amoen.* 794. *t.* 795.

Copallium. 6. R. fol. pinnatis integerrimis, petiolo membranaceo articulato.

Metopium. 7. R. fol. pinnatis quinatis integerrimis subrotundis glabris.

radicans. 8. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis ovatis nudis integerrimis, caul. radicante. *Dioicum.*

Toxicodendron. 9. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis angulatis pubescentibus, caul. radicante. *Dioicum.*

Cominia. 10. R. fol. ternatis; foliol. petiolatis ovatis, subtus tomentosis, remotissime serratis.

Cobbe. 12. R. fol. ternatis: foliolis ovatis acuminatis serratis, pedunc. tomentosis.

tomentosum. 11. R. fol. ternatis: foliol. subpetiolatis rhombeis angulatis, subtus tomentosis.

angustifolium. 13. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis lineari-lanceolatis integerrimis, subtus tomentosis.

laevigatum. 16. R. fol. ternatis: foliol. sessilibus lanceolatis laevibus. *Sp. pl.* 1672.

lucidum. 14. R. fol. ternatis: foliol. sessilibus cuneiformibus laevibus.

Cotinus. 15. R. foliis simplicibus obovatis.

Digitized by Google

370. VIBURNUM. *Cal.* 5-partitus, superus. *Cor.* 5-
383. fida. *Bacca* 1-sperma.

Tinus. 1. V. fol. integerrimis ovatis: ramificationibus venarum subtus villoso-glandulosis.

nudum. 2. V. fol. integerrimis lanceolato-ovatis *Mill. ic.* 183. *t.* 274.

prunifolium. 3. V. fol. subrotundis crenato-serratis glabris.

dentatum. 4. V. fol. ovatis dentato-serratis plicatis. *Jacq. hort. t.* 36.

Lantana. 5. V. fol. cordatis serratis venosis, subtus tomentosis.

acerifolium. 6. V. fol. lobatis, petiolis laevibus.

Opulus. 7. V. fol. lobatis, petiolis glandulosis.

Lentago. 8. V. fol. ovatis serrulatis acuminatis glabris, petiol. marginatis undulatis. *Rami deflexi s. propendentes, petioli marginibus undulati.*

Cassinoides. 9. V. fol. ovatis crenatis glabris, petiolis carinatis eglandulatis.

371. CASSINE. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3-
384. sperma.

capensis. C. fol. petiolatis serratis ovatis obtusis, ramulis tetragonis. *Mant.* 220. * Celastrus foliis subrotundis dentatis flore fructuque racemoso. *Burm. afric.* 239. *t.* 85. Celastrus Theophrasti. *Clus. app.* 2. Phillyrea capensis celastri folio *Dill. elth.* 315. *t.* 236. *f.* 305.

Peragua. 1. C. fol. petiolatis serratis ellipticis acutiusculis, ramulis ancipitibus. *Mant.* 220. * Cassine foliis ovato lonceolatis serratis, floribus corymbosis axillaribus. *Mill. ic.* 83. *f.* 1. Cassine verae perquam similis arbuscula, foliis antagonistis. *Pluk. Mant.* 46.

barba. C. fol. sessilibus serrato-dentatis cordato-oblongis, ramulis quadrangulis. *Mant.* 220. *

Maurocenia. 2. C. fol. sessilibus integerrimis obovatis coriaceis.

Digitized by Google

372. SAMBUCUS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-sperma.
385.

Ebulus. 1. S. cymis tripartitis, stipul. foliaceis, caul. herbaceo.
canadensis. 2. S. cymis quinquepartitis, fol. subbipinnatis, caul. frutescente.
nigra. 3. S. cymis quinquepartitis, caule arboreo. *Oed. dan.* 545.
racemosa. 4. S. racem. compositis ovatis, caule arboreo.

373. SPATHELIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Caps.* 3-gona, 3-locularis. *Sem.* solitaria.
386.

simplex. 1. SPATHELIA.

374. STAPHYLEA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* inflatae, connatae. *Sem.* 2, globosa cum cicatrice.
386.

pinnata. 1. S. foliis pinnatis.
trifolia. 2. S. foliis ternatis.

375. TAMARIX. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Semina* papposa.
386.

gallica. 1. T. floribus pentandris. *Mill. ic. t.* 262. *f.* 1.
germanica. 2. T. floribus decandris. *Mill. ic. t.* 262. *f.* 2. *Oed. dan.* 234.

1299. XYLOPHYLLA. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.* 0. *Stigmata* lacera. *Caps.* 3-locularis. *Sem.* gemina.

longifolia. X. fol. linearibus, ramis tetragonis. *Mant.* 221. Xyphyllos ceramus. *Rumph. amb.* 7. *p.* 19. *t.* 12.
latifolia. X. fol. lanceolatis, ramis teretibus. *Mant.* 221. Phyllanthus epiphyllanthus. *Sp. plant.* 1392. Phyllanthus foliis latioribus utrinque acuminatis apicem versus crenatis. *Brown. jam.* 188.

376.

Digitized by Google

376. TURNERA. *Cal.* 5 fidus, infundibulif. exterior 2-
387. phyllus. *Petala* 5, calyci inserta. *Stigmata* multifida. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis.

ulmifolia. 1. T. flor. sessilibus petiolaribus, fol. basi biglandulosis.
β, *Corolla minor petalis mucronatis. Bracteae absque glandulis. Folia obtusiora. Antherae fulvae, nec flavae. Mill. ic. t. 268. f. 2.*

Pumilea. 2. T. flor. sessilibus petiolaribus, fol. eglandulosis. *Calyx Bracteis 2. linearibus. Antherae non ultra faucem calycis elevatae.*

sidoides. 4. T. pedunc. axillaribus bisetis, fol. obovato-cuneatis serratis. *Mant. 58.*

cistoides. 3. pedunc. axillaribus aphyllis, fol. apice serratis. *Bracteae nullae.*

377. TELEPHIUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, rece-
388. ptaculo inserta. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis.

Imperati. 1. T. fol. alternis.
oppositifolium. 2. T. fol. oppositis. †

378. CORRIGIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Semen*
388. 1, triquetrum.

litoralis. 1. CORRIGIOLA. *Oed. dan.* 334.

379. PHARNACEUM. *Cal.* 5-phyllus, *Cor.* o. *Caps.*
388. 3-locularis, polysperma.

Cerviana. 1. P. pedunc. subumbellatis lateralibus, folia linearia aequantibus.

Mollugo. 3. P. pedunc. unifloris lateralibus, flor. longitudine foliorum, caule depresso *Mant. 358, 561.* * Mollugo Spergula. *Sp. plant. 131. Burm. ind. 3. t. 5. f. 4.* Alsine erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl. 13. t. 7.*

depressum. P. pedunc. unifloris lateralibus, fol. lanceolatis pubescentibus. *Mant. 562.* *

Q 3 *incanum.*

Digitized by Google

incanum. 2. P. pedunc. communibus longissimis, fol. linearibus, *Mant.* 358. *

distichum. P. racemis bipartitis flexuosis, fol. sublinearibus pubescentibus. *Mant.* 221. * Alsine spergulae facie indiae orient. spicatis floribus ex alis emergentibus. *Pluk. mant.* 9. *t.* 33. *f.* 4. Alsine holostea villosa, foliis caulem ambientibus, multiflora. *Pluk. alm.* 22. *t.* 130. *f.* 6. *Pist.* 1. *Caps.* 1-*locularis*. 3-*valvis*.

cordifolium. 4. P. racemis bipartitis terminalibus, fol. obcordatis. Spergula e cap. b. sp. foliis portulacae minoribus stellatis. *Pet. mus.* 478.

380. ALSINE. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia.
389. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis.

media. 1. A. petal. bipartitis, fol. ovato-cordatis. *Oed. dan.* 525, 438.

segetalis. 2. A. petal. integris, fol. subulatis. *Mant.* 359.

mucronata. 3. A. petal. integris brevibus, fol. setaceis, calyc. aristatis. *Mant.* 358. *

381. DRYPIS. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Caps.* circumscissa, monosperma.
390.

spinosa. 1. DRYPIS. *Mant.* 359. *Jacq. hort.* t. 49. *Rami ultimi floriferi. Pedunculi flore breviores. Calyx semiquinquefidus, erectus. Petala alba, angustissima, patentia. Stamina erecta. Caules exaridi revirescunt insequenti vere.*

382. BASELLA. *Cal.* 0. *Cor.* 7-fida: laciniis 2. oppo-
390. sitis latioribus, tandem baccata. *Sem.* 1.

rubra. 1. B. fol. planis, pedunculis simplicibus. *Rumph. amb.* 5. *t.* 154.

alba. 2. B. fol. undatis ovatis, pedunculis simplicibus folio longioribus. Murasakki. *Kaempf. amoen.* 784.

lucida. 3. B. fol. subcordatis, pedunculis confertis ramosis.

383.

Digitized by Google

383. SAROTHRA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala.
391. *Capf.* 1-locularis, 3-valvis, colorata.

Gentianoides. 1. SAROTHRA.

TETRAGYNIA.

384. PARNASSIA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, cordata, ciliata apicibus globofis. *Capf.* 4-valvis.
391.

paluftris. PARNASSIA. *Oed. dan.* 584. *Scapum nonnihil contorquet.*

385. EVOLVULUS. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-fida, rotata. *Capf.* 3-locularis. *Sem.* folitaria.
391.

nummularius. 1. E. fol. fubrotundis, caul. repente, flor. fubfeffilibus.

gangeticus. 2. E. fol. cordatis obtufis mucronatis villofis petiolatis, caul. diffufo, pedunc. unifloris.

alfinoides. 3. E. fol. obcordatis obtufis pilofis petiolatis, caul. diffufo, pedunc. trifloris. Convolvuli minima fpecies bifnagarica hirfuta, Alfines folio. *Pluk. alm.* 116. *t.* 9. *f.* 1.

linifolius. 4. E. fol. lanceolatis villofis feffilibus, caul. erecto, pedunc. trifloris longis. *Characterem praebuit.*

tridentatus. 5. E. fol. lineari-cuneiformibus tricufpidatis bafi dilatata dentatis, pedunc. unifloris. *Burm. ind. t.* 16. *f.* 3. *Caulis volubilis eft.*

Digitized by Google

PENTAGYNIA.

386. ARALIA. *Involucr.* umbellulae. *Cal.* 5-dentatus, superus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-sperma.
392.

arborea. 1. A. arborea, fol. ſimplicibus, umbellae univerſalis radiis uniglandulofis.
ſpinoſa. 2. A. arboreſcens. caule foliisque aculeata.
chinenſis. 3. A. caule petiolisque aculeatis, foliol. inermibus villoſis,
racemoſa. 3. A. caule folioſo herbaceo laevi.
nudicaulis. 4. A. caule ſubnudo, foliis binis ternatis.

388. STATICE. *Cal.* 1-phyllus, integer, plicatus, ſcarioſus. *Petala* 5. *Sem.* 1, ſuperum.
394.

Armeria. 1. S. ſcapo ſimplici capitato, fol. linearibus. γ Statice luſitanica, ſcorzonerae folio. *Tournef. inſt.* 341. *Jacq. hort. t.* 42. *Varietas eſt inſignis foliis latioribus ſubincanis.*
Limonium. 2. S. ſcapo paniculato tereti, fol. laevibus enerviis, ſubtus mucronatis. *Oed. dan.* 315.
incana. 14. S. ſcapo paniculato, fol. lanceolatis trinerviis ſubundulatis apice mucronatis, paniculae ramis triquetris. *Mant.* 59. 513.
cordata. 3. S. ſcapo paniculato, fol. ſpathulatis retuſis. *An varietas S. Limonii?*
reticulata. 5. S. ſcapo paniculato proſtrato, ram. ſterilibus retroflexis nudis, fol. cuneiformibus muticis.
echioides. 4. S. ſcapo paniculato tereti articulato, fol. ſcabris. *Folia lingulato-cuneiformia, obtuſiuſcula, non perfecte laevia. Scapi panicula articulata articulis divaricatis ſubtuberculatis, bifaria: ramulis dichotomis. Calyces parvi, acuti. Petala emarginata, pallide caerulea ſtria purpurea.*
ſpecioſa. 6. S. ſcapo dichotomo ancipiti, fol. ovatis mucronatis, florib. aggregatis.
tatarica. 7. S. ſcapo dichotomo, fol. lanceolatis mucronatis, flor. alternis diſtantibus.
Echinus. 8. S. ſcapo paniculato, fol. ſubulatis mucronatis.

flexuoſa.

Digitized by Google

flexuosa. 9. S. scapo ramoso flexuoso, corymb. terminalibus, fol. nervosis.

purpurata. 16. S. caule subfoliato, fol. obovato-cuneatis trinerviis mucronatis. *Mant.* 59. Statice peregrina. *Berg. cap.* 80.

minuta. 15. S. caule suffruticoso folioso, fol. confertis cuneatis glabris muticis, scapis paucifloris. *Mant.* 59.

suffruticosa. 10. S. caule fruticoso: superne nudo ramoso, capitul. sessilibus, fol. lanceolatis vaginantibus.

monopetala. 11. S. caule fruticoso folioso, flor. solitariis, fol. lanceolatis vaginantibus.

aurea. 13. S. caule fruticoso folioso ramoso, fol. subulatis.

ferulacea. 12. S. caule fruticoso ramoso, ramulis imbricatis, paleis apice pilo terminatis.

pruinosa. 17. S. caule flexuoso ramoso furfuraceo. *Mant.* 59.

sinuata. 14. S. caule herbaceo fol. radicalibus alternatim pinnato-sinuatis: caulinis ternis triquetris subulatis decurrentibus.

389. LINUM. 397. *Cal.* 5-phyllus. Petala 5. *Caps.* 5-valvis, 10-locularis. *Sem.* solitaria.

* *Foliis alternis.*

usitatissimum. 1. L. calycibus capsulisque mucronatis, petal. crenatis, fol. lanceolatis alternis, caule subsolitario.

perenne. 2. L. calycibus capsulisque obtusis, fol. alternis lanceolatis integerrimis. *Caules plantae sibiricae erecti, anglicanae decumbebant; an semper?*

viscosum. 3. L. fol. lanceolatis pilosis quinqueneviis.

hirsutum. 4. L. calycibus hirsutis acuminatis sessilibus alternis, fol. alternis: rameis oppositis. *Jacq. austr. t.* 31.

narbonense. 5. L. calycibus acuminatis, fol. lanceolatis sparsis strictis scabris acuminatis, caule tereti basi ramoso. *Filamenta basi coalita.*

tenuifolium. 6. L. calycibus acuminatis, fol. sparsis lineari-setaceis retrorsum scabris. Linum foliis alternis linearibus inferne scabris. *Scop. carn.* 69. (*Exclusa varietate* ε).

gallicum. 15. L. calycibus subulatis acutis, fol. lineari-lanceolatis alternis, paniculae pedunculis bifloris, flor. subsessilibus. *Ger. prov.* 421. *t.* 15. *f.* 1.

maritimum. 14. L. calycibus ovatis acutis muticis, fol. lanceolatis: inferioribus oppositis. *Affine L. gallico.*

alpinum. 22. L. calycibus rotundatis obtusis, fol. linearibus acutiusculis, caulibus declinatis. *Sp. pl.* 1672, Linum tenuifolium. *β. Sp. pl.* 398. Linum sylvestre caeruleum perenne (nostras. *Raj. hist.* 1073.) procumbens, flore et capitulo minore. *Raj. angl. 3. p.* 362. Linnum perenne minus caeruleum, capitulo minore. *Moris. hist. 3. p. 573. n. 4.* Linum sylv. 5. angustifolium alterius generis. *Clus. hist. 1. p. 318. Planta tota laevis: Caules teretes, inclinati, ut fere prostrati, simplices. Folia adscendentia. Flores caerulei, non parvi.*

austriacum. 7. L. calycibus rotundatis obtusis, fol. linearibus acutis rectiusculis. *Mant. 359.**

virginianum. 8. L. calycibus acutis alternis, capsul. muticis, panicula filiform. fol. alternis lanceolatis: radicalibus ovatis.

flavum. 9. L. calycibus subserrato-scabris lanceolatis subsessilibus, panicula ramis dichotomis. *Mant. 360. Punctum utrinque ad folia; ut in L. campanulato.*

strictum. 10. L. calycibus subulatis, fol. lanceolatis strictis mucronatis: margine scabris.

suffruticosum. 11. L. fol. linearibus acutis scabris, caul. suffruticosis.*

arboreum. 12. L. fol. cuneiformibus, caul. arborescentibus.

campanulatum. 13. L. foliorum basi utrinque punctata glandulosa.

* * *Foliis oppositis.*

africanum. 16. L. fol. oppositis lineari-lanceolatis. flor. terminalibus pedunculatis. *Mant. 360.* * *Caulis suffruticosus.*

nodiflorum. 17. L. fol. floriferis oppositis lanceolatis, flor. alternis sessilibus, calycibus longitudine foliorum.

catharticum. 18. L. fol. oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, coroll. acutis. *Flores ante anthesin penduli.*

Radiola. 19. L. foliis oppositis, caule dichotomo. floribus tetrandris tetragynis. *Oed. dan. 178.*

quadrifolium. 20. L. foliis quaternis.

verticillatum. 21. L. foliis verticillatis.

Digitized by Google

390. ALDROVANDA *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capf.*
402. 5 valvis, 1-locularis, 10-fperma.

veficulofa. 1. ALDROVANDA. *Utriculos gerit fere ut Utricularia, fed confertos.*

391. DROSERA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Capf.* 1-locu-
402. laris: apice 5-valvis. *Sem.* plurima.

rotundifolia. 1. D. fcap. radicatis, fol. orbiculatis.
longifolia. 2. D. fcap. radicatis, fol. ovali-oblongis.
capenfis. 4. D. fcapis radicatis, fol. lanceolatis fubtus fcabris *Mant.* 360.
lufitanica. 3. D. fcap. radicatis, fol. fubulatis fubtus convexis, flor. decandris. *Mant.* 360. * *Scapus foliis aliquot.*
ciftiflora. 5. D. caule fimplici foliofo, fol. lanceolatis. *Florum fundus ater. Stamina nigra, longitudine calycis. Antherae luteae, cordatae. Piftillum nigrum: Germen ovatum, cui circum apicem, nec in ipfo apice, infident Styli* 5, *nigri, longitudine corollae, apice dichotomi usque in capillos.*
indica. 6. D. caule ramofo foliofo, fol. linearibus.

1340. GISEKIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capf.* 5, approximatae, fubrotundae, 1-fpermae.

pharnaceioides. GISEKIA. *Mant.* 562. *Kölreutera molluginoides. *Murray Comm. Gott. nov. T.* 3. *p.* 67. *t.* 2. *f.* 1.

392 CRASSULA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Squamae*
404. 5 nectariferae ad bafin germinis. *Capf.* 5.

* *Frutefcentes.*

coccinea. 1. C. fol. ovatis planis cartilagineo-ciliatis bafi connato-vaginantibus. *Mant.* 360.

cymofa.

Digitized by Google

cymosa. C. fol. linearibus cartilagineo-ciliatis connato vaginantibus, caule fruticoso, cyma terminali. *Berg. cap. 84. Mant. 222.* *

flava. 19. C. fol. planis connato-perfoliatis laevibus, flor. corymboso-paniculatis. *Mant. 60.*

pruinosa. 20. C. fol. subulatis pruinoso-scabris, flor. corymbosis, caule fruticoso. *Mant.* 60.

scabra. 11. C. fol. oppositis patentibus connatis scabris ciliatis, caul. retrorsum scabro.

perfoliata. 2. C. fol. lanceolato-subulatis sessilibus connatis canaliculatis: subtus convexis. *Mill. fig. t.* 108.

fruticulosa. 20. C. fol. oppositis subulatis acutis patentibus subrecurvatis caul. fruticoso. *Mant.* 61. *β.* Crassula caffra *Mant. 222.* * *Folia foliis juniperi non majora: senioribus recurvis. Caulis interdum radicans.*

tetragona. 4. C. fol. subulatis subincurvis obsolete tetragonis patentibus, caul. erecto arborescente radicante. *Caulis radicat fibris. Folia crassitie pennae anserinae, sursum leviter arcuata. Mant. 360.* * Spiraea capensis comosa, flore alba *Pet. gaz. t. 89. f. 8.*

obvallata. 21. C. fol. oppositis sublanceolatis cultratis approximatis. *Mant.* 61. *Flores omnino sequentis.*

cultrata. 9. C. fol. oppositis obtuse ovatis integerrimis subcultratis obliquis: paribus connatis remotis. *Flores non explicantur.*

* * *Herbaceae.*

spinosa. C. caule simplicissimo, fol. mucronatis, flor. sessilibus lateralibus. *Mant. 388.* * Crassula foliis planiusculis mucronatis. *Gmel. sibir. 4. p. 173. t. 67. f. 2.* Cotyledon spinosa. *Sp. pl. 615. Caulis spicatus annuus.*

centauroides. 5. C. caul. herbaceo brachiato, fol. cordatis sessilibus, pedunc. unifloris. *Mant. 361.* *

dichotoma. 6. C. caul. herbaceo dichotomo, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. unifloris.

glomerata. 21. C. caul. herbaceo dichotomo scabro, fol. lanceolatis, floribus ultimis fasciculatis. *Mant.* 60. Crassula scleranthoides. *Burm. prodr.* 8.

strigosa. 7. C. caul. herbaceo erecto dichotomo, fol. obovatis strigosis, pedunc. unifloris.

muscosa.

Digitized by Google

muscosa. 8. C. caulo herbaceo prostrato, fol. oppositis ovatis gibbis imbricatis, flor. sessilibus solitariis. (*Excluso Hermanni synonymo*)

ciliata. 10. C. fol. oppositis ovalibus planiusculis distinctis ciliatis, corymb. terminalibus.

punctata. 14. C. fol. oppositis ovatis punctatis ciliatis: inferioribus oblongis.

subulata. 3. C. fol. subulatis teretibus patentibus, caule herbaceo. *Mant. 360.* * Spiraea capensis comosa, flore albo. *Pet. gaz. t. 89. f. 8.*

alternifolia. 12. C. fol. serrato-dentatis planis alternis, caule simplicissimo, flor. pendulis.

rubens. 18. C. fol. fusiformibus subdepressis, cyma quadrifida foliosa, flor. sessilibus, staminibus reflexis. *Oed. dan. 82.* Sedum rubens. *Sp. plant. 619. descr. exclusis synonymis plerisque. Flores albi subtus rubentes carina. Stamina 5, caeterum Sedo annuo simile statura.*

verticillaris. C. caule herbaceo, fol. patentibus, flor. verticillatis aristatis. *Mant. 361.* * *Syst. nat. 3. p. 230.* Sedum annuum minimum stellatum rubrum. *Magn. monsp. 233. t. 237.* Tillaea erecta. *Hort. Ups. 24.*

nudicaulis. 13. C. fol. subulatis radicalibus, caule nudo.

orbicularis. 15. C. sarmentis proliferis determinate foliosis, fol. patentissimis imbricatis. *Mant. 361.* *

pellucida. 16. C. caule flaccido repente, fol. oppositis.

1255. MAHERNIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, obcordata, filamentis supposita. *Caps.* 5-locularis.

verticillata. 1. M. fol. verticillatis linearibus. *Mant.* 59.

pinnata. 2. M. fol. tripartito-pinnatifidis. Hermannia pinnata. *Sp. pl.* 943. *Hermanniis affinis, sed Nectaria nequeunt eodem charactere combinari.*

Digitized by Google

393. SIBBALDIA. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5, calyci inserta. *Styli* e latere germinis. *Sem.* 5.
406.

procumbens. 1. S. foliolis tridentatis. *Oed. dan.* 32.
erecta. 2. S. foliolis linearibus multifidis.

POLYGYNIA.

394. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus, basi adnatus. *Nectaria* 5, subulata, petaliformia. *Sem.* numerosa.
407.

minimus. 1. MYOSURUS. *Oed. dan.* 406.

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Calyculati calyce corollaque instructi.*

395. BROMELIA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* 3-partitus, superus. *Bacca.*

396. TILLANDSIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-partitus, inferus. *Sem.* papposa.

397. BURMANNIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 1-phyllus, inferus, triquetro-alatus, coloratus.

398. TRADESCANTIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Filamenta* barbata.

440. BURSERA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Caps.* baccata, monosperma.

445. FRANKENIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 1-phyllus, inferus. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

443. LORANTHUS. *Cor.* 6-partita. *Cal.* margo superus. *Bacca* 1-sperma.

444. HILLIA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-phyllus, superus. *Fructus* 2-locularis, polyspermus.

439. RICHARDIA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-fidus, superus. *Sem.* 3. nuda.

442. BERBERIS. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* 2-sperma.

423. LEONTICE. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* inflata.

441. PRINOS. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-fidus, inferus. *Bacca* 6-sperma.

1301. CANARINA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-phyllus superus. *Caps.* 6-locularis.

438. ACHRAS. *Cor.* 12-fida. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* 12-sperma.

* *Portlandia hexandra. Lythra aliquot. Fumaria Cucullaria.*

** *Fl. Spathacei. s. Glumacei.*

400. HAEMANTHUS. *Cor.* supera, 6-partita. *Involucrum* 6-phyllum, maximum.

402.

Digitized by Google

402. LEUCOJUM. *Cor.* ſupera, 6-petala, campanulata. *Stam.* aequalia.

401. GALANTHUS. *Cor.* ſupera, 6-petala: Petalis 3. interioribus brevioribus, emarginatis.

403. NARCISSUS. *Cor.* ſupera. 6-petala. *Nectarium* campanulatum, extra ſtamina.

404. PANCRATIUM. *Cor.* ſupera, 6-petala. *Nectarium* campanulatum, ſtaminibus terminatum.

406. AMARYLLIS. *Cor.* ſupera, 6-petala, campanulata. *Stam.* inaequalia.

405. CRINUM. *Cor.* ſupera, 6-fida, baſi tubuloſa. *Stam.* diſtantia.

399. PONTEDERIA. *Cor.* ſupera, 6-fida, ringens.

407. BULBOCODIUM. *Cor.* infera, 6-petala: unguibus longiſſimis ſtaminiferis.

1300. TULBAGIA. *Cor.* infera, 6-petala: tribus inferioribus. *Nectarium* cylindricum, extus petaliferum.

409. ALLIUM. *Cor.* infera, 6-petala. *Pet.* ovata, ſeſſilia.

408. APHYLLANTHES. *Cor.* infera, 6-petala. *Spathae* dimidiatae, glumoſae.

431. HYPOXIS. *Cor.* ſupera, 6-petala. *Spathae* glumaceae.

*** *Fl. nudi.*

432. ALSTROEMERIA. *Cor.* ſupera, 6-petala, unguibus 2. tubuloſis.

433. HEMEROCALLIS. *Cor.* infera, 6-partita. *Stam.* declinata.

431. AGAVE. *Cor.* ſupera, 6-fida, limbo erecto, Filamentis brevior.

430. ALOE. *Cor.* infera, 6-fida. *Filam.* receptaculo inſerta!

428. ALETRIS. *Cor.* infera, 6-fida, rugoſa.

426. POLIANTHES. *Cor.* infera, 6-fida: Tubo curvato.

425. CONVALLARIA. *Cor.* infera, 6-fida. *Bacca* 3-ſperma.

427. HYACINTHUS. *Cor.* infera, 6-fida. *Germinis* ad apicem pori 3 melliferi.

421. ASPHODELUS. *Cor.* infera, 6-partita: nectarii valvulis 6 ſtamiferis.

422. ANTHERICUM. *Cor.* infera, 6-petala, plana.

418. ORNITHOGALUM. *Cor.* infera, 6-petala. *Filam.* alternis baſi dilatatis.

419.

Digitized by Google

419. Scilla. *Cor.* infera, 6-petala, decidua. *Filam.* filiformia.
426. Cyanella. *Cor.* infera, 6-petala: petalis exterioribus propendentibus.
1250. Dracaena. *Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* 3-sperma.
424. Asparagus. *Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* 6-ſperma.
413. Gloriosa. *Cor.* infera, 6-petala, reflexa, caudata.
414. Erythronium. *Cor.* infera, 6-petala, reflexa petalis baſi 2 callis.
412. Uvularia. *Cor.* infera, 6-petala, baſi fovea nectarifera; erecta.
411. Fritillaria. *Cor.* infera, 6-petala, baſi fovea nectarifera; ovata.
410. Lilium. *Cor.* infera, 6-petala: petalis baſi canaliculato-tubuloſis.
415. Tulipa. *Cor.* infera, 6-petala, campanulata. *Stylus* 0.
429. Yucca. *Cor.* infera, 6-petala, patens. *Stylus* 0.
416. Albuca. *Cor.* infera, 6-petala. *Stamin.* ſterilia 3. *Stigm.* cinctum cuſpidibus 3.

* *Fl. Incompleti.*

435. Orontium. *Spadix* multiflorus. *Follic.* 1-ſpermus.
434. Acorus. *Spadix* multiflorus. *Capſ.* 3-locularis.
436. Calamus. *Cal.* 6-phyllus. *Peric.* retrorſum imbricatum, 1-ſpermum.
437. Juncus. *Cal.* 6-phyllus. *Capſ.* 1-locularis.
446. Peplis. *Cal.* 12-fidus. *Capſ.* 2-locularis.

DIGYNIA.

449. Atraphaxis. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 2-petala. *Sem.* 1, compreſſum.
448. Oryza. *Glum.* 1-flora. *Cor.* 2-glumis. *Sem.* 1, oblongum.

TRIGYNIA.

* *Fl. inferi.*

457. Colchicum. *Cal.* ſpatha. *Cor.* 6-petaloidea.
454. Melanthium. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala: petalis ſtaminiferis.
455. Medeola. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala. *Bacca* 3-cocca.

Digitized by Google

458. HELONIAS. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala. *Capſ.* 3-locularis.

456. TRILLIUM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 3-locularis.

453. TRIGLOCHIN. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Capſ.* baſi dehiſcens.

451. RUMEX. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Sem.* 1, triquetrum.

452. SCHEUCHZERIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 3, 1-ſpermae.

* *Fl. ſuperi.*

450. FLAGELLARIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Pericarp.* 1-ſpermum.

TETRAGYNIA.

459. PETIVERIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1, ariſtis uncinatis.

POLYGYNIA.

460. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Pericarp.* plura.

MONO-

Digitized by Google

MONOGYNIA.

395. **BROMELIA.** *Cal.* 3-fidus, superus. *Petala* 3: *Squama* nectarifera ad basin petali. *Bacca* 3-locularis.
408.

Ananas. 1. B. fol. ciliato-spinosis mucronatis, spica comosa.

Pingvin. 2. B. fol. ciliato-spinosis mucronatis, racemo terminali. *Jacq. amer.* 91. *Trew Ehr. t.* 51. *Pro sepibus vivis, ut possent fere inde moenia fieri. Jacq. hist.* 92.

Karatas. 3. B. fol. erectis, floribus acaulibus sessilibus aggregatis. *Jacq. amer.* 90. hort. 31. 32. *Miraculum naturae pro conservatione fructus in maturitatem. Mant.* 362. *Stolones inter folia, peracto fructu, procumbentia subulato-filiformes, radicantes, propagantes plantam.*

lingulata. 4. B. fol. serrato-spinosis obtusis, spicis alternis.

nudicaulis. 5. B. fol. radicalibus dentato-spinosis; caulinis integerrimis.

humilis. 6. B. subacaulis, floribus aggregatis sessilibus, axillis stoloniferis. *Jacq. vind.* 306.

Acanga. 7. B. panicula diffusa, fol. ciliato-spinosis mucronatis recurvatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 285. Bromelia foliis spinosis oblique recurvis, fructibus dispersis racemosis. *Hort. upf.* 73. Caraguata. *Pis. bras.* 90. *t.* 91. Mexocotl. s. Manguei. *Hern. mex.* 272. *Moris. hist.* 2. *s.* 4. *t.* 22. *f.* 7. *Distinguenda itaque a Br. Karatas.*

396. **TILLANDSIA.** *Cal.* 3-fidus, persistens. *Cor.* 3-fida, campanulata. *Caps.* 1-locularis. *Sem.* papposa.
409.

utriculata. 1. T. culmo paniculato.

serrata. 2. T. fol. superne serrato-spinosis, spica comosa.

lingulata. 3. T. fol. lanceolato-lingulatis integerrimis basi ventricosis. *Jacq. amer.* 92. *t.* 62. *Colligit etiam aquam.*

tenuifolia. 4. T. fol. filiformibus integerrimis, spica simplici laxa.

paniculata. 5. T. fol. radicalibus brevissimis, caule subnudo, ramis subdivisis ascendentibus.

Digitized by Google

polystachya. 6. T. culmo spicis imbricatis lateralibus.
monostachya. 7. T. fol. linearibus canaliculatis reclinatis, culmo simplici imbricato, spica simplici.
recurvata. 8. T. fol. subulatis scabris reclinatis, culmis unifloris, gluma biflora.
usneoides. 9. T. filiformis ramosa intorta scabra.

397. BURMANNIA. *Cal.* prismaticus, coloratus, 3-fidus: angulis membranaceis. *Petala* 3. *Caps.* 3-locularis, recta. *Sem.* minuta.
411.

disticha. 1. B. spica gemina.
biflora. 2. B. flore gemino.

398. TRADESCANTIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villis articulatis. *Caps.* 3-locularis.

virginica. 1. T. erecta laevis, floribus congestis. *Stigma esse tubulosum, Filamenta pilosa pilis articulatis, in genere observetur.*
malabarica. 2. T. erecta laevis, peduncul. solitariis longissimis.
nervosa. T. scapo unifloro *Mant.* 223. *
geniculata. 3. T. procumbens hirsuta. Tradescantia caule geniculato, basi repente. *Jacq. amer.* 94. *t.* 64.
axillaris. T. caule ramoso, flor. sessilibus lateralibus. *Mant.* 321. * Commelina *axillaris* corollis aequalibus, flor. sessilibus, fol. linearibus. *Sp. pl.* 62. *Folia linearia. Flores solitarii. Calyx 3-partitus carinatus apicibus ciliatis: lacinia tertia planiuscula. Corolla monopetala infundibuliformis. Tubus calyce duplo longior. Laciniae 3, patentes, breviores, caeruleae. Stamina 6 pilis articulatis. Stylus clavatus.* König.
cristata. 4. T. repens laevis, spathis diphyllis imbricatis. Commelina cristata. *Sp. pl.* 64. Radix *annua.* Caules *teretes, laeves, ramosi, diffusi, repentes.* Folia *lanceolata, recurvata, laevia, basi vaginantia, vaginis striatis.* Spathae *imbricatae, diphyllae, biflorae floribus sessilibus, lunatae, sex parium, secundae.*

Digitized by Google

fecundae. Cal. *corolla brevior.* Petala 3, *ovata; fessilia, caerulea.* Filamenta *pilosa extus: pilis caeruleis articulatis.* Stylus *clavatus.* Stigma *tubulosum, crenatum.*

papilionacea. 5. T. repens laevis, spathis triphyllis imbricatis. *Mant.* 61. 513. * *Burm. ind.* 17. *t.* 7. *f.* 11. *Simillima praecedenti.*

399. PONTEDERIA. *Cor.* 1-petala, 6-fida, bilabiata. *Stamina* 3. apici, 3. tubo corollae inserta. *Caps.* 3-locularis.
412.

ovata. 1. P. fol. ovatis, flor. capitatis.

vaginalis. P. fol. cordatis, racemo cernuo. *Mant.* 222.* *Burm. ind.* 80. Plantaginis stellatae foliis, florum spica ex utriculo caulis prodeunte. *Pluk. alm.* 215. *t.* 215. *f.* 4. Olus palustre. *Rumph. amb.* 6. *p.* 178. *t.* 75. *f.* 1.

cordata. 2. P. fol. cordatis, flor. spicatis. *Loefl. it.* 54. *

hastata. 3. P. fol. hastatis, flor. umbellatis. *Huic Germen superum, ovatum. Corolla 6-partita, aequalis. (Synonymon Rheedii excludatur).*

400. HAEMANTHUS. *Involucr.* 6-phyllum, multiflorum. *Cor.* 6-partita, supera. *Bacca* 3-locularis.
412.

coccineus. 1. H. fol. linguiformibus planis laevibus.

ciliaris. 2. H. fol. linguiformibus ciliatis.

puniceus. 3. H. fol. lanceolato-ovatis undulatis erectis.

carinatus. 4. H. fol. linearibus carinatis.

401. GALANTHUS. *Petala* 3, concava. *Nectarium* ex petalis 3, parvis, emarginatis. *Stigma* simplex.
413.

nivalis. 1. GALANTHUS.

402. LEUCOJUM. *Cor.* campaniformis, 6-partita, apicibus incrassata. *Stigma* simplex.
414.

vernum. 1. L. spatha uniflora, stylo clavato.

Digitized by Google

Amaryllis zeylanica. *Sp. pl.* 321.
Amaryllis spatha multiflora, corollis campanulatis aequalibus, scapo tereti ancipiti. *Mill. dict.*
Lilio-Narcissus africanus, scillae foliis, flore niveo linea purpurea striato. *Ehret. pict.* 5. *f.* 2. *Trew. Ehret. t.* 19.
Lilio Narcissus zeylanicus latifolius, flore niveo externe linea purpurea striato. *Comm. hort.* 1. *p.* 73. *t.* 37. *Rudb. elys.* 2. *p.* 181. *f.* 9.
Habitat in India orientali.
Statura *Crini americani.* Folia *Scillae officinalis, carnosa, margine denticulato-scabra.* Spatha *bivalvis, praeter ramenta aliquot interiora.* Germina *sessilia.* Corollae *tubus scapo concolor, rufescens.* Limbus *albus petalis lanceolatis, recurvis, subtus rubro-carinatis.* Filamenta *et* Stylus *sanguinea.*

americanum. 3. C. corollarum apicibus introrsum uncinatis.

africanum. 4. C. fol. sublanceolatis planis, coroll. obtusis.

406. AMARYLLIS. *Cor.* 6-petala, campanulata. *Stigma* 3-fidum.
420.

capensis. 1. A. spatha uniflora remotissima, corolla aequali, staminibus pistilloque rectis. *Macula nigricans ad ungues petalorum. Burm.*

lutea. 2. A. spatha uniflora, coroll. aequali, stamin. strictis.

Atamasco. 3. A. spatha uniflora, coroll. aequali, pistillo declinato.

formosissima. 4. A. spatha uniflora, coroll. inaequali, petalis tribus genitalibusque declinatis. *Rara biflora evadit.*

Belladonna. 6. A. spatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus, ungue reflexis, genitalibus declinatis. *Hill. System.* 1. *t.* 1-5. *Bulbus viridis. Scapus teres, subcompressus. Corolla regularis, campanulata, incarnata fundo viridi-albicante. Petala* 3. *exteriora intus apice reverso. Pet.* 3. *interiora basi ciliata. Stylus ruber.*

reginae. 5. A. spatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus undulatis: genitalibus declinatis.

undulata. A. spatha multiflora, corollis patulis, petalis undulatis mucronatis basi dilatatis. *Habitat ad Cap. b. spei*

Digitized by Google

b. *spei* ♃. *Dw. Royen.* Scapus *cum umbella magnitudine umbellae cum pedunculo Geranii zonalis*, Spatha *profert circiter* 12 flores *purpureos petalis angusto-lanceolatis, apice valde mucronatis, basi ipsa ovata.* Stamina *declinata.*

sarniensis. 7. A. spatha multiflora, coroll. revolutis, genitalibus erectis.

longifolia. 9. A. spatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus, genitalibus declinatis, scapo compresso longitudine umbellae.

orientalis. 10. A. spatha multiflora, coroll. inaequalibus, foliis linguiformibus. Brunsvigia *Heist.c. figur.*

guttata. 11. A. spatha multiflora, fol. ciliatis.

407. BULBOCODIUM. *Cor.* infundibulif. hexapetala: 422. unguibus angustis staminiferis. *Caps.* supera.

vernum. 1. B. foliis lanceolatis.

408. APHYLLANTHES. *Cor.* hexapetala. *Filamenta* 422. fauci corollae inserta. *Caps.* supera. *Glumae* calycinae univalves imbricatae.

monspeliensis. 1. APHYLLANTHES.

409. ALLIUM. *Cor.* 6-partita, patens. *Spatha* multiflora. *Umbella* congesta. *Caps.* 423. supera.

* *Fol. caulina plana. Umbell. capsulifera.*

Ampeloprasum. 1. A. caule planifolio umbellifero, umbella globosa, stamin. tricuspidatis, petal. carina scabris. (*Excluso Michelii synonymo*).

Porrum. 2. A. caule planifolio umbellifero, stamin. tricuspidatis, radice tunicata.

lineare. 3. A. caule planifolio umbellifero, umbell. globosa, stam. tricuspidatis corolla duplo longioribus. (*Exclude C. Bauhini et Michelii synonymo*).

Digitized by Google

ursinum. 29. A. scapo nudo triquetro, fol. lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata.

triquetrum. 30. A. scapo nudo, foliisque triquetris, stamin. simplicibus. *Sp. pl.* 1680.

Cepa. 31. A. scapo nudo inferne ventricoso longiore foliis teretibus.

Moly. 32. A. scapo nudo subcylindrico, fol. lanceolatis sessilibus, umbella fastigiata.

fistulosum. 34. A. scapo nudo adaequante folia teretia ventricosa.

Schoenoprasum. 35. A. scapo nudo adaequante folia teretia subulato-filiformia.

sibiricum. A. scapo nudo tereti, fol. semicylindricis. stam. subulatis. *Mant.* 562. *

tenuissimum. 36. A. scapo nudo tereti inani, fol. subulatis filiformibus, capitul. laxis paucifloris.

Chamae-Moly. 37. A. scapo nudo subnullo, caps. cernuis, fol. planis ciliatis. *Saturnia Marati.*

410. LILIUM. 433. *Cor.* 6-petala, campanulata: *linea longitudinali* nectarifera, *Caps.* valvulis pilo cancellato connexis.

candidum. 1. L. fol. sparsis, coroll. campanulatis: intus glabris.

bulbiferum. 2. L. fol. sparsis, coroll. campanulatis erectis: intus scabris.

pomponium. 3. L. fol. sparsis subulatis, flor. reflexis, coroll. revolutis.

chalcedonicum. 4. L. fol. sparsis lanceolatis, flor. reflexis, coroll. revolutis.

superbum. 5. L. fol. sparsis lanceolatis, flor. reflexis ramoso-pyramidatis, coroll. revolutis.

Martagon. 6. L. fol. verticillatis, flor. reflexis, coroll. revolutis.

canadense. 7. L. fol. verticillatis, flor. reflexis, coroll. revoluto-campanulatis. *Mant.* 364. *Petala punctis atris.*

camschatcense 9. L. fol. verticillatis, flor. erecto, coroll. campanulata, petalis sessilibus.

philadelphicum. 8. L. fol. verticillatis, flor. erectis, coroll. campanulata, petalis unguiculatis. *Catesb. carol.* 2. *p.* 58. *t.* 58.

Digitized by Google

411. FRITILLARIA. *Cor.* 6-petala campanulata, supra ungues cavitate nectarifera. *Stam.* longitudine corollae.
435.

imperialis. 1. F. racemo comoso inferne nudo, fol. integerrimis.
regia. 2. F. racemo comoso inferne nudo, fol. crenatis.
nana. F. racemo comoso, fol. bifariis amplexicaulibus lanceolatis. *Burm. prodr.* 9.
persica. 3. F. racemo nudiusculo, fol. obliquis.
pyrenaica. 4. F. fol. infimis oppositis, floribus nonnullis folio interjectis.
Meleagris. 5. F. fol. omnibus alternis, caule unifloro.

412. UVULARIA. *Cor.* 6-petala, erecta: *Nectarii* fovea baseos petali. *Filamenta* brevissima.
436.

amplexifolia. 1. U. fol. amplexicaulibus. *Corollae Medeolae asparagoidis.*
perfoliata. 2. U. fol. perfoliatis.
sessilifolia. 3. U. fol. sessilibus.

413. GLORIOSA. *Cor.* 6-petala, undulata, reflexa. *Stylus* obliquus.
437.

superba. 1. G. fol. cirrhiferis. *Mant.* 364. *
simplex. 2. G. fol. acuminatis. *Mant.* 62. †

414. ERYTHRONIUM. *Cor.* 6-petala, campanulata: *Nectario* tuberculis 2. petalorum alternorum basi adnatis.
437.

Dens canis. 1. ERYTHRONIUM.

Digitized by Google

415. TULIPA. *Cor.* 6-petala, campanulata. *Stylus*
438. nullus.

sylvestris. 1. T. flore subnutante, fol. lanceolatis. *Oed. dan.* 375.
gesneriana. 2. T. flore erecto, fol. ovato-lanceolatis.
breyniana. 3. T. caule multifloro polyphyllo, fol. linearibus.

416. ALBUCA. *Cor.* 6-petala: interioribus difformibus. *Stam.* 6: tribus castratis.
438. *Stigma* cinctum cuspidibus tribus.

major. 1. A. fol. lanceolatis. *Berg. cap.* 87.
minor. 2. A. fol. subulatis.

417. HYPOXIS. *Cor.* 6-partita, persistens, supera.
439. *Caps.* basi angustior. *Cal.* gluma 2-valvis.

erecta. 1. H. pilosa, caps. ovatis. *Folia Caricis s. Junci pilosi. Scapus foliis brevior, erectus, pilosus. Bracteae 2 subulatae erectae, inter quas flos 1. s. 2, sessilis, longitudine bractearum.*
decumbens. 2. H. pilosa, caps. clavatis.
fascicularis. 3. H. tubis florum longissimis.
sessilis. 4. H. pilosa acaulis, fructificationibus subradicalibus.

418. ORNITHOGALVM. *Cor.* 6-petala, erecta, persistens, supra medium patens.
439. *Filamenta* alterna basi dilatata.

* *Staminibus omnibus subulatis.*

uniflorum. O. scapo diphyllo, pedunculo unifloro. *Mant.* 62.
luteum. 1. O. scapo angulofo diphyllo, pedunc. umbellatis simplicibus. *Oed. dan.* 378.

minimum

Digitized by Google

minimum. 2. O. scapo angulato diphyllo, pedunc. umbellatis ramosis. *Simillimum praecedenti, sed Petala acutiora.*

pyrenaicum. 3. O. racemo longissimo, filamentis lanceolatis, pedunc. floriferis patentibus aequalibus; fructiferis scapo approximatis.

narbonense. 4. O. racemo oblongo, filam. lanceolatis membranaceis, pedunc. floribus patentibus. *Minus quam O. pyrenaicum; Pro varietate habent Gerard, Mygind.*

latifolium. 6. O. racemo longissimo, fol. lanceolato-ensiformibus.

comosum. 5. O. racemo brevissimo, bracteis lanceolatis longitudine florum, petalis obtusis, filam. subulatis.

pyramidale. 7. O. racemo conico, floribus numerosis adscendentibus.

** *Staminibus alternis emarginatis.*

arabicum. 8. O. flor. corymbosis, pedunc. scapo humilioribus, filam. subemarginatis. *Bracteae amplexicaules, cordatae.*

umbellatum. 9. O. flor. corymbosis, pedunc. scapo altioribus, filam. basi dilatatis. Stercus columbinum. *Biblis.*

nutans. 10. O. flor. secundis pendulis, nectario stamineo campaniformi.

capense. 11. O. fol. cordato-ovatis.

419. SCILLA. *Cor.* 6-petala, patens, decidua. *Filamenta* filiformia.
442.

maritima. 1. S. nudiflora, bracteis refractis.

Lilio hyacinthus. 2. S. radice squamata.

italica. 3. S. racemo conico oblongo. *Mant.* 364.

peruviana. 4. S. corymbo conferto conico.

amoena. 5. S. flor. lateralibus alternis subnutantibus, scapo angulato. *Germen flavum. Petalorum basis lineolis* 2. *albidis.*

bifolia. 6. S. flor. erectiusculis paucioribus. *Oed. dan.* 568.

lusitanica. 9. S. racemo oblongo conico, petalis lineatis. Hyacinthus stellaris caeruleus, staminibus e viridi luteis. *Bauh. pin.* 46. *Rud. elys.* 2. *p.* 34. *f.* 4.

Habitat

Digitized by Google

Habitat in Lusitania. *Similis Sc. amoenae.* Scapus *teres.* Racemus *oblongus*, *subconicus*, Floribus *distantibus*, *petiolo fere brevioribus.* Petala *elliptica*, *obtusiuscula*, *sulcato-lineata*; *patentia.* Stamina *petalis paulo breviora*: *Antheris flavis.*

hyacinthoides. 10. S. racemo longissimo, floribus pedunculo colorato brevioribus. *Gouan.* Ornithogalum eriophorum orientale. *Tournef. cor.* Flores *caerulei*, *numerosi*, *parvi.* Pedicelli *sparsi*, *filiformes*, *caerulei*, *floribus triplo longiores.*

autumnalis. 7. S. fol. filiformibus linearibus, flor. corymbosis, pedunc. nudis adscendentibus longitudine floris. *Corolla magnitudine pisi*, *longitudine pedicelli.*

unifolia. 8. S. folio teretiusculo latere subspicato. Ornithogalum spicatum unifolium, flore niveo odorato. *Grisl. lusit.*

420. CYANELLA. *Cor.* hexapetala: petalis 3. inferioribus propendentibus. *Stamen* 443. infimum declinatum, longius.

capensis. 1. Cyanella. *Vide Pluk. phyt. 434. f. 2. mala.*

421. ASPHODELUS. *Cor.* 6-partita. *Nectarium* ex valvulis 6 germen tegentibus. 443.

luteus. 1. A. caule folioso, fol. triquetris striatis. *Jacq. hort. t. 77. Bracteae membranaceae, albae majusculae.*

ramosus. 3. A. caule nudo, fol. ensiformibus carinatis laevibus.

fistulosus. 2. A. caule nudo, fol. strictis subulatis striatis subfistulosis.

422. ANTHERICUM. *Cor.* 6-petala, patens. *Caps.* ovata. 444.

* Phalangium *foliis canaliculatis.* *Filamentis saepius glabris.*

serotinum. 1. A. fol. planiusculis, scapo unifloro. *Mant.* 365.

graecum. 2. A. fol. planis, scapo simplici, flor. corymbosis, filamentis lanatis.

planifolium, A. fol. planis, scapo filamentisque lanatis. *Mant.* 224.

revolutum.

revolutum. 3. A. fol. trigonis scabris, scapo ramoso, coroll. revolutis. Phalangium aethiopicum ramosum, floribus albis, petalis reflexis. *Comm. hort.* 1. p. 67. t. 34. *Murr. Goett.* 214.

ramosum. 4. A. fol. planis, scapo ramoso, coroll. planis, pistillo recto. Horologium florae. *Act. bernens.* 1766. t. 6.

Liliago. 5. A. fol. planis, scapo simplicissimo, coroll. planis, pistillo declinato *Jacq. hort.* 83. *Distincta species a praecedente.*

Liliastrum. 6. A. fol. planis, scapo simplicissimo, coroll. campanulatis, stamin. declinatis. *Corollae Lilii candidi.*

spirale. A. scapo spirali. *Mant.* 224. * *Planta aphylla.*

** Bulbine *foliis carnosis, Filamentis barbatis.*

frutescens. 7. A. fol. carnosis teretibus, caule fruticoso.

alooides. 8. A. fol. carnosis subulatis planiusculis.

Asphodeloides. 9. A. fol. carnosis subulatis semiteretibus strictis.

annuum. 10. A. fol. carnosis subulatis teretiusculis, scapo subracemoso.

hispidum. 11. A. fol. carnosis compressis hispidis.

*** Narthecium *foliis ensiformibus.*

ossifragum. 8. A. fol. ensiformibus, filament. lanatis. *Oed. dan.* 42.

calyculatum. 9. A. fol. ensiformibus, perianthiis trilobis, filament. glabris, flor. trigynis. Anthericum Pseudo-Asphodelus. *Jacq. vind.* 233. * *Oed. dan.* 36.

423\. LEONTICE. 447. *Cor.* 6-petala. *Nectarium* 6-phyllum, unguibus corollae insidens, limbo patens. *Cal.* 6-phyllus, deciduus.

Chrysogonum. 1. L. fol. pinnatis: petiolo communi simplici.

Leontopetalum. 2. L. fol. decompositis: petiolo communi trifido. *Fructificatio describenda.*

Thalictroides. 3. L. folio caulino triternato, florali biternato.

Leontopetaloides. 4. L. fol. simplicibus tripartito-multifidis, coroll. monopetalis calyculatis. *An hujus generis?*

424. ASPARAGUS. *Cor.* 6-partita, erecta: petalis 3-bus interioribus apice reflexis. *Bacca* 3-locularis, 2-sperma.
448.

officinalis. 1. A. caule herbaceo tereti erecto, fol. setaceis, stipulis paribus. Varietas *β. Mant.* 366. *

declinatus. 2. A. caule inermi tereti, ram. declinatis, fol. setaceis. *Similis A. officinali, sed altior Foliis pluribus, duploque longioribus. Caulis annuus. Stipulae solitariae, lanceolato-subulatae, basi deorsum mucrone membranaceo. Folia 7. s. 10, filiformia, patentia. Pl. mea mas est e Cap. b. sp.*

falcatus. 3. A. aculeis solitariis reversis, ramis teretibus, foliis ensiformibus falcatis.

retrofractus. 4. A. aculeis solitariis, ram. teretibus reflexis retrofractisque, fol. setaceis fasciculatis. *Rami teretes, dichotomi dichotomiis verrucosis aculeo minuto nutante.*

aethiopicus. 11. A. aculeis solitariis reversis, ramis angulatis, fol. lanceolato-linearibus. *Mant.* 63.

asiaticus. 5. A. aculeis solitariis, caule erecto, ram. filiformibus, fol. fasciculatis setaceis. Asparagus aculeatus minor sarmentosus. *Pluk. alm.* 54. *t.* 14. *f.* 4. *Burm.*

albus. 6. A. aculeis solitariis, ram. angulatis flexuosis, fol. fasciculatis triquetris muticis deciduis. *Caulis albus. Spinae rectae patentes s. reflexae.*

acutifolius. 7. A. caule inermi angulato fruticoso, fol. aciformibus, rigidulis perennantibus mucronatis aequalibus. Corruda prior. *Clus. hist.* 2. *p.* 77. *Similis A. aphyllo, sed folia septena saepius, filo vix crassiora; at illi saepius terna triplo crassiora valdeque subulata.*

horridus. A. aphyllus fruticosus pentagonus, aculeis tetragonis compressis striatis. Asparagus hispanicus, aculeis crassioribus horridus. *Tourn. inst.* 300. *Aculei longitudine digiti.*

aphyllus. 8. A. caule inermi angulato fruticoso, fol. subulatis striatis inaequalibus divergentibus.

capensis. 9. A. spinis quaternis, ramis aggregatis teretibus fol. setaceis. Asparagus rubicundus. *Berg. cap.* 88. *Pluk. alm. t.* 78. *f.* 3. *melius.* Corruda africana,

Digitized by Google

na, spinis brevibus aduncis. *Raj. suppl. 359. Radix tuberosa. Caules fruticosi, filiformes, flexuosi. Spinae 4, patentes, subrecurvae, acutissimae. Ramuli ex axillis spinarum filiformes, laxi, inermes, decidui, Foliolis setaceis, acutis, inermibus, brevibus. Rami, inter ramulos, solitarii, rigidi.*

sarmentosus. 10. A. foliis solitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis.

verticillatus. 11. A. fol. verticillatis. †

1256. DRACAENA. *Cor.* 6-partita, erecta. *Filam.* medio subcrassiora. *Bacca* 3-locularis, 1-sperma.
450.

Draco. 1. D. arborea, fol. subcarnosis apice spinoso. Asparagus Draco. *Sp. pl.* 451. *Vandell. monogr. Ulyss.* 1768. *Behrens diss. Goett.* 1770. Oederia *Cranzii* et Störkia *Cranzii, ex eadem specie constituentis duo distincta genera. Pedunculi geniculo instructi.*

ferrea. 2. D. arborea, fol. lanceolatis acutis. Convallaris fruticosa. *Syst. nat.* 10. *p.* 984. Arbor ferrea. *Osb. it.* 251. *Habitat in* China.

terminalis. 3. D. herbacea caulescens, fol. lanceolatis. Asparagus terminalis. *Sp. pl.* 450.

ensifolia. 4. D. herbacea subcaulescens, fol. ensiformibus. *Mant.* 63.

graminifolia. 5. D. herbacea acaulis, fol. linearibus. Asparagus graminifolius. *Sp. plant.* 450.

425. CONVALLARIA. *Cor.* sexfida. *Bacca* maculosa, 3-locularis.
451.

* Lilium convallium T. *corollis campanulatis.*

majalis. 1. C. scapo nudo.

* * Polygonatum T. *corollis infundibuliformibus.*

verticillata. 2. C. foliis verticillatis. *Oed. dan.* 86.

Polygonatum. 3. C. fol. alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunc. axillaribus subunifloris. *Oed dan.* 377.

multiflora. 4. C. fol. alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunc. axillaribus multifloris. *Oed. dan.* 152. *Dodart. mem.* 115.

* * * Smilaces T. *corollis rotatis.*

racemoſa. 5. C. fol. ſeſſilibus, racemo terminali compoſito.

ſtellata. 6. C. fol. amplexiaulibus plurimis.

trifolia. 7. C. fol. amplexicaulibus ternis, racemo terminali ſimplici.

bifolia. 8. C. foliis cordatis, flor. tetrandris. *Oed. dan.* 291. *Flores 4-fidi.*

426. POLIANTHES. *Cor.* infundibuliform. incurva, aequalis. *Filamenta* corollae fauci inſerta. *Germen* in fundo corollae.
453.

tuberoſa. 1. POLIANTHES.

427. HYACINTHUS. *Cor.* campanulata: pori 3 melliferi *germinis.*

non ſcriptus. 1. H. coroll. campanulatis ſexpartitis apice revolutis.

cernuus. 2. H. coroll. campanulatis ſexpartitis, racemo cernuo. *Corolla huic baſi ventricoſior, praecedenti vero minime.*

ſerotinus. 3. H. petalis exterioribus ſubdiſtinctis, interioribus coadunatis.

viridis. 4. H. corollarum exterioribus laciniis ſubulatis longiſſimis. *Burmannus.*

amethyſtinus. 5. H. coroll. campanulatis ſemiſexfidis: baſi cylindricis.

orientalis. 6. H. coroll. infundibuliformibus ſemiſexfidis: baſi ventricoſis.

comoſus. H. coroll. infundibuliformibus corymboſis erectis, ſcapo foliis breviore. *Mant.* 223. *

romanus. H. coroll. campanulatis ſemiſexfidis racemoſis, ſtamin. membranaceis. *Mant.* 224. Hyacinthus comoſus albus belgicus. *Bauh. pin.* 42. Hyacinthus comoſus albus, caeruleis ſtaminibus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 584.

Muſcari. 7. H. coroll. ovatis: omnibus aequalibus.

Digitized by Google

monstrosus. 8. H. coroll. subovatis.

comosus. 9. H. coroll. angulato-cylindricis: summis sterilibus longius pedicellatis. *Mant. 366.* *

botryoides. 10. H. coroll. globosis uniformibus, fol. canaliculato-cylindricis strictis. *Flores inodori. Mant. 366.*

racemosus. 11. H. coroll. ovatis: summis sessilibus, fol. laxis. *Flores odori. Folia carinata. Mant. 367.*

orchioides. 12. H. coroll. sexpartitis: petalis tribus exterioribus brevioribus.

lanatus. 13. H. coroll. lanatis, caule ramoso. †

428. ALETRIS. *Cor.* infundibuliformis, rugosa. *Stamina* inserta laciniarum basi. *Caps.* 3-locularis.
456.

capensis. 2. A. acaulis, fol. lanceolatis undulatis, spica ovata, flor. nutantibus. *Burm. prodr.* 10. *Murray Gott.* 205. *act: stockholm.* 1771. *cum fig.* Veltheimia *Gleditsch act. berol. 1771.* Orchis hyacinthoides, foliis caule et floribus maculatis. *Buxb. cent. 3. p. 12. t. 20.*

hyacinthoides. 3. A. acaulis, fol. lanceolatis carnosis, flor. geminatis. *Mant.* 367! *

fragrans. 4. A. caulescens, fol. lanceolatis laxis. *Jacq. vind.* 309.

Uvaria. A. acaulis, fol. ensiformibus canaliculatis carinatis. Aloe Uvaria *Sp. pl.* 460.

429. YUCCA. *Cor.* campanulato-patens. *Stylus* nullus. *Caps.* 3-locularis.
456.

Gloriosa. 1. Y. foliis integerrimis.

aloifolia. 2. Y. foliis crenulatis strictis.

draconis. 3. Y. foliis crenatis nutantibus.

filamentosa. 4. Y. foliis serrato-filiferis.

Digitized by Google

430. ALOE. *Cor.* erecta, ore patulo, fundo nectarifero. *Filamenta* receptaculo inserta.
457.

perfoliata. 1. A. flor. corymbosis cernuis corymbosis subcylindricis.
A. fol. caulinis dentatis amplexicaulibus vaginantibus. Caulis saepe radicans, licet erectus.

variegata. 2. A. flor. racemosis cernuis subcylindricis, ore patulo aequali. *Mant.* 367.
A. fol. caulinis trifariis imbricatis erectis: angulis ternis cartilagineis..

disticha. 3. A. flor. pedunculatis pendulis ovato-cylindricis curvis.
A. fol. linguiformibus distichis patulis.

spiralis. 4. A. flor. spicatis ovatis muricatis crenatis: segmentis interioribus conniventibus.
A. fol. caulinis sexfariis ovatis mucronatis.

retusa. 5. A. flor. spicatis triquetris bilabiatis: labio inferiore revoluto. *Flores simillimi A. pumilae.*
A. fol. caulinis quinquefariis rhomboidalibus ventricosis; triquetro plano exstantibus.

viscosa. 6. A. flor. spicatis infundibuliformibus bilabiatis: laciniis quinque revolutis: summa erecta.
A. fol. trifariis canaliculatis imbricatis: apice patulo.

pumila. 7. A. flor. spicatis bilabiatis: labio superiore erectiore; inferiore recurvato.
A. fol. aggregatis radicalibus ovato-subulatis acuminatis muricatis.

431. AGAVE. *Cor.* erecta, supera. *Filamenta* corolla longiora, erecta.
461.

americana. 1. A. fol. dentato-spinosis, scapo ramoso.

vivipara. 2. A. fol. dentatis, stamin. corollam aequantibus. Aloe americana sobolifera. *Herm. Lugdb.* 16. t. 17; 57.

virginica. 3. A. fol. dentato-spinosis, scapo simplicissimo. *Amoen. acad.* 3. p. 22.

foetida. 4. A. fol. integerrimis.

Digitized by Google

432. ALSTROEMERIA. *Cor.* 6-petala, subbilabiata: petalis 2. inferioribus basi tubulosis. *Stam.* declinata.
461.

pelegrina. 1. A. caule erecto. *Amoen. acad. 6. p. 247. t. 247. Jacq. hort. t. 50.*
Ligtu. 2. A. caule adscendente.
Salsilla. 3. A. caule volubili.

433. HEMEROCALIS. *Cor.* campanulata: tubo cylindrico. *Stam.* declinata.
462.

flava. 1. H. corollis flavis. β. Lilio Asphodelus luteus minor. *Tournef. inst. 334.*
fulva. 2. H. corollis fulvis.

434. ACORUS. *Spadix* cylindricus, tectus flosculis. *Cor.* 6-petalae, nudae. *Stylus* nullus. *Caps.* 3-locularis.
462.

Calamus. 1. Acorus. β. *verus.* Calamus aromaticus. *Garz. 288. c. fig.*

435. ORONTIUM. *Spadix* cylindricus, tectus flosculis. *Cor.* 6-petalae, nudae. *Stylus* nullus. *Folliculi* 1-spermi.
463.

aquaticum. 1. Orontium.

436. CALAMUS. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Bacca* exarida, 1-sperma, retrorsum imbricata.
462.

Rotang. 1. Calamus. *Pluk. adde t. 106. f. 1, 2. Rumph. amb. plures delineat specie forte distinctas.*

437. JUNCUS. *Cal.* 6-phyllus, *Cor.* o. *Caps.* 1-locularis.
463.

* *Culmis nudis.*

acutus. 1. J. culmo subnudo tereti mucronato, panicula terminali, involucro diphyllo spinoso.

conglomeratus. 2. J. culmo nudo stricto, capitulo laterali.

effusus. 3. J. culmo nudo stricto: panicula laterali.

inflexus. 4. J. culmo nudo: apice membranaceo incurvo, panicula laterali.

filiformis. 5. J. culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali.

trifidus. 6. J. culmo nudo, foliis floribusque tribus terminalibus. *Oed. dan. t.* 107. *Gesn. Schmied. t.* 4. *f.* 16. Juncus monanthos. *Jacq. vind.*

squarrosus. 7. J. culmo nudo. fol setaceis, capitulis glomeratis aphyllis. *Oed. dan.* 430. *Totus rigens foliis patentibus.*

** *Culmis foliosis.*

nodosus. 9. J. fol. nodoso-articulatis, petalis mucronatis.

articulatus. 8. J. fol. nodoso-articulatis, petalis obtusis. *Hujus α.* Aquaticus *foliis compressis. β.* Sylvaticus *foliis teretibus. Hall. Forte specie distinctae?*

bulbosus. 10. J. fol. linearibus canaliculatis, caps. obtusis. *Gesn. Schmied.* 12. *t.* 5. *f.* 13. *Oed. dan.* 431. Juncus *compressus* foliis linearibus canaliculato-concavis, capsulis ovatis, culmo compresso. *Jacq. vind.* 235. (*Exclusis C. Bauhini et Scheuchzeri synonymis*).

bufonius. 11. J. culmo dichotomo, fol. angulatis, flor. solitariis sessilibus.

stygius. 12. J. fol. setaceis depressiusculis; pedunc. geminis terminalibus, glumis solitariis subbifloris.

Jacquini. 19. J. folio subulato, capitulo subquadrifloro terminali. *Mant.* 63.

biglumis. 13. J. fol. subulato, gluma biflora terminali. *Oed. dan.* 120.

triglumis. 14. J. foliis planis, gluma triflora terminali. *Oed. dan.* 132.

pilosus. 15. J. fol. planis pilosis, corymbo ramoso. *Oed. dan.* 441.

niveus. 16. J. fol. planis subpilosis, corymbis folio breuioribus, flor. fasciculatis.

campestris. 17. J. fol. planis subpilosis, spicis sessilibus pedunculatisque.

spicatus. 18. J. fol. planis, spica racemosa nutante. *Oed. dan.* 270.

439. RICHARDIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* 1-petala, subcylindrica. *Sem.* 3.
470.

scabra. 1. RICHARDIA.

438. ACHRAS. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* ovata, 6-fida: squamis totidem alternis interioribus. *Pomum* 10-loculare. *Sem.* solitaria hilo marginali, apiceque unguiculato.
469.

mammosa. 1. A. flor. solitariis, fol. cuneiformi-lanceolatis. Achras floribus pentandris. *Jacq. amer.* 56. *t.* 182. *f.* 19. Achras fructu maximo ovato. *Brown, jam.* 201. (Exclude *Loefl. Plum. Jacq. synonyma*).

Sapota. 2. A. flor. solitariis, fol. lanceolato-ovatis. Achras floribus hexandris. *Jacq. amer.* 57. *t.* 41. Achras *Loefl. it.* 186. Sapora fructu ovato majore. *Plum. gen.* 43. Achras fructu elliptico scabro majore. *Brown jam.* 200. *t.* 19. *f.* 3. *Fructus putrescere incipiens praefertur Bromeliae Ananas Jacq.*

salicifolia. 3. A. flor. confertis, fol. lanceolato-ovatis.

441. PRINOS. *Cal.* 6-fidus. *Cor.* 1-petala, rotata. *Bacca* 6-sperma.
471.

verticillatus. 1. P. foliis longitudinaliter serratis. *An dioica ut Gron. virg.* 2. *p.* 54.?

glaber. 2. P. foliis apice serratis.

440. BURSERA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Caps.* carnosa, 3-valvis, 1-sperma.
471.

gummifera. 1. BURSERA. Terebinthus americana polyphylla. *Comm. hort.* 1. *p.* 149. *t.* 77. Betula arbor americana, seminibus lithospermi frumentacei aemulis. *Pluk. alm.* 67. *t.* 151. *f.* 1. *Variat Cal.* 5-*fido. Pet.* 5. *Stam.* 8. *Stigmate* 3-*fido: at Browne in dioecia Fl. Masculos Cal.* 5-*dentato, Cor.* 5-*partita. Stam.* 10. *An itaque polygama? Accuratius describenda.*

Digitized by Google

442. BERBERIS. *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 6: ad ungues glandulis 2. *Stylus* 0. *Bacca* 2-sperma.
471.

vulgaris. 1. B. pedunculis racemosis.
cretica. 2. B. pedunculis unifloris. *Folia integerrima. Racemi subumbellati. Sem.* 3.

1302. CAPURA. *Germen* superum. *Cal.* 0. *Cor.* 6-fida. *Stam.* intra tubum. *Stigma* globosum. *Bacca.*

purpurata. CAPURA. *Mant.* 225. *

443. LORANTHUS. *Germen* inferum. *Cal.* 0. *Cor.* 6-fida, revoluta. *Stam.* ad apices petalorum. *Bacca* 1-sperma.
472.

Scurrula. 1. L. pedunculis unifloris congestis, fol. obovatis.
uniflorus. 6. L. racemis simplicissimis. *Sp. pl.* 1672. *Jacq. amer.* 18. *t.* 69.
europaeus. 7. L. racemis simplicibus terminalibus, flor. dioicis. *Sp. pl.* 1672. *Jacq. austr. t.* 30.
americanus. 2. L. racemis subramosis aequalibus, fol. ovatis. Loranthus cymis ramosis. *Jacq: amer.* 97. *t.* 67. *Folia opposita, avenia, coriacea. (Excluso Brownii synonymo.)*
occidentalis. 3. L. racemis simplicibus, flor. irregularibus.
loniceroides. 4. L. flor. aggregato-capitatis. *Rheed. mal.* 7. *p.* 55. *t.* 29.
Stelis. 5. L. racemis trichotomis, pedunc. trigonis, flor. aequalibus.
pentandrus. 8. L. racemis simplicibus, flor. quinquefidis, fol. alternis petiolatis. *Mant.* 63.
spicatus. 9. L. spicis quadrangularibus. *Mant.* 63.

Digitized by Google

444. HILLIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-fida, longissima
1662. *Bacca* infera, 2-locularis, polysperma.

parasitica. 1. HILLIA. *Sp. pl.* 1662. *Frutex repens. Folia opposita, ovalia. Flores semipedales.*

1301. CANARINA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-fida, campanulata. *Stigmata* 6. *Caps.* infera, 6-locularis, polysperma.

campanula. CANARINA. *Mant.* 225. Campanula canariensis. *Sp. plant.* 234. *Differt numero a Campanulis.*

445. FRANKENIA. *Cal.* 5-fidus, infundibulif. *Petala*
473. 5. *Stigma* 6-partitum. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis.

laevis. 1. F. fol. linearibus confertis basi ciliatis.
hirsuta. 2. F. caul. hirsutis, flor. fasciculatis terminalibus. Nothria hirsuta. *Berg. cap.* 171. *t.* 1. *f.* 2. *Flores violacei.*
pulverulenta. 3. F. foliis obovatis retusis subtus pulveratis.

446. PEPLIS. *Perianth.* campanulatum: ore 12-fido.
474. *Petala* 6, calyci inserta. *Caps.* 2-locularis.

Portula. 1. P. flor. apetalis. *Oed. dan. t.* 64. *Petalis rarius instruitur.*
tetrandra. 2. P. flor. tetrandris monopetalis. *Cal. campanulatus: limbo* 8-*fido. Cor. tubulosa: Limbo* 4-*partito. Stam.* 4. *Germen tubo calycis adnatum. Styli stigmata* 2. *Capsula infera, bilocularis, coronata.*

DIGYNIA.

448. ORYZA. *Cal.* gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* 2-
475. valvis, subaequalis, semini adnascens.

sativa. 1. ORYZA.

449.

Digitized by Google

449. ATRAPHAXIS. *Cal.* 2-phyllus. *Petala* 2, sinuata. *Stigmata* capitata. *Sem.* 1.

spinosa. 1. A. ramis spinosis. *Cal. 2-phyllus. Petala 2. Stamina 6. Stigmata 2. Semen compressum.*

undulata. 2. A. inermis. Polygonum undulatum. *Berg. cap. 135. Cal. 4-partitus, aequalis laciniis ovatis concavis. Petala 0. Stamina 6, lanceolata. Stylus bifidus, Semen subrotundum.*

TRIGYNIA.

451. RUMEX. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, conniventia. *Sem.* 1, triquetrum.
476.

* *Hermaphroditi: valvulis granulo-notatis.*

Patientia. 1. R. flor. hermaphroditis: valvulis integerrimis; unica granifera, foliis ovato-lanceolatis. *Folia seminalia sagittata ut R. Acetosae. Caulis sulcatus.*

sanguineus. 2. R. flor. hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Folia venis rubris succo sanguineo. Migravit Angliae Hemstedium.*

verticillatus. 4. R. flor. hermaphroditis: valvulis integerrimis: omnibus graniferis, fol, lanceolatis: vaginis cylindricis.

Britannica. 5. R. flor. hermaphroditis: valvulis integerrimis: omnibus graniferis, fol. lanceolatis; vaginis obsoletis.

crispus. 3. R. flor. hermophroditis: valvulis integris graniferis, fol. lanceolatis undulatis acutis.

persicarioides. 8. R. flor. hermaphroditis: valvulis dentatis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis.

aegyptius. 7. R. flor. hermaphroditis: valvulis trifido-setaceis: unica granifera. (Excluso Dillenii synonymo)

dentatus. R. flor. hermaphroditis: valvulis dentatis omnibus graniferis, fol. lanceolatis. *Mant.* 226. * Lapathum aegyptiacum, capsula seminis alba et crenata. *Dill. elth. 191. t. 158. f. 191.*

Digitized by Google

maritimus. 9. R. flor. hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, fol. linearibus. Lapathum minimum. *Bauh. pin.* 115. *Radix rubra.*

divaricatus. 10. R. flor. hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtusis pubescentibus.

acutus. 11. R. flor. hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis acuminatis. Lapathum folio acuto. *Bauh. pin.* 115. *Valvularum dentes utrinque plures, inaequales longitudine diametri ipsius valvulae.*

obtusifolius. 12. R. flor. hermaphrodis: valvulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis.

pulcher. 6. R. flor. hermaphroditis: valvulis dentatis: subunica granifera, fol. radicalibus panduriformibus. *Hall. emend.* 20. * Lapathum arvense subhirsutum, folio retuso, caule longius brachiato. *Till. pis.* 93. t, 37. f. 2. *Willich. illustr.* 5.

** *Hermaphroditi: valvulis granulo destitutis, s. nudis.*

bucephalophorus. 13. R. flor. hermaphroditis; valvulis dentatis nudis, pedicellis planis reflexis incrassatis.

aquaticus. 14. R. flor. hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, fol. cordatis glabris acutis.

Lunaria. 15. R. flor. hermaphroditis: valvulis laevibus, caule arboreo, fol. cordatis. *Panicula oppositifolia.*

vesicarius. 16. R. flor. hermaphroditis geminatis: valvulis omnibus maximis membranaceis reflexis, fol. indivisis.

roseus. 19. R. flor. hermophroditis distinctis: valvulae alterius ala maxima membranacea reticulata, fol. erosis.

tingitanus. 17. R. flor. hermophroditis distinctis: valvulis cordatis obtusis integerrimis, fol. hastato-ovatis.

scutatus. 18. R. flor. hermaphroditis, fol. cordato-hastatis, caul. tereti.

digynus. 19. R. flor. hermaphroditis digynis. *Oed. dan.* 14.

*** *Floribus diclinis.*

alpinus. 22. R. flor. hermaphroditis sterilibus femineisque: valvulis integerrimis nudis, fol. cordatis obtusis

Digitized by Google

fis rugosis. Lapathum floribus superioribus masculis, inferioribus femineis, folis cordatis. *Zinn. goett. 38. Folia magnitudine Rhei, rugosa.*

spinosus. 22. R. flor. androgynis: calyc. femineis monophyllis: valvulis exterioribus reflexo-uncinatis. *Murr. Goett. 152.*

tuberosus. 23. R. flor. dioicis, fol. lanceolato-sagittatis, ramis patentibus. *Caulis erectus, simplex.*

multifidus. 26. R. flor. dioicis, fol. hastatis auriculis hastatis.

Acetosa. 24. R. flor. dioicis, fol. oblongis sagittatis.

Acetosella. 25. R. flor. dioicis, fol. lanceolato-hastatis.

aculeata. 27. R. flor. dioicis, fol. lanceolatis petiolatis, fructibus reflexis: valvis ciliatis.

luxurians. 28. R. flor. - - - fol. cordato-hastatis, caul. decumbentibus angulatis. *Mant. 64. Mihi non floruit. Confer. Pluk. Phyt. 331. f. 2. Folia Acetosae longiora.*

450. FLAGELLARIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Bacca* 1-sperma.
475.

indica. Flagellaria. *Folia terminata cirrho, ut in Gloriosa.*

452. SCHEUCHZERIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* o. *Caps.* 3, inflatae, 1-spermae.
482.

palustris. 1. Scheuchzeri. *Oed. dan. 76.*

453. TRIGLOCHIN. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. calyciformia. *Stylus* o. *Caps.* basi dehiscens.
482.

palustre. 1. T. capsul. trilocularibus sublinearibus. *Oed. dan. 411. Radix fibrosa.*

bulbosum. T. rad. bulbosa fibris obtecta *Mant. 226.* * *Simillimum T. palustri. E cap. b. spei.*

maritimum. 2. T. capsul. sexlocularibus ovatis. *Oed. dan. 306.*

Digitized by Google

454. **MELANTHIUM.** *Cor.* 6-petala. *Filamenta* ex elon-
483. gatis unguibus corollae.

virginicum. 1. M. petalis unguiculatis. *An dioica. Gron. virg.* 2. *p.* 55. ?
sibiricum. 2. M. petalis sessilibus.
capense. 3. M. petalis punctatis, fol. cucullatis.
indicum. M. petalis lineari-lanceolatis, fol. linearibus. *Mant.* 226. ☼

455. **MEDEOLA.** *Cal.* 0. *Cor.* 6-partita, revoluta. *Bac-*
483. *ca* 3-sperma.

virginicum. 2. M. fol. verticillatis, ramis inermibus.
asparagoides. 3. M. fol. pinnatis: foliolis alternis. *Mant.* 370. ☼

456. **TRILLIUM.** *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Bac-*
484. *ca* 3-locularis.

cernuum. 1. T. flore pedunculato cernuo.
erectum. 2. T. flore pedunculato erecto.
sessile. 3. T. flore sessili erecto.

457. **COLCHICUM.** *Spatha. Cor.* 6-partita: tubo ra-
485. dicato. *Capsulae* 3 connexae, inflatae.

autumnale. 1. C. foliis planis lanceolatis erectis.
montanum. 2. C. foliis linearibus patentissimis.
variegatum. 3. C. foliis undulatis patentibus.

458. **HELONIAS.** *Cor.* 6-petala. *Cal.* 0. *Caps.* 3-lo-
485. cularis.

bullata. 1. H. fol. lanceolatis nervosis. Veratrum racemo simplicissimo, corollis patentibus, staminibus longioribus. *Mill. ic.* 181. *t.* 272.

asphodeloides.

Digitized by Google

MONOGYNIA.

461. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, aequalis, plana. *Bacca* exsucca.
488.

europaea. 1. T. fol. lanceolatis integerrimis. *Kalm. canad.* 2. p. 263. *Oed. dan.* 80.

DISANDRA.

CAL. *Perianthium* monophyllum, 5-8 partitum: laciniis rectiusculis persistens.

COR. monopetala, rotata: *Tubus* brevissimus. *Limbus* 5-8 partitus, laciniis ovatis.

STAM. Filamenta 5-8 setacea, erecto-patula, corolla breviora. *Antherae* sagittatae.

PIST. Germen ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* simplex.

PER. *Capsula* ouata, longitudine calycis, bilocularis.

SEM. plurima, ovata.

OBSERV. Flos numero maxime variat.

prostrata. DISANDRA. Sibthorpia peregrina fol. reniformibus crenatis, pedunculis geminis. *Syst. nat.* 421. *Sp. plant.* 880. *Caules pedales s. bipedales, prostrati, teretes, pubescentes. Folia alterna, petiolata, reniformi-orbiculata, crenata, pubescentia. Pedunculi axillares, bini, rarius* 1. *s.* 3. *erecti, filiformes, uniflori, petiolis altiores. Corollae luteae. An* Sibth. africana *vere distincta* SPECIES? *Floris partes omnium maxime numero inconstantes: septenarius numerus frequentissimus est; quinarius naturalissimus, sed rarissimus, certe in culta.*

462. ÆSCULUS. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus, ventricosus. *Cor.* 5-petala, inaequaliter colorata, calyci inserta. *Caps.* 3-locularis.
488.

Hippocastanum. 1. Æ. floribus heptandris.

Pavia. 2. Æ. floribus octandris. *Flores in utraque Hermaphroditos et Masculos observavit Dav. Royenus, Millerus. Huic calyx et corolla sanguinea. Flores umbellati. Corolla* 4-*petala, clausa.*

DIGY-

Digitized by Google

DIGYNIA.

463. LIMEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia.
488. *Caps.* globosa, bilocularis.

africanum. A. LIMEUM. *Burmann.*

TETRAGYNIA.

464. SAURURUS. *Cal.* amentum squamis 1-floris.
489. *Cor.* 0. *Germina* 4. *Baccae* 4, monospermae.

cernuus. 1. S. caule folioso polystachyo.
natans. S. acaulis, scapo monostachyo. *Mant.* 227. * *Parya Kelangu. Rheed. mal.* 11. *p.* 31. *t.* 15. *forte hujus generis. König.*

HEPTAGYNIA.

465. SEPTAS. *Cal.* 7-partitus. *Petala* 7. *Germina* 7.
489. *Capsulae* 7, polyspermae.

capensis. SEPTAS. *Pluk. mant.* 65. *t.* 340. *f.* 9.

Digitized by Google

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores completi.*

478. Mimusops. *Cor.* 8-petala. *Cal.* 8-phyllus, inferus. *Drupa.*
466. Tropaeolum. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, inferus, calcaratus. *Baccae* 3, 1-spermae.
491. Baeckea. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, superus. *Caps.* 4-locularis.
481. Memecylon. *Cor.* 4-petala. *Cal.* integerrimus, superus.
475. Combretum. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 5-dentatus, superus. *Sem.* 4.
1304. Ophira. *Cor.* 4-petala, supera. *Cal.* o. involucr. 2-valve, triflorum. *Bacca* 1-locularis.
471. Epilobium. *Cor.* 4-petala, *Cal.* 4-phyllus, superus. *Caps.* 4-locularis. *Sem.* papposa!
470. Gaura. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, superus. Nux 4-sperma.
469. Oenothera. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, superus. *Caps.* 4-locularis. *Anther.* lineares.
468. Rhexia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, medius. *Caps.* 4-locul. *Anth.* arcuatae.
467. Osbeckia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, medius. *Caps.* 4-locul. *Anth.* rostratae.
474. Grislea. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Caps.* 1-locularis.
1305. Guarea. *Cor.* 4-petala: nectario cylindrico. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* folitaria.
1257. Antichorus. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Caps.* 4-locul. 4-valvis, polysperma.
476. Allophylus. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Stylus* bifidus.
479. Jambolifera. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Filamenta* planiuscula.

Digitized by Google

482. LAWSONIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, inferus. *Bacca* 4-locularis.
472. MELICOCCA. *Cor.* 4-petala, refracta. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* corticosa. *Stigm.* peltat. anceps.
473. AMYRIS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Bacca* 1-sperma.
128. FUCHSIA. *Cor.* 8-fida. *Cal.* nullus, superus. *Bacca* 4-locularis, polysperma.
1258. CHLORA. *Cor.* 8-fida. *Cal.* 8-phyllus, inferus. *Caps.* 1-locul. 2-valvis, polysperma.
483. VACCINIUM. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-dentatus, superus. *Filam.* receptaculi. *Bacca.*
484. ERICA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Filam.* receptaculi. *Capsula.*

Æsculus Pavia.
Monotropa Hypopithys.
Ruta graveolens.
Jussieua erecta, suffruticosa.
Portulaca quadrifida.
* *Dais octandra.*
* *Fagara octandra.*
* *Melastoma octandra.*
Elais serrata.

** *Flores incompleti.*

487. GNIDIA. *Cal.* 4-fidus, corollinus. *Pet.* 4, parva. *Stam.* exserta.
490. LACHNAEA. *Cal.* 4-fidus, corollinus, inaequalis. *Stam.* exserta.
486. DIRCA. *Cal.* elimbis, corollinus, inaequalis. *Stam.* exserta.
485. DAPHNE. *Cal.* 4-fidus, corollinus, aequalis. *Stam.* inclusa. *Bacca* pulposa.
489. PASSERINA. *Cal.* 4-fidus, corollinus, aequalis. *Stam.* supra corollam.
488. STELLERA. *Cal.* 4-fidus, corollinus, aequalis. *Stam.* inclusa. *Sem.* unicum.
1303. DODONÆA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 3-locularis. *Sem.* bina.

* *Rivina octandra.*

Digitized by Google

DIGYNIA.

293. WEINMANNIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus.
Capſ. 2-locularis, 2-roſtris.
494. MOEHRINGIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus.
Capſ. 1-locularis.
1259. SCHMIEDELIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus.
Pericarp. 2, pedicellata.
492. GALENIA. *Cor.* 0. *Cal.* 4-fidus.
Capſ. 2-locul., 2-ſperma.]

* *Chryſoſplenium.*

TRIGYNIA.

497. PAULLINIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 5-phyllus.
Capſ. 3-locul., 1-ſperma.
498. CARDIOSPERMUM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus.
Capſ. 3-locul., 1-ſperma.
449. SAPINDUS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus.
Bacca 3-cocca, 1-ſperma.
496. COCCOLOBA. *Cor.* 0. *Cal.* 5-partitus.
Bacca calycina, 1-ſperma.
495. POLYGONUM. *Cor.* 0. *Cal.* 5-partitus.
Sem. 1, nudum.

TETRAGYNIA.

501. ADOXA. *Cor.* 4-f. 5-fida, ſupera. *Cal.* 2-phyllus.
Bacca 4-f. 5-ſperma.
502. ELATINE. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus.
Capſ. 4-locularis.
500. PARIS. *Cor.* 4-petala, ſubulata. *Cal.* 4-phyllus.
Bacca 4-locularis.

* *Cotyledon laciniata.*

* *Petiveria octandra.*

MONO-

Digitized by Google

MONOGYNIA.

466. **TROPÆOLUM.** *Cal.* 1-phyllus, calcaratus. *Petala* 5, inaequalia. *Baccae* 3, ſiccae.
490.

minus. 1. T. fol. peltatis repandis, petal. acuminato-ſetaceis.
majus. 2. T. fol. peltatis ſubquinquelobis, petal. obtuſis.
hybridum. 4. T. fol. ſubpeltatis quinquelobis integerrimis, petalis variantibus. *Mant.* 64. *Planta noviter orta e praecedenti; Nectarium obtuſum. Corolla vix unquam determinata. Semina vix producit, ramis multiplicanda.*
peregrinum. 3. T. fol. ſubpeltatis quinquelobis dentatis, petalis ciliato-laceris. *Mant.* 371.

467. **OSBECKIA.** *Cal.* 4-fidus: *Lobis* ſquama ciliari interſtinctis. *Cor.* 4-petala. *Antherae* roſtratae. *Caps.* 4-locularis, calycis tubo truncato cincta.
490.

chinenſis. 1. OSBECKIA.

468. **RHEXIA.** *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4, calyci inſerta. *Antherae* declinatae. *Caps.* 4-locularis, intra ventrem calycis.
491.

virginica. 1. R. fol. ſeſſilibus ſerratis, calyc. glabris.
mariana. 2. R. foliis ciliatis.
Aciſanthera. 4. R. flor. alternis axillaribus pedunculatis quinquefidis.

469. **OENOTHERA.** *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Caps.* cylindrica, infera. *Sem.* nuda.
491.

biennis. 2. OE. fol. ovato-lanceolatis planis, caule muricato-villoſo. *Oed. dan.* 446.
parviflora. 3. OE. fol. ovato-lanceolatis planis, caule laevi ſubvilloſo. Oenothera foliis lanceolatis dentatis, caule hiſpido. *Mill. ic.* 189. *f.* 1. *Caulis ruber, ſcaber.*

Digitized by Google

muricata. OE. fol. lanceolatis, planis, caule purpurascente muricato. *Similis parviflorae, sed Fructus os non 8-fidus. Caulis puncta rubra sparsa. Canada.*

longiflora. OE. fol. denticulatis, caul. simplicibus pilosis, petalis distantibus bilobis. *Mant.* 227. *

octovalvis. 4. OE. fol. lanceolato-oblongis acuminatis planis glabris.

mollissima. 2. OE. fol. lanceolatis undulatis.

hirta. 1. OE. hirta, fol. supra glabris.

sinuata. OE. fol. dentato-sinuatis, caulis apice nutante. *Mant.* 228. ☿ Lysimachia corniculata maritima, sinuatis et pubescentibus foliis, virginiana. *Pluk. alm.* 235. *t.* 203. *f.* 3.

fruticosa. 6. OE. fol. lanceolatis subdentatis, capsul. pedicellatis acutangulis, racemo pedunculato. Oenothera foliis lanceolatis, floribus terminalibus paniculatis. *Gouan. hort.* 193. *Flores parvi albi.*

pumila. 7. OE. fol. lanceolatis obtusis glabris subpetiolatis, caul. prostratis, capsul. acutangulis.

470. GAURA. 493. *Cal.* 4-fidus, tubulosus. *Cor.* 4-petala, adscendens versus latus superius. *Nux* infera, 1-sperma, 4-angula.

biennis. 1. Gaura.

471. EPILOBIUM. 493. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Caps.* oblonga, infera. *Sem.* papposa.

* *Staminibus declinatis.*

angustifolium. 1. E. fol. sparsis lineari-lanceolatis, flor. inaequalibus. *Oed. dan.* 289.

latifolium. 2. E. fol. alternis lanceolato-ovatis, flor. inaequalibus. *Oed. dan.* 565.

* * *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

hirsutum. 3. E. fol. oppositis lanceolatis serratis decurrenti-amplexicaulibus. *Oed. dan.* 326.

montanum. 4. E. fol. oppositis ovatis dentatis.

tetragonum.

Digitized by Google

tetragonum. 5. E. fol. lanceolatis denticulatis: imis oppositis, caule tetragono. *Stigma certissime integerrimum Willich Obs. 69.?*

palustre. 6. E. fol. oppositis lanceolatis integerrimis, petal. emarginatis, caule erecto. *Oed. dan. 347.?*

alpinum. 7. E. fol. oppositis ovato-lanceolatis integerrimis, siliquis sessilibus, caule repente. *Oed. dan.* 322.

1257. ANTICHORUS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* supera, subulata, 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* plurima.

depressus. 1. Antichorus. *Mant.* 64. * *Corchoro affinis, pusilla, procumbens planta.*

475. COMBRETUM. 496. *Cal.* 4-dentatus, campanulatus, superus. *Cor.* 4-petala, calyci inserta. *Stam.* longissima. *Sem.* 1, quadrangulare: angulis membranaceis.

laxum. 1. C. spicis laxis.

secundum. 2. C. spicis secundis.

474. GRISLEA. 496. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4 ex incisuris calycis. *Filamenta* longissima, adscendentia. *Caps.* globosa, supera, 1-locularis, polysperma.

secunda. 1. Grislea.

476. ALLOPHYLUS. 496. *Cal.* 4-phyllus: foliolis orbiculatis: oppositis minoribus. *Petala* 4, calyce minora. *Germen* didymum. *Stigma* 4-fidum.

zeylanicus. 1. Allophylus.

Digitized by Google

478. MIMUSOPS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. Nectar.
497. 16-phyllum. *Drupa* acuminata.

Elengi. 1. M. fol. alternis remotis. *Rumph. amb.* 3. *t.* 63.
Kanki. 2. M. fol. confertis. *Rumph. amb.* 3. *t.* 8.

479. JAMBOLIFERA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala, infundibulif. *Filamenta* planiuscula. *Stigm.* simplex.
497.

pedunculata. 1. JAMBOLIFERA. Jambolana. *Rumph. amb.* 1. *p.* 131. *t.* 24. Coryophyllus Tangu aromaticus malabaricus, folio et fructu maximo. *Pluk. alm.* 88. *t.* 274. *f.* 2. *Burm. Panicula et Flores ad Myrtum accedunt.*

472. MELICOCCA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, reflexa infra calycem. *Stigm.* subpeltatum. *Drupa* coriacea.
495.

bijuga. 1. MELICOCCA. *Jacq. amer.* 108. *t.* 72.

1305. GUAREA. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4. *Nectarium* cylindricum, ore Antheras gerens. *Capf.* 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* solitaria.

trichilioides. GUAREA. *Mant.* 22. Trichilia Guara. *Sp. plant.* 551. Jito. *Marcgr. braf.* 169. *Pif. braf.* 79. *t.* 80.

473. AMYRIS. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4, oblonga. *Stigma* tetragonum. *Bacca* drupacea.
495.

Elemifera. 8. A. fol. ternatis quinato-pinnatisque subtus tomentosis. Cornus racemosa trifolia et quinquefolia. *Plum. ic.* 100. Iccariba. *Marcgr, Braf.* 98. *Distinguenda a sequenti.*
sylvatica. 1. A. fol. ternatis crenatis acutis. *Jacq. Amer.* 107.
maritima. 2. A. fol. ternatis crenulatis obtusis. *An varietas praecedentis?*

Digitized by Google

gileadensis. 5. A. fol. ternatis integerrimis, pedunc. unifloris lateralibus. *Mant. 65.*
Opobalsamum. 6. A. fol. pinnatis: foliolis sessilibus. *Mant. 65.*
toxifera. 3. A. fol. pinnatis: foliolis petiolatis planis.
Protium. 7. A. fol. pinnatis: foliolis petiolatis undulatis. *Mant. 65.* Protium javanicum. *Burm. ind.* 88.
balsamifera. 5. A. fol. bijugis.

470. XIMENIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4, pilosa, revoluta. *Drupa* monosperma.

americana. 1. X. fol. oblongis pedunc. multifloris. *An stamina 7?*
inermis. 2. X. fol. ovatis, pedunc. unifloris.

128. FUCHSIA. *Cal.* nullus. *Cor.* 8-fida. *Bacca* infera, 4-locularis, polysperma.

triphylla. F. pedunculis unifloris. *Plum. ic. 133. f. 1.*
multiflora. F. pedunculis multifloris. *Mutis.*

1258. CHLORA. *Cal.* 8-phyllus. *Cor.* 1-petala, 8-fida. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

perfoliata. 1. C. fol. perfoliatis. Gentiana perfoliata. *Sp. pl.* 1671. Blackstonia. *Hudf. angl. 146. β.* Centaurium pusillum luteum. *Bauh. pin. 278.* Centaurium novum. *Col. ecphr. 2. p. 78.*
quadrifolia. 2. C. fol. quaternis, Gentiana quadrifolia. *Sp. pl.* 1671.
12-andra. 3. C. fol. oppositis. Chironia dodecandra. *Sp. pl.* 273.

1303. DODONAEA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 3-locularis, inflata. *Sem.* bina.

viscosa. 1. DODONAEA. *Hort. cliff. 144. Jacq. amer. 109. Fabric. helmst. 2. p. 430.* Ptelea viscosa. *Sp. plant. plant. 173.* Staphylodendron foliis lauri angustis. *Pluk. ic. 247. f. 2.* Thlaspidioides arborescens, fructu racemoso. *Barrer. aequin.* 109.

Digitized by Google

482. LAWSONIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Stamina* 4
498. parium. *Caps.* 4-locularis, polysperma.

inermis. 1. L. ramis inermibus. Ligustrum aegyptiacum, *Alp. aegypt.* 47.
spinosa. 2. L. ramis spinosis.

481. MEMECYLON. *Cal.* superus fundo striato, mar-
497. gine integerrimo. *Cor.* 1-petala *Anth.* insertae lateri apicis filamenti. *Bacca* coronata calyce cylindrico.

capitellatum. M. fol. ovatis.

483. VACCINIUM. *Cal.* superus. *Cor.* 1-petala. *Fila-*
498. *menta* receptaculo inserta. *Bacca* 4-locularis, polysperma.

* *Foliis annotinis s. deciduis.*

Myrtillus. 1. V. pedunc. unifloris, fol. serratis ovatis deciduis, caule angulato.
stamineum. 2. V. pedunc. solitariis unifloris, antheris corolla longioribus, fol. oblongis integerrimis.
uliginosum. 3. V. pedunc. unifloris, fol. integerrimis obovatis obtusis laevibus. *Oed. dan.* 231. *Tenella folia basi ciliata.*
album. 4. V. pedunc. simplicibus, fol. integerrimis ovatis subtus tomentosis.
mucronatum. 5. V. pedunc. simplicissimis unifloris, fol. ovatis mucronatis glabris integerrimis.
corymbosum. 6. V. flor. corymbosis ovatis, fol. oblongis acuminatis integerrimis.
frondosum. 7. V. racemis filiformibus foliosis, fol. oblongis integerrimis.
ligustrinum. 8. V. racem. nudis, caule fruticoso, fol. crenulatis oblongis.
Arctostaphylos. 9. V. flor. racemosis, fol. crenulatis ovatis acutis, caule arboreo.

** Fo-

Digitized by Google

* * *Foliis sempervirentibus.*

Vitis idaea. 10. V. racem. terminalibus nutantibus, fol. obovatis revolutis integerrimis subtus punctatis. *Oed. dan.* 40.

Oxycoccos. 11. V. fol. integerrimis revolutis ovatis, caulib. repentibus filiformibus nudis. *Oed. dan.* 80.

hispidulum. 12. V. fol. integerrimis revolutis ovatis, caulib. repentibus filiformibus hispidis.

484. ERICA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* 501. receptaculo inserta. *Antherae* bifidae. *Caps.* 4-locularis.

* *Antheris aristatis, foliis oppositis.*

vulgaris. 1. E. antheris aristatis, cor. campanulatis subaequalibus, cal. duplicatis, fol. oppositis sagittatis.

lutea, E. anth. aristatis, cor. ovatis acuminatis, flor. congestis, fol. oppositis linearibus. *Mant.* 234. * *Corollae luteae.*

—— *foliis ternis.*

halicacaba. 27. E. anth. aristatis, cor. ovatis inflatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. solitariis. *Corolla magnitudine glandis quernae.*

regerminans. E. anth. aristatis, cor. ovatis, stylo incluso, cal. acutis, flor. racemosis, fol. ternis. *Mant.* 232. * *Ramus spicam continuans.*

mucosa. E. anth. aristatis, cor. subglobosis mucosis, stylo incluso, fol. ternis. *Mant.* 232. *

bergiana. E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, cal. reflexis, fol. ternis. *Mant.* 235. *

depressa. E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, flor. raris, fol. ternis, caul. depresso. *Mant.* 230.

pilulifera. 31. E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. umbellatis. *Corollae globoso-campanulatae.*

viridipurpurea. 7. E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. sparsis. *Variat foliis quaternis.*

penta-

Erica daboecia *vide* Andromedam Daboeciam, *quae octandra flore quadrifido Ericae, sed antheris et habitu Andromedae.*

Digitized by Google

pentaphylla. 23. E. anth. ariftatis, cor. campanulatis, ftylo inclufo, fol. ternis, flor. pubefcentibus. Erica urceolaris. *Berg. cap. 107.*

nigrita. 43. E. antheris ariftatis, cor. campanulatis, ftylo inclufo, cal. imbricatis trifloris feffilibus. *Mant. 65. Burm. prodr. 11.* Erica laricina. *Berg. cap. 94.* Erica afr. folio coriis minore, flore albo. *Seb. muf. 2. p. 11. t. 9. f. 7. Flores albi antheris nigris.*

planifolia. 35. E. anth. ariftatis, cor. campanulatis, ftylo exferto, fol. ternis patentiffimis. *Berg. cap.* 100. *Rami filiformes, repentes. Flores violacei. Folia ovata, acuta, ciliata.*

fcoparia. 5. E. anth. ariftatis, cor. campanulatis ftigmate exferto peltato, fol. ternis. Erica coris folio IV. *Cluf. hift. 1. 42. Vulgatiffima Lufitaniae. Folia brevi diffluunt.*

arborea. 9. E. anth. ariftatis, cor. campanulatis ftylo exferto, fol. ternis, ramulis incanis. Erica coris folio 1. *Cluf. hift. 1. p. 4. Flores Convallariae albi. Caules albidi.*

——— *foliis quaternis.*

ramentacea. E. anth. ariftatis, cor. globofis, ftylo inclufo, ftigmate duplicato, fol. quaternis fetaceis. *Mant. 65.* * Erica multumbellifera. *Berg. cap.* 110. *Stigma inferius fubrotundum, fuperius quadrifidum. Flores umbellati.*

perfoliata. E. anth. ariftatis, cor. campanulatis, ftylo inclufo, cal. ciliatis, fol. quaternis. *Mant. 230.* * Erica fubdivaricata. *Berg. cap. 114.*

Tetralix. 8. E. anth. ariftatis, cor. ovatis, ftylo inclufo, fol. quaternis ciliatis, flor. capitatis. *Oed. dan. 81. Bis in anno floret.*

pubefcens. 24. E. antheris ariftatis, cor. ovatis, ftylo inclufo, fol. quaternis fcabris, flor. feffilibus lateralibus. *β.* E. parviflora. *Sp. pl. 25. Corolla pubefcens.*

abietina. 22. E. anth. ariftatis, cor. groffis, ftylo inclufo, fol. quaternis, flor. feffilibus. Erica folio juniperi, floribus purpureis oblongis. *Buxb. cent. 4. p. 25. t. 41, 42. Berg. cap. 105. Corollae cylindricae, foliis duplo longiores.*

mam-

mammosa. E. anth. aristatis, cor. grossis, stylo exserto, fol. quaternis. *Mant. 234.* * *Corollae ovato-cylindricae, magnae, E. cerinthoidis. Stigma turbinatum, 4-angulare.*

caffra. 9. E. anth. aristatis, cor. ovatis, stylo exserto, fol. quaternis pubescentibus, flor. congestis. *Magnitudo juniperi.*

* * *Antheris cristatis, foliis ternis.*

triflora. 33. E. anth. cristatis, cor. globoso-campanulatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. terminalibus. *Rami et pedunculi tomentosi. Corollae longitudine calycis.*

baccans. E. anth. cristatis, cor. globoso-campanulatis tectis, stylo incluso, fol. ternis imbricatis. *Mant. 233.* Erica afr. glabra fruticosa, arbuti flore. *Seb. mus. 1. p. 32. t. 21. f. 3.*

gnaphalodes. 34. E. anth. cristatis, cor. ovatis tectis, stylo incluso, fol. ternis, stigmate quadripartito. *Berg. cap. 119.* Erica afr. tenuifolia, unedonis flore. *Pluk. mant. 68. t. 346. f. 11.*

corifolia. 32. E. anth. cristatis, cor. ovatis, stylo incluso, cal. turbinatis, fol. ternis, flor. umbellatis. *Berg. cap. 108. Stigma capitatum.*

articularis. E. anth. cristatis, cor. ovatis acuminatis, stylo incluso calyce longiore, fol. ternis. *Calyx lanceolatus, corolla longior, coloratus.*

calycina. 23. E. anth. cristatis, cor. ovatis, stylo incluso, cal. patentissimis rotatis, fol. ternis. *Erica gnaphalodes. Berg. cap. 119. Folia triquetra. Bracteae alternae. Calyx obtusus.*

cinerea. 4. E. anth. cristatis, cor. ovatis, stylo subexserto, fol. ternis, stigmate capitato. *Oed. dan. t. 38.* *β.* Erica ternis per intervalla ramulis. *Bauh. pin. 486.* Erica coris folio V. *Clus. hist. 1. p. 43. Flores caerulescentes.*

paniculata. 36. E. anth. cristatis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis, flor. minutis. Erica milleflora. *Berg. cap. 96. (279. lege 175.).*

australis. E. anth. cristatis, cor. cylindricis, stylo exserto, fol. ternis patentibus, *Mant. 231.* * *Flores subsessiles. Corollae laciniae canescentes. Stigma capitatum.*

—— foliis

Digitized by Google

— *foliis quaternis.*

physodes. 26. E. antheris cristatis, cor. ovatis inflatis, stylo incluso, fol. quaternis, flor. subsolitariis. *Berg. cap.* 108. *Corollae magnitudine Pisi, viscidae.*

empetrifolia. 30. E. anth. cristatis, cor. ovatis, fol. quaternis, flor. sessilibus lateralibus. *Berg. cap.* 28. *Folia sparsa, ut Lycopodii, quasi spiraliter, unde numerus eorum difficilis.*

* * * *Antheris muticis inclusis: foliis oppositis.*

tenuifolia. 29. E. anth. muticis inclusis, cor. calyceque sanguineis, fol. oppositis. *Berg. cap.* 116. Erica afric. corios folio minore. *Seb. muf.* 2. *p.* 11. *t.* 9. *f.* 8. *Flores sanguinei. Stylus inclusus.*

— *foliis ternis.*

albens. E. anth. muticis inclusis, cor. ovatis oblongis acutis, fol. ternis, racemis secundis. *Mant.* 233. * *Calyx et Corolla alba.*

spumosa. 37. E. anth. muticis inclusis, cor. ternis calyce communi obtectis, stylo exserto, fol. ternis. *Berg. cap.* 103. Erica scariosa. *Berg. cap.* 102. *Calyx imbricatus, sanguineus. Corollae campanulatae, flavicantes. Stylus longissimus, nutans.*

capitata. 16. E. anth. muticis mediocribus, corollis tectis calyce lanato, fol. ternis, flor. sessilibus. *Berg. cap.* 94. *Corolla semiquadrifida, obtusa, calyce non longior. Antherae in meis inclusis. Stylus exsertus.*

melanthera. E. anth. muticis mediocribus, cor. campanulatis calyce colorato longioribus, stylo exserto, fol. ternis. *Mant.* 232. * *Calyx sanguineus, latior quam longus. Corolla campanulato-hypocrateriformis. Antherae atrae, longitudine limbi corollae.*

absynthioides. E. anth. muticis inclusis, cor. ovato-campanulatis, stylo exserto, stigmate infundibuliformi, fol. ternis. *Mant.* 66.

ciliaris. 11. E. anth. muticis inclusis, cor. ovatis grossis, stylo exserto, fol. ternis, racemis secundis. *Folia ovata, ciliata, patentissima. Corollae magnae, ore inaequali.*

— *fa-*

Digitized by Google

—— *foliis quaternis.*

tubiflora. 20. E. anth. muticis inclusis, cor. clavatis grossis, stylo incluso, fol. quaternis subciliatis. Erica *Seb. mus. 1. T. 20. f. 4. Corollae pubescentes laciniis lanceolatis. Stylus vix exsertus.*

curviflora. 19. E. anth. muticis inclusis, cor. clavatis grossis, stylo incluso fol. quaternis glabris. Erica. *Seb. mus. 2. t. 19. f. 5. Affinis praecedenti. Corollae pubescentes laciniis lanceolato-subulatis. Sed Rami pilosi et Folia glabra.*

coccinea. 18. E. anth. muticis subinclusis, cor. clavatis grossis, stylo incluso, cal. hirsutis, fol. quaternis. *Corollae pubescentes, Flores copiosi.*

cerinthoides. 21. E. anth. muticis inclusis, cor. clavatis grossis, stigmate incluso cruciato, fol. quaternis. *Flores subcapitati, pubescentes. Calyx quasi duplicatus.*

fastigiata. E. anth. muticis inclusis, cor. hypocrateriformibus fasciculatis, stylo incluso. fol. quaternis. *Mant. 66. * Flores erecti laciniis subcordatis rubris supra albis.*

cubica. E. anth. muticis inclusis, cor. campanulatis acutis stylo incluso, calyc. tetragonis, fol. quaternis. *Mant. 233. * Folia patentia. Calyx foliolis obcordatis, carinatis.*

denticulata. E. anth. muticis inclusis, cor. ovato-infundibuliformibus, stylo incluso, cal. denticulatis, fol. quaternis. *Mant. 229. * Flores subfasciculati.*

viscaria. E. anth. muticis inclusis, cor. campanulatis glutinosis, stylo incluso, fol. quaternis, flor. racemosis. *Mant. 231. * Stigma quadrilobum.*

granulata. E. anth. muticis inclusis, cor. globosis, stylo incluso, cal. subimbricatis, fol. quaternis. *Mant. 234. * Similis E. ramentaceae. Stigma capitatum.*

comosa. E. anth. muticis inclusis, cor. ovato-oblongis, stylo incluso, fol. quaternis, flor. congestis. *Mant. 234. * Corollae E. albentis. Flores congesti, laterales infra caulis apicem.*

* * * * *Antheris muticis exsertis, foliis ternis.*

Plukenetii. 17. E. anth. muticis longissimis exsertis, cor. cylindricis, stylo exserto, cal. simplicibus, fol. ternis.

nis. *Similis E. Petiveri, sed Calyx simplex, corollae obsolete quadrifidae, rubrae.*

Petiveri. E. anth. muticis longissimis exsertis, cor. acutis, stylo exserto, cal. imbricatis, fol. ternis. *Mant.* 235. * Erica Plukenetii. *Berg. cap. 91. descr. Similis E. Plukenetii, sed Calyx duplex. Corollae luteae, acute quadrifidae. Folia squarroso-imbricata, nec distantia.*

nudiflora. E. anth. muticis exsertis, cor. cylindricis, stylo exserto, fol. ternis, ramis tomentosis. *Mant.* 229. * *Flores sparsi. Calyx minimus. Stylus capillaris.*

Bruniades. 15. E. anth. muticis exsertis corollis tectis calyce lanato, stylo exserto, fol. ternis, flor. sparsis. *Calyx tegit totam Corollam subtruncatam.*

imbricata. 12. E. anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, calyce imbricatis stylo exserto, fol. ternis. Erica quinquangularis. *Berg. cap.* 372. *Flores laterales albi. Corollae tectae calyce.*

umbellata. 2. E. anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis acerosis. *Antherae basi gibboso-caudatae. Corollae caerulescentes.*

——— *foliis quaternis, pluribusve.*

purpurascens. 10. E. anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. quaternis, flor. sparsis. *Calyx subulatus. Corollae cylindricae. Antherae profunde bifidae. Folia 3-s. 4na, at in summis ramulis 5na observante Seguiero.*

vagans. E. anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. quaternis, flor. solitariis. *Mant.* 230. *

herbacea. 3. E. anth. muticis exsertis, cor. oblongis, stylo exserto, fol. quaternis, flor. secundis. *Hyemalis planta.* β. 14. E. carnea *Sp. plant. n.* 14. *Haec vernalis flores perficiens. Jacq. austr. t.* 32.

Clavis Ericae 1. *Antherae* aristatae aut muticae.
2. *Antherae* inclusae aut exsertae.
3. *Folia* opposita 2, 3, 4 plurave.
4. *Stigma* inclusum aut exsertum.
5. *Corollae* figura.
6. Exclude *Andromedam. Daboeci, droseroidem.*

Cfr. Diss. de Erica Upsal 1770. *de his omnibus.*

Digitized by Google

multiflora. 13. E. anth. muticis exfertis, cor. cylindricis, ftylo exferto, fol. quinis, flor. fparfis. *Folia patentia, obtufa, bafi gibba.*

mediterranea. E. anth. muticis exfertis, cor. ovatis, ftylo exferto, fol. quaternis patentibus, flor. fparfis. *Mant.* 229. * Erica maxima purpurafcens, longioribus foliis *Bauh. pin.* 485. Erica foliis corios quaternis, flore purpurafcente. *Bauh. hift.* 1. *p.* 356. Erica coris folio 11. *Cluf. hift.* 1. *p.* 42. *Rami albi, angulati.*

1364. OPHIRA. *Involucr.* bivalve 3-florum. *Cor.* 4-petala, fupera. *Bacca* 1-locularis.

ftricta. OPHIRA. *Mant.* 229.

485. DAPHNE. *Cal.* 0. *Cor.* 4-fida, corollacea, marcefcens; ftamina includens. *Bacca* 1-fperma.

* *Floribus lateralibus.*

Mezereum. 1. D. flor. feffilibus ternis caulinis, fol. lanceolatis deciduis. *Oed. dan.* 268.

Thymelaea. 2. D. flor. feffilibus axillaribus, fol. lanceolatis, caulibus fimpliciffimis. *Ger. prov. t.* 17. *f.* 2.

pubefcens. 13. D. flor. feffilibus lateralibus aggregatis, fol. lanceolato-linearibus, caule pubefcente. *Mant.* 66.

villofa. 3. D. flor. feffilibus lateralibus folitariis, fol. lanceolatis planis ciliatis pilofis confertis.

Tartonraira. 4. D. flor. feffilibus aggregatis axillaribus, fol. ovatis utrinque pubefcentibus nervofis.

alpina. 5. D. flor. feffilibus aggregatis lateralibus, fol. lanceolatis obtufiufculis, fubtus tomentofis. Chamaelea pumila faxatilis, flore pallido. *Barr. ic.* 234. Daphnoides foliis fupinis hirfutis. *Gefn. fafc.* 6. *t.* 3. *f.* 7. *Folia juniora hirfuta, adulta calva.*

Laureola. 6. D. racem. axillaribus quinquefloris, fol lanceolatis glabris. *Racemi axillares, laterales, nutantes, bracteis concavis, alternis, absque floribus in fuis alis. Flores* 5, *terminales racemi, in umbellulam congefti. Flores triftes colore, odore, tempore.*

Digitized by Google

pontica. 7. D. pedunc. lateralibus bifloris, fol. lanceolato-ovatis.

** *Floribus terminalibus.*

indica. 8. D. capitulo terminali pedunculato, fol. oppositis oblongo-ovatis glabris.

Cneorum. 9. D. flor. fasciculatis terminalibus sessilibus, fol. lanceolatis nudis mucronatis. Thymelaea minor s. Daphnoides alpinum. *Gesn. fasc.* 5. *t.* 3. *f.* 6.

Gnidium. 10. D. panicula terminali, fol. lineari-lanceolatis acuminatis. *Caules humifusi. Folia annua, glabra. Flores congesti, cincti foliis, suaveolentes, supra rubri. Bis quotannis florens.*

squarrosa. 11. D. flor. terminalibus pedunculatis, fol. sparsis linearibus patentibus mucronatis.

oleoides. 12. D. flor. geminis terminalibus sessilibus, fol. elliptico-lanceolatis glabris. *Mant.* 66.

486. DIRCA. *Cal.* 0. *Cor.* tubulosa limbo obsoleto. 512. *Stam.* tubo longiora. *Bacca* 1-sperma.

palustris. 1. DIRCA.

487. GNIDIA. *Cal.* infundibulif. 4-fidus. *Petala* 4, 512. calyci inserta. *Sem.* 1, subbaccatum.

pinifolia. 1. G. fol. sparsis linearibus: floralibus verticillatis. *Mant.* 375. *Berg. cap.* 122. Valerianoides aethiopica frutescens. *Seb. mus.* 2. *p.* 32. *t.* 32. *f.* 5. *Calyx albus. Petala lanceolata, calyce breviora. Stamina 4 intra tubum, 4 extra.*

radiata. 4. G. fol. subulatis triquetris acutis, capitul. terminalibus sessilibus radiatis, bracteis lanceolatis. *Mant.* 67. *Burm. prodr.* 12.

simplex. 5. G. fol. omnibus linearibus acutis, flor. terminalibus sessilibus. *Mant.* 67. *Burm. prodr.* 12. Gnidia viridis. *Berg. cap.* 125. Thymelaea foliis passerinae. *Breyn. cent.* 10. *t.* 6.

tomentosa. 2. G. fol. sparsis ovato-oblongis glabris, margine scabris. Gnidia pubescens. *Berg. cap.* 124. *Ramulorum apices lanati ut congeneres. Folia suprema subpubescentia. Stamina 4 exserta; 4 in fauce. Petala parva, emarginata.*

sericea.

Digitized by Google

sericea. 6. G. fol. ovatis tomentosis: floralibus quaternis, caul. hirsuto, florum corona setis octo. Passerina sericea. *Sp. pl.* 513. Nectandra sericea, *Berg. cap.* 131. *Faux floris coronata filis* 8 *coloratis, longitudine corollae, extra petala. Stamina in fauce* 4; *in tubo* 4.

oppositifolia. 3. G. fol. oppositis lanceolatis. *Mant.* 375. Thymeleae africanae sanamundae prioris Clusii facie. *Pluk alm.* 367. *t.* 323. *f.* 7. *β.* Passerina laevigata. *Sp. pl.* 513. *Cultu in hortis Petala acquirit. Folia suprema apice sanguinea. Flores terminales, extus villosi. Stamina, praeter callos istos 4 supra faucem, sunt 4 sub fauce, 4 in medio tubi.*

488. STELLERA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Stam.* brevissima. *Sem.* 1, rostratum.
512.

Passerina. 1. S. fol. linearibus. flor. quadrifidis. *Facies Thesii alpini. Folia glabra. Flores laterales sessiles in lana minuta.*

Chamaejasme. 2. S. fol. lanceolatis, corolll. quinquefidis.

489. PASSERINA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Stam.* tubo imposita. *Sem.* 1. corticatum.
513.

filiformis. 1. P. fol. linearibus convexis quadrifariam imbricatis, ramis tomentosis. *Corollae tubus longitudine germinis. Folia floralia basi margine lato membranaceo, quod non in reliquis. (Excluso Synonymo Breynii).*

hirsuta. 2. P. fol. carnosis extus glabris, caul. tomentosis.

ericoides. P. fol. linearibus laevibus subimbricatis, corollis globosis. *Mant.* 236. * *Facies Ericae. Corollae tubo globosae.*

capitata. 7. P. fol. linearibus glabris, capitulis pedunculatis tomentosis. *Folia sparsa, linearia. laevia. Capitula terminalia, globosa, pedunculata, tomentosa. Pedunculi tomentosi, incrassati. Flores multi, absque tubo sessiles. Stamina supra faucem* 16, *quorum* 8 *interiora castrata.*

ciliata. 3. P. fol. lanceolatis subciliatis erectis, ramis nudis. *Berg. cap.* 126.

Digitized by Google

uniflora. 4. P. fol. linearibus oppositis, flor. terminalibus solitariis, ramis glabris. *Berg. cap. 128. Flores caerulei. Stamina 8 ad faucem floris. Antherarum rudimenta 8 latent in fundo floris.*

490. LACHNÆA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida: limbo inaequali. *Sem.* 1, subbaccatum.
514.

eriocephala. 1. L. capitulis solitariis lanatis, fol. quadrifariam imbricatis.

conglomerata. 2. L. capitulis confertis, fol. laxis.

491. BÆCKEA. *Cal.* infundibulif. 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* globosa, 4-locularis, coronata.
514.

frutescens. 1. Bæckea.

DIGYNIA.

1259. SCHMIEDELIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Germina* pedicellata, flore longiora.

racemosa. Schmiedelia. *Mant.* 514. 67. Usubis triphylla. *Burm. ind.* 89. *t.* 32. *f.* 1.

492. GALENIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Caps.* subrotunda, 2-sperma.
515.

africana. 1. Galenia. Frutex afric. folio rosmarini tenuiore, flore et fructu chenopodii. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 267. *Frutex rusticus, habitu Tetragoniae, licet minuta omnia, et totus obsolete papillosus. Caulis teres setulis raris reflexis. Folia opposita, linearia, sessilia, perennia. Flores sessiles, albi, in panicula dichotoma.*

493. WEINMANNIA. *Cal.* 4-phyllus, *Cor.* 4-petala. *Caps.* 2-locularis, birostris.
515.

pinnata. Weinmannia. Arbuscula *Ramis oppositis: ultimis subpubescentibus. Folia opposita, pinnata cum impari:*

ri: Petiolo communi *alato*, *articulis subovatis*; Foliola 11-13, *parva*, *nuda*, *obtusa*, *opposita*, *sessilia*, *obovata*, *latere interiore versus basin angustiora*, *serraturis utrinque* 3 *s.* 4. Stipulae *ovatae*, *magnitudine foliorum*, *deciduae*, *inter paria petiolorum solitariae*. Racemi *terminales*, *solitarii*, *pedunculati*, *foliis longiores*, *erecti*, *simplices*. Floribus *numerosis*, *albis*, *magnitudine Tiarellae*. Pedicellis *unifloris*, *e singulis punctis pedunculi pluribus*. Calyx *foliolis oblongis*, *quatuor*, *patentibus*, *albis*. Petala 4, *lanceolata*, *calyce triplo longiora*. Stamina *capillaria*, *corolla duplo longiora*. Germen *ovatum*, *bisulcum*. Styli 2, *albi*, *filiformes*. Stigmata *capitata*. *Copiose in Insula* S. Crucis. *A D. Browne*.

494. **MOEHRINGIA.** *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.*
515. 1-locularis, 4-valvis.

muscosa. 1. MOEHRINGIA.

TRIGYNIA.

495. **POLYGONUM.** *Cal.* 0. *Cor.* 5-partita, calycina.
516. *Sem.* 1, angulatum.

* Atraphaxoides *caule frutescente*.

frutescens. 1. P. caule fruticoso, calycinis foliolis duobus reflexis. Polygonum fruticosum, petalis 2. exterioribus reflexis *Gmel. sib.* 3. *p.* 60. *t.* 12. *f.* 2. *et* 1. *Calyx diphyllus. Petala* 3, *obcordata. Stigmata* 3. *Fructus triqueter*.

* * Bistortae *spica unica*.

Bistorta. 2. P. caule simplicissimo monostachyo, fol. ovatis in petiolum decurrentibus. *Oed. dan.* 421.

viviparum. 3. P. caule simplicissimo monostachyo, fol. lanceolatis. *Oed. dan.* 13. Bistorta alpina f. minor. *Camer. epit.* 684. *Spicae flores inferiores in bulbos transeunt saepe viviparos.*

* * * Per-

Digitized by Google

*** Persicariae *pistillo bifido, aut stamina minus* 8.

virginianum. 4. P. flor. pentandris semidigynis, corollis quadrifidis inaequalibus, fol. ovatis.

lapathifolium. 5. P. flor. pentandris semidigynis, stamin. corollae regulari aequalibus. Caulis *erectus, firmus, laevis.* Vaginae *pubescentes, ciliatae.* Folia *ovata, petiolata, magnitudine Phytolaccae.* Pedunculi *oppositifolii, longitudine foliorum, spicato-racemosi.*

amphibium. 6. P. flor. pentandris semidigynis, spica ovata. *Oed. dan.* 282. *Varietas Aquatica staminibus flore brevioribus, Terrestris longioribus. Jacq.*

ocreatum. 8. P. flor. pentandris trigynis, fol. lanceolatie. Polygonum spicis longis copiosissimis. *Gmel. sib.* 3. *p.* 51. *t.* 8.

Hydropiper. 9. P. flor. hexandris semidigynis, fol. lanceolatis, stipul. submuticis.

Persicaria. 10. P. flor. hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, fol. lanceolatis, stipulis ciliatis. Polygonum flor. hexandris digynis, fol. lanceolatis, stipulis ciliatis, caule divaricato patulo. *Hudf. angl.* 148. Persicaria pusilla repens. *Raj. angl.* 3. *p.* 145. Persicaria minor. *Bauh. pin.* 101. *Moris. hist.* 2. *s.* 5. *t.* 29.

barbatum. 11. P. flor. hexandris trigynis, spicis virgatis, stipul. truncatis setaceo-ciliatis, fol. lanceolatis. *Pluk. phyt.* 210. *f.* 7. (*Excluso Sloanei synonymo*)

orientale. 12. P. flor. heptandris digynis, fol. ovatis, caule erecto, stipul. hirtis hypocrateriformibus.

pensylvanicum. 13. P. flor. octandris digynis, pedunc. hispidis, fol. lanceolatis, stipul. muticis. Persicaria mitis major, foliis pallidioribus. *Raj. angl.* 3. *p.* 145. *Hudf.*

**** Polygona *foliis indivisis, floribus octandris.*

maritimum. 14. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovali-lanceolatis sempervirentibus, caul. suffrutescente.

articulare. 15. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. lanceolatis, caule procumbente herbaceo.

erectum. 16. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovalibus, caule erecto herbaceo.

articulatum.

articulatum. 17. P. flor. octandris trigynis, spicis articulatis paniculatis, stipul. vaginalibus truncatis.

divaricatum. 18. P. flor. octandris trigynis racemosis, fol. lanceolatis, caule divaricato patulo. Persicaria caule diffuso. *Gmel. sib. 3. p. 58. t. 11. f. 2. mala.* Persicaria montana, foliis longioribus angustioribus, floribus racemosis. *Amm. ruth. 240. β.* Polygonum spicis paniculatis. *Gmel. sib. 3. p. 57. t. 11. f. 1.*

serratum. 7. P. foliis crenatis. *

* * * * * Helxine *foliis subcordatis.*

chinense. 19. P. flor. octandris trigynis, pedunc. scabris, fol. ovatis, bracteis cordatis. *Burm. ind. 90. t. 30. f.* 3.

sagittatum. 21. P. fol. sagittatis. caule aculeato. *Gmel. sib.* 3. *p. 65. t. 13. f. 2. Interdum scandit frutices.*

arifolium. 22. P. fol. hastatis, caule aculeato, *Caulis scandens.*

perfoliatum. 20. P. fol. triangularibus, caule aculeato, stipul. perfoliato-foliosis patentibus subrotundis. *Burm. ind. 90. t. 31. f. 2.* Fagotritico similis spinosa minor sinica. *Pluk. amalth. 87. t. 398. f. 1. Burm.*

tataricum. 23. P. fol. cordato-sagittatis, caule inermi erecto, semin. subdentatis. Fagopyrum erectum, fructu aspero, *Amm. ruth. 242. Gmel. sib. 3. p. 64. t. 13. f. 1.*

Fagopyrum. 24. P. fol. cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis aequalibus.

Convolvulus. 25. P. fol. cordatis, caule volubili angulato, flor. obtusatis. *Antherae violaceae.*

dumetorum. 26. P. fol. cordatis, caul. volubili laevi, flor. carinato-alatis. *Antherae albae.*

scandens. 27. P. fol. cordatis, caul. erecto scandente. *Petiolorum basis subtus poro perforata in P. scandenti, dumetorum, Convolvulo.*

496. COCCOLOBA. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.* 523. 0. *Bacca* calycina, monosperma.

Uvifera. 1. C. fol. cordato-subrotundis nitidis. *Plum. t.* 145.

 pube-

pubescens. 2. C. fol. orbiculatis pubescentibus. Arbor praealta. Lignum durissimum sub terra lapidescit. *Jacq.*

excoriata. 4. C. fol. ovatis, ramis quasi excorticatis. *Jacq. amer.* 115. *t.* 78.

punctata. 3. C. fol. lanceolato-ovatis. *Jacq. amer. t.* 114. *t.* 77.

emarginata. 5. C. fol. coriaceis subrotundis exciso-emarginatis. *Jacq. amer.* 37. *obs.* 18. *t.* 9. *In America calidiore.* ♄.

barbadensis. 6. C. fol. cordato-ovatis undulatis. *Jacq. obs. t.* 8. *In Barbados.* ♄.

tenuifolia. 4. C. fol. ovatis membranaceis.

497. PAULLINIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 524. 4-phyllum, inaequale. *Caps.* 3, compressae, membranaceae, connatae.

asiatica. 1. P. fol. ternatis, petiolis cauleque aculeatis. *Jacq. obs.* 3. *p.* 11. *t.* 61. *f.* 1.

Seriana. 2. P. fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. ovato-oblongis. *ibid. f.* 2.

nodosa. P. fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. medio obovato. *f.* 3.

Cururu. 3. P. fol. ternatis, petiol. marginatis. *f.* 4.

mexicana. 4. P. fol. biternatis, petiol. omnibus marginatis, caule aculeato. *f.* 5.

carthaginensis. P. fol. biternatis, petiolis omnibus marginatis, caule inermi. *f.* 6.

caribaea. P. fol. biternatis, petiolulis omnibus marginatis, ramis aculeatis. *f.* 7.

curassavica. 5. P. fol. biternatis, petiolulis omnibus marginatis, ramis inermibus. *f.* 8.

barbadensis. P. fol. biternatis, petiolo intermedio marginato, reliquis nudis. *f.* 9.

polyphylla. 6. P. fol. triternatis, petiolulis nudis. *Jacq. ibid. f.* 10. *Petioli partiales teretiusculi.*

triternata. P. fol. triternatis, petiolulis marginatis. *f.* 11.

pinnata. 7. P. fol. pinnatis, petiolis marginatis, foliolis nitidis. *f.* 12.

tomentosa. P. fol. pinnatis, petiolis marginatis, foliolis tomentosis. *f.* 13. *Petioli communes marginati, sed non inter foliola inferiora.*

diversifolia. P. fol. supradecompositis, petiolis marginatis: infimis pinnatis, reliquis ternatis. *f.* 14.

498. CARDIOSPERMUM. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4.
525. *Nectarium* 4-phyllum, inaequale. *Caps.* 3, connatae, inflatae.

Halicaca-bum. 1. C. fol. laevibus.
Corindum. 2. C. fol. subtus tomentosis.

499. SAPINDUS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* car-
526. nosae, connatae, ventricosae.

Sapona-ria. 1. S. fol. impari-pinnatis, caul. inermi.
spinosus. 3. S. fol. abrupte pinnatis, caul. spinosissimo.
trifoliatus. 2. S. fol. ternatis. *Fl. zeyl.* 603.
chinensis. S. fol. pinnatis foliolis laciniatis. *Foliola Crataegi Oxyacanthae. D. Laxman Prof. Petrop.*

TETRAGYNIA.

500. PARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4, angustiora.
526. *Bacca* 4-locularis.

quadrifolia. PARIS. *Oed. dan.* 139.

501. ADOXA. *Cal.* 2-fidus, inferus. *Cor.* 4-f. 5-fida,
527. supera. *Bacca* 4-f. 5-locularis, calyce coalita.

Moschatel-lina. 1. ADOXA. *Oed. dan.* 94. (*Flores laterales 5-fidi, partium numero quinario.*)

502. ELATINE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* 4-lo-
527. cularis, 4-valvis, depressa.

Hydropi-per. 1. E. foliis oppositis. *Oed dan. t.* 156.
Alsina-strum. 2. E. foliis verticillatis.

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

504. TINUS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 1.
503. LAURUS. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala, calycina. *Bacca* 1-sperma. *Nectarii* glandulae 2-setae.
520. ANACARDIUM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* decimo castrato. *Nux* receptaculo carnoso.
505. CASSYTA. *Cal.* 0. *Cor.* 6-partita, calycina. *Bacca* 1-sperma. *Nectarii* glandulae truncatae.

* *Anacardium 520. stamine decimo castrato.*

TRIGYNIA.

506. RHEUM. *Cal.* 6. *Cor.* 6-fida. *Sem.* 1, triquetrum.

HEXAGYNIA.

507. BUTOMUS. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala. *Caps.* 6, polyspermae.

Digitized by Google

503. **LAURUS.** *Cal.* 0. *Cor.* calycina, 6-partita. *Nectarium* glandulis 3, bisetis, germen cingentibus. *Filamenta* interiora glandulifera. *Drupa* 1-sperma.
528

Cinnamomum. 1. L. fol. trinerviis ovato-oblongis: nervis versus apicem evanescentibus. *Jacq. amer.* 117. *Habitat etiam in America ad montem Calabas Martinicae Jacq. Dioica enneandra.*

Cassia 2. L. triplinerviis lanceolatis.

Camphora. 3. L. fol. triplinerviis lanceolato-ovatis. *Comm. hort.* 1. *p.* 185. *t.* 95.

Culilaban. L. fol. triplinerviis oppositis. *Mant.* 732. Cortex coryophylloides. *Rumph. amb.* 2. *p.* 65. *t.* 14. Coelit Lawan. *E. N. C. dec.* 2. *ann.* 3. *p.* 53. *Genus fide Rumphii receptum.*

Chloroxylon. 4. L. fol. trinerviis ovatis coriaceis: nervis apicem attingentibus.

nobilis. 5. L. fol. lanceolatis venosis perennantibus, flor. quadrifidis.

indica. 6. L. fol. lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, flor. racemosis,

Persea. 7. L. fol. ovatis coriaceis transverse venosis perennantibus, flor. corymbosis. *Jacq. obs.* 37. Laurus foliis oblongo-ovatis, fructu obovato pericarpio butyraceo. *Brown. jam.* 214. *Stamina huic* 6. *Miller; Fructus gratissimus. Introducta in hortum Farnesii* 1620.

Borbonia. 8. L. fol. lanceolatis perennantibus, calyc. fructus baccatis. Laurus foliis lanceolatis perennantibus, marginibus reflexis, transverse venosis, floribus racemosis. *Mill. dict.* 5. *Stamina* 5: *antheris fuscis. Germen globosum. Stylus brevis. Stigma tuberculatum. Baccae purpureae. Pedunculis longis rubris. Fabr. helmst.* 389. *Mihi vero visa: Cal.* 3-*phyllus; brevissimus.* Petala 3, *lanceolata.* Stamina 9: *tribus interioribus utrinque glandula ad basin.* Antherae *utroque latere polliniferae et apice bivalves introrsum deorsum. Staminis decimi rudimentum.* Stylus *stigmate crassiusculo.*

aestivalis.

Digitized by Google

æstivalis. 9. L. fol. venosis oblongis acuminatis annuis, subtus rugosis ramis supra-axillaribus. *Mas 6-andrus. Mill.*

Benzoin. 10. L. fol. enerviis ovatis utrinque acutis integris annuis.

Sassafras. 11. L. fol. trilobis integrisque. *Kalm. canad. 2. p. 270. 434. Trew. Ehret. t. 69. 70. Mares 5-petali 8-andri, Hermaphroditae 6-andrae. Mill.*

520. ANACARDIUM. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, reflexa. *Antherae* 9; unico castrato. *Nux* reniformis supra receptaculum carnosum.
548.

occidentale. 1. ANACARDIUM. *Filamenta quidem 10, sed unico castrato. E nuce, candelae admota, ignis lusorius Physicis.*

504. TINUS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Nectarium* urceolatum, includens germen. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* solitaria.
530.

occidentalis. 1. TINUS.

505. CASSYTA. *Cor.* calycina 6-partita. *Nectarium* glandulis 3, truncatis, germen cingentibus. *Filamenta* interiora glandulifera. *Drupa* 1-sperma.
530.

filiformis. 1. C. filiformis laxa. *Herba Cuscutae; Fructificatio Lauri.*

corniculata. C. ramis lignosis spinosis. *Burm. ind. 93. t. 33. f. 1. Mant. 732.* Cassutha cornea. *Rumph. amb. 7. p. 56. Genus ex Burmanno mutuatum.*

TRI-

Digitized by Google

TRIGYNIA.

506. RHEUM. *Cal.* 0. *Cor.* 6-fida, persistens. *Sem.* 1, triquetrum.
531.

Rhaponticum. 1. R. fol. glabris, petiolis subsulcatis.

Rhabarbarum. 2. R. fol. subvillosis, petiolis aequalibus.

palmatum. 3. R. fol. palmatis acuminatis. *Linn. fasc.* 7. *t.* 4. *Act. angl.* 1765. *p.* 292. *t.* 12. Rhabarbe. *Brun. orient.* 190. *t.* 73. *Rheum officinale germinum.*

compactum. 4. R. fol. sublobatis obtusissimis glaberrimis lucidis denticulatis.

Ribes. 5. R. fol. granulatis, petiolis aequalibus.

HEXAGYNIA.

507. BUTOMUS. *Cal.* 0. *Petala* 6. *Caps.* 6, polyspermae.
532.

umbellatus. 1. BUTOMUS.

CLAS-

CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Polypetali irregulares.*

508. SOPHORA. *Cor.* papilion: Vexillo adſcendente. *Legum.* torulis remotis.

509. ANAGYRIS. *Cor.* papilion: Vexillo brevi recto. *Carina* alis longiore.

510. CERCIS. *Cor.* papilion: alis vexilliformibus. *Nectar.* gland. ſtyliformis, ſub germine.

511. BAUHINIA. *Cor.* patens, unguiculata, adſcendens. *Petala* lanceolata.

512. HYMENÆA. *Cor.* ſubaequalis. *Legum.* lignoſum pulpa farinoſa.

515. POINCIANA. *Cor.* petalo ſummo majore. *Legum.* compreſſum.

513. PARKINSONIA. *Cor.* petalo infimo reniformi. *Legum.* teres, tortuoſum.

516. CAESALPINIA. *Cor.* petalo infimo pulchriore. *Legum.* rhombeum. *Sem.* rhombea.

524. TOLUIFERA. *Cor.* petalo infimo majore. *Cal.* campanulatus.

514. CASSIA. *Cor.* ~~inaequalis.~~ *Anth.* roſtratae. *Legum.* iſthmis interceptum.

517. GUILANDINA. *Cor.* ſubaequal. calyci inſidens. *Legum.* rhombeum. *Sem.* oſſea.

522. DICTAMNUS. *Cor.* patula. *Filam.* pulveracea. *Capſ.* 5, connexae. *Sem.* arillata.

* * *Fl. Polypetali aequales.*

519. CYNOMETRA. *Cal.* 4-partitus: lacin. oppoſ. major. *Legum.* 1-ſpermum, carnoſum.

1260. PROSOPIS. *Cal.* hemiſphaericus. *Legum.* polyſpermum.

526. ADENANTHERA. *Antheris* glandula inſidens. *Legum.* compreſſum membranaceum.

525.

525. HAEMATOXYLON. *Pistilli* stigma emarginatum. *Siliqu.* valvis navicularibus.
528. TRICHILIA. *Nectar.* tubulosum, 5-dentatum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* baccata.
1306. TURRAEA. *Nectar.* tubulosum, 10-dentatum. *Caps.* 5-cocca. *Sem.* bina.
527. MELIA. *Nectar.* tubulosum, 10-dentatum. *Drupa.* Nucleo 5-loculari.
521. SWIETENIA. *Nectar.* tubulosum, 10-dentatum. *Caps.* lignosa, 5-valvis. *Sem.* imbricata, margine membranaceo.
518. GUAJACUM. *Cal.* lacin. 2 exteriores minores. *Caps.* carnosa, 3-s. 5-locularis, angulata.
523. RUTA. *Germen* punctis 10 melliferis. *Caps.* 5-fida, 5-locularis, polysperma.
532. TRIBULUS. *Pistilli* stylus nullus. *Caps.* 5, connexae, polyspermae.
531. FAGONIA. *Cor.* ungues calyci insertae. *Caps.* 5-locularis, 10-valvis, 1-sperma.
530. ZYGOPHYLLUM. *Nectar.* squamae 10-baseos stamin. *Caps.* 5-locul. polysperma.
529. QUASSIA. *Caps.* 5. bivalves, 1-spermae, insertae receptaculo carnoso.
533. THRYALLIS. *Cor.* 5-petala. *Caps.* tricocca.
534. LIMONIA. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-sperma.
535. HEISTERIA. *Cor.* 5-petala. *Drupa* insidens calyci colorato grandefacto.
539. QUISQUALIS. *Cor.* 5-petala, calyci insidens filiformi. *Drupa* sicca.
536. MONOTROPA. *Cal.* corollinus, basi gibbus. *Caps.* 5-locul. polysperma.
553. CLETHRA. *Pistilli* stigmata tria. *Caps.* 3-locul. polysperma.
554. PYROLA. *Antherae* sursum bicornes. *Caps.* 5-locul. polysperma.
546. LEDUM. *Cor.* plana, 5-partita. *Caps.* 5-locul. polysperma.
1307. DIONÆA. *Cal.* 5-phyllus. *Stigma* fimbriatum *Caps.* 1-locularis. *Sem.* baseos capsulae.
1341. MURRAYA. *Bacca* 1-sperma. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* margine cingens germen.

Digitized by Google

1261. CHALCAS. *Bacca* 2-sperma. *Cor.* campanulata.
544. MELASTOMA. *Cor.* calyci insid. *Anth.* refractae. *Bacca* 5-locul. calyce vestita.
538. JUSSIEUA. *Cor.* 4-s. 5-petala. *Caps.* infera.

* *Rhexia Acisanthera.*
Gerania. Conocarpus racemosa.
Lythrum fruticans.
Jacquinia racemosa.

*** *Fl. Monopetali aequales.*

1285. CODON. *Cor.* campanulata, 10-fida. *Cal.* 10-partitus. *Caps.* polysperma.
549. ANDROMEDA. *Cor.* campanulata, rotunda. *Caps.* 5-locularis.
548. RHODODENDRON. *Cor.* infundibulif. *Stamina* declinata. *Caps.* 5-locularis.
545. KALMIA. *Cor.* limbo subtus 5-corniculato. *Caps.* 5-locularis.
550. EPIGÆA. *Cal.* exter. 3-phyllus; inter. 5-phyllus. *Caps.* 5-locularis.
551. GUALTERIA. *Cal.* exter. 2-phyllus; inter. 5-fidus. *Caps.* 5-locul. calyce baccato.
552. ARBUTUS. *Cor.* ovata, basi diaphana. *Bacca* 5-locularis.
595. STYRAX. *Cor.* infundibulif. *Drupa* disperma.
520. ANACARDIUM. *Cor.* laciniis reflexis. *Drupa* nucleo supero, nudo.

* *Vaccinia nonnulla.*

**** *Fl. Apetali s. incompleti.*

540. DAIS. *Cor.* monopetala. *Involucr.* 4-phyllum, multiflorum.
543. SAMYDA. *Cal.* 5-partitus. *Nectar.* 10-fidum, cingens germen. *Caps.* baccata, 3-locul.
541. BUCIDA. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* 1-sperma.
542. COPAIFERA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala.

* *Stellera Chamaejasme.*
Conocarpus racemosa.

DIGYNIA

Digitized by Google

DIGYNIA.

562. SCLERANTHUS. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Sem.* 2.
537. TRIANTHEMA. *Cor.* nulla. *Capſ.* circumſciſſa.
558. CHRYSOSPLENIUM. *Cor.* nulla. *Cal.* ſuperus. *Capſ.* 2-locularis, 2-roſtris.
555. ROYENA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* ventricoſus. *Capſ.* 4-ſperma, 4-valvis.
557. HYDRANGEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Capſ.* bilocularis, 2-roſtris, circumſciſſa.
559. SAXIFRAGA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Capſ.* 1-locularis, 2-roſtris.
560. TIARELLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* corolliferus. *Capſ.* bivalvis: altera majore.
561. MITELLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* corolliferus. *Capſ.* bivalvis. *Petala* pectinata.
556. CUNONIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* bilocularis, acuta.
563. GYPSOPHILA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-part. campanulatus. *Capſ.* 1-locul. globoſa.
564. SAPONARIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubuloſus, baſi nudus. *Capſ.* 1-locul. oblonga.
565. DIANTHUS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubuloſus, baſi ſquamoſus. *Capſ.* 1-locul. oblonga.

* *Trianthema decandra.*

TRIGYNIA.

569. ARENARIA. *Capſ.* 1-locularis. *Pet.* integra, patentia.
568. STELLARIA. *Capſ.* 1-locularis. *Pet.* bipartita, patentia.
566. CUCUBALUS. *Capſ.* 3-locularis. *Pet.* bifida fauce nuda.
567. SILENE. *Capſ.* 3-locularis. *Pet.* bifida fauce coronata.
570. CHERLERIA. *Capſ.* 3-locularis. *Nectar.* petaloidea calyce minora.
571. GARIDELLA. *Capſ.* 3. diſtinctae. *Pet.* calycina. *Nectar.* 5, bilabiata.
575. ERYTHROXYLON. *Drupa* 1-ſperma. *Pet.* baſi ſquama inſtructa.
572. MALPIGHIA. *Bacca* 3-ſperma. *Pet.* 5, unguiculata. *Cal.* glanduloſus.
573. BANISTERIA. *Sem.* 3, unialata. *Pet.* 5, unguiculata. *Cal.* glanduloſus.

Digitized by Google

569. HIRAEA. *Capſ.* 3-alata, 3-locul. 2-ſperma. *Petala* 5, unguiculata. *Cal.* minimus.
1308. TRIOPTERIS. *Sem.* 3, bialata. *Petala* nulla, ſed feminum alae.

* *Tamarix germanica.*

TETRAGYNIA.

* *Lychnis alpina.*

PENTAGYNIA.

578. COTYLEDON. *Capſ.* 5 ad nectaria. *Cor.* 1-petala.
579. SEDUM. *Capſ.* 5 ad nectaria. *Cor.* 5-petala.
580. PENTHORUM. *Capſ.* 5-loba. *Cor.* petala rariora.
1309. BERGIA. *Capſ.* 5-locularis, 5-valvis: valvis horizontaliter dehiſcentibus.
586. SPERGULA. *Capſ.* 1-locul. *Petala* integra. *Cal.* 5-phyllus.
585. CERASTIUM. *Capſ.* 1-locul. *Petala* 2-fida. *Cal.* 5-phyllus.
583. AGROSTEMMA. *Capſ.* 1-locularis, oblonga. *Cal.* tubuloſus, coriaceus.
584. LYCHNIS. *Capſ.* 3-locularis, oblonga. *Cal.* tubuloſus membranaceus.
582. OXALIS. *Capſ.* 5-locularis, angulata. *Cor.* baſi ſubcohaerens.
577. SPONDIAS. *Drupa* nucleo 5-loculari. *Cal.* 1-phyllus.
576. AVERRHOA. *Pomum* 5-loculare. *Cal.* 5-phyllus.
1235. GRIELUM. *Sem.* 5. diſtincta, mutica. *Cor.* 5-petala. *Styli* nulli.
581. SURIANA. *Sem.* 5 ſubrotunda. *Cor.* 5-petala. *Styli* filiformes, laterales.
1262. FORSKOHLEA. *Sem.* 5, lana involuta. *Cor.* 10-petala.

* *Adoxa.* *Gerania.*
Coriaria. *Droſera luſitanica.*

DECAGYNIA.

587. NEURADA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 10-cocca.
588. PHYTOLACCA. *Cal.* 5-phyllus, corollinus. *Cor.* nulla. *Bacca* 10-cocca.

MONO-

Digitized by Google

MONOGYNIA.

508. SOPHORA. *Cal.* 5-dentatus, superne gibbus.
533. *Cor.* papilionacea: alis longitudine vexilli. *Legumen.*

alopecuroides. 1. S. fol. pinnatis: foliol. numerosis villosis oblongis, caul. herbaceo.

tomentosa. 2. S. fol. pinnatis: foliol. numerosis subrotundis tomentosis.

occidentalis. 3. S. fol. pinnatis: foliol. numerosis subrotundis. *Trew. Ehret.* 27. *t.* 59. *An varietas praecedentis?*

capensis. 9. S. fol. pinnatis: foliolis numerosis lanceolatis subtus tomentosis: caule fruticoso. *Mant.* 67. Sophora oroboides *Berg. cap.* 142.

japonica. 10. S. fol. pinnatis: foliolis pluribus ovatis glabris, caule arboreo. *Mant.* 68. *Burm. ind.* 93.

heptaphylla. 4. S. fol. pinnatis: foliol. septenis glabris.

genistoides. 5. S. fol. ternatis sessilibus: foliol. linearibus. *Berg. cap.* 141. β. Sophora gallioides. *Berg. cap.* 141. Genista rorismarini folio triphyllos. *Pluk. phyt.* 413. *f.* 5. *Corollae carina utrinque cornuta, ut Indigoferae.*

australis. 12. S. fol. ternatis subsessilibus glabris, stipul. ensiformibus. *Mant.* 378. * *Habitat in Carolina rectius.*

tinctoria. 6. S. fol. ternatis subsessilibus: foliol. obovatis glabris, stipul. minutis. *Mant.* 377. *

alba. 11. S. fol. ternatis petiolatis, fol. ellipticis glabris, stipulis subsubulatis brevibus. Crotalaria alba. *Sp. plant.* 1006. *Mant.* 440. * *Filamenta omnino distincta. Vexillum corolla brevius.*

lupinoides. 7. S. fol. ternatis petiolatis: foliol. ovalibus pilosis. *Flores subsessiles, lutei. Stipulae ensiformes magnae.*

biflora. 8. S. fol. simplicibus obovatis subtomentosis, pedunculis bifloris. *Berg. cap.* 138. *Variat foliis glabris et figura folioli.*

509. ANAGYRIS. *Vexillum* alaeque carina breviores,
534. in corolla papilionacea. *Legumen.*

foetida. ANAGYRIS. *Hasselqu. iter.* 466.

Digitized by Google

510. CERCIS. *Cal.* 5-dentatus, inferne gibbus. *Cor.*
534. papilionacea: vexillo sub alis brevi. *Legumen.*

Siliquastrum. 1. C. fol. cordato-orbiculatis glabris.
canadensis. 2. C. fol. cordatis pubescentibus.

511. BAUHINIA. *Cal.* 5-fidus, deciduus. *Petala* patula, oblonga, unguiculata: superiore magis distante, omnia calyci inserta. *Legumen.*
535.

scandens. 1. B. caule cirrhifero.
aculeata. 2. B. caule aculeato. *Jacq. amer.* 119.
divaricata. 3. B. fol. ovatis: lobis divaricatis.
ungulata. 4. B. fol. ovatis: lobis parallelis.
variegata. 5. B. fol. cordatis: lobis coadunatis obtusis.
purpurea. 6. B. fol. subcordatis bipartitis rotundatis, subtus tomentosis.
tomentosa. 7. B. fol. cordatis: lobis semiorbiculatis tomentosis.
acuminata. 8. B. fol. ovatis: lobis acuminatis semiovatis.

512. HYMENÆA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, subaequalia. *Stylus* intortus. *Legumen* repletum pulpa farinacea.
536.

Courbaril. 1. HYMENÆA.

513. PARKINSONIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5, ovata: infimo reniformi. *Stylus* nullus. *Legumen* moniliforme.
537.

aculeata. 1. PARKINSONIA.

514. CASSIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Antherae* supernae 3 steriles; infimae 3 rostratae. *Legumen.*
537.

* *Sennae.*

diphylla. 1. C. fol. conjugatis stipulis cordato-lanceolatis.

Absus.

Digitized by Google

Abſus. 2. C. fol. bijugis obovatis: glandulis duabus ſubulatis inter infima. *Planta piloſa.*

viminea. 3. C. fol. bijugis ovato-oblongis acuminatis: glandula oblonga inter infima, ſpinis ſubpetiolaribus obſoletis tridentatis.

Tagera. 4. C. fol. trijugis: glandula petiolari, ſtipulis ciliatis cordatis acuminatis.

Tora. 5. C. fol. trijugis obovatis: exterioribus majoribus, glandula ſubulata inter inferiora. *Mant.* 378. *

bicapſularis. 6. C. fol. trijugis obovatis glabris: interioribus rotundioribus minoribus: glandula interjecta globoſa.

emarginata. 7. C. fol. trijugis ovatis rotundatis emarginatis aequalibus.

obtuſifolia. 8. C. fol. trijugis ovatis obtuſiuſculis.

falcata. 10. C. fol. quadrijugis ovato-lanceolatis retro-falcatis: glandula baſeos petiolorum.

occidentalis. 11. C. fol. quinquejugis ovato-lanceolatis margine ſcabris: exterioribus majoribus, glandula baſeos petiolorum. *Glandula purpurea.*

planiſiliqua. 13. C. fol. quinquejugis ovato-lanceolatis glabris, glandula baſeos petiolorum. *Plum. ic.* 77.

Fiſtula. 14. C. fol. quinquejugis ovatis acuminatis glabris, petiolis eglandulatis. *Rumph. amb.* 2. *t.* 21. *Stipulae vix manifeſtae.*

atomaria. 31. C. fol. quinquejugis ovatis ſubtomentoſis, petiolis teretibus eglandulatis. *Mant.* 68.

piloſa. 12. C. fol. quinquejugis eglandulatis, ſtipulis ſemicordatis acuminatis, caule ſtricto piloſo. *Pentandra.*

Senna. 9. C. fol. ſejugis ſubovatis, petiolis eglandulatis. *Stipulae patentes. Petioluli luteo-colorati absque glandulis. Legumina ovali-oblonga, recurvata.*

biflora. 15. C. fol. ſejugis oblongiuſculis glabris: inferioribus minoribus, glandula ſubulata inter infima, pedicellis bifloris.

hirſuta. 16. C. fol. ſejugis ovatis acuminatis lanatis.

ſerpens. 17. C. fol. ſeptemjugis, flor. pentandris, caul. filiformibus proſtratis herbaceis.

liguſtrina. 18. C. fol. ſeptemjugis lanceolatis, extimis minoribus, glandula baſeos petiolorum. *Mant.* 378. * *Foliola margine piloſa.*

Digitized by Google

elata. 19. C. fol. octojugis ovali-oblongis: exterioribus minoribus, petiolis eglandulatis, stipulis patulis. *Mant.* 378. *

marilandica. 20. C. fol. octojugis ovato-oblongis aequalibus, glandula baseos petiolorum.

tenuissima. 21. C. fol. novemjugis oblongis, glandula subulata inter infima.

Sophera. 22. C. fol. decemjugis lanceolatis, glandula baseos oblonga.

auriculata. 23. C. fol. duodecemjugis obtusis mucronatis, glandulis subulatis pluribus, stipul. reniformibus barbatis.

javanica. 24. C. fol. duodecimjugis oblongis obtusis glabris, glandula nulla.

* * Chamaecristae *foliolis numerosis.*

Chamaecrista. 25. C. fol. multijugis, glandula petiolari pedicellata, stipul. ensiformibus.

glandulosa. 26. C. fol. multijugis multiglandulatis, stipulis subulatis. *Hexandra: antheris 2. longissimis.*

mimosoides. 27. C. fol. multijugis linearibus, glandula baseos petiolorum obsoleta, stipul. setaceis,

flexuosa. 28. C. fol. multijugis, stipul. dimidiato-cordatis.

nictitans. 25. C. fol. multijugis, flor. pentandris, caule erectiusculo.

procumbens. 30. C. fol. multijugis eglandulatis, caule procumbente.

515. POINCIANA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5: summo majore. *Stam.* longa: omnia foecunda. *Legumen.*
544.

bijuga. 2. P. aculeis solitariis, foliol. emarginatis. (*Excluso Raji et Breynii synonymo*)

pulcherrima. 3. P. aculeis geminis. Senna spuria arborea spinosa, fol. decompositis. *Raj. hist.* 981. *Breyn. cent.* 61. *t.* 22. *Sloan. hist.* 2. *p.* 49. *Petiolus Communis Glandula una ad basin et alia ad supremum par; Partialis petiolus supra basin mucronibus duobus.*

elata. 1. P. caule inermi. *Cent.* 146.

Digitized by Google

516. CAESALPINIA. *Cal.* 5-fidus: lacinia infima majori. *Petala* 5: infimo pulchriore. *Legumen.*
544.

vesicaria. 3. C. caul. aculeato, foliol. obcordatis subrotundis.
Sappan. 4. C. caul. aculeato, foliol. oblongis inaequilateralibus emarginatis.
Crista. 2. C. caul. arboreo, foliolis ovatis integris, flor. pentandris.

517. GUILANDINA. *Cal.* 1-phyllus, hypocrateriformis. *Petala* calycis collo inserta, subaequalia. *Legumen.*
546.

Bonduc. 1. G. aculeata, pinnis ovatis, foliol. aculeis solitariis. Caesalpinia aculeis recurvis, foliolis ovatis. *Fl. zeyl.* 157.
Bonduccella. 2. G. aculeata, pinnis oblongo-ovatis, foliolis aculeis geminis. Caretti. *Rheed. mal.* 2. *p.* 35. *t.* 22.
Nuga. 3. G. caule inermi, foliis petiolo primario subtus aculeis geminis.
Moringa. 2. G. inermis, fol. subbipinnatis: foliol. inferioribus ternatis. *Mant.* 379. * *Polygama ex Hermaphroditis duobus. Legumen longum. Semina triquetra. An Generis proprii?*
dioica. 4. G. inermis, fol. bipinnatis: basi apiceque simpliciter pinnatis. *Duham. arb.* 1. *t.* 103.

518. GUAJACUM. *Cal.* 5-fidus, inaequalis. *Petala* 5, calyci inserta. *Caps.* angulata, 3-s. 5-locularis.
546.

officinale. 1. G. foliolis bijugis obtusis.
sanctum. 2. G. foliolis multijugis obtusis.
afrum. 3. G. folioris multijugis acutis. *Rami rigidi. Folia alterna, pinnata, octojuga. Petiolus communis marginatus, articulatus, canaliculatus. Foliola ovato-oblonga, opposita, integerrima, mucronata, glabra, rigidula, perennia, basi interiore laevissime abbreviata. Stipulae ramis appressae, subulatae, minimae.*

Digitized by Google

519. CYNOMETRA. *Cal.* 4-phyllus: *Antherae* apice bifidae. *Legum.* carnosum, lunatum, 1-spermum.
547.

cauliflora. 1. C. trunco florifero. *Rumph. amb.* 1. *t.* 62.
ramiflora. 2. C. ramis floriferis. *Rumph. amb.* 1. *t.* 63.

1285. CODON. *Auctore Cl. Dav.* Royeno.

CAL. *Perianthium* monophyllum, decempartitum: foliolis subulatis, persistentibus, erectiusculis: alternis brevioribus.
COR. monopetala, campanulata, basi torulosa: Limbo decempartito, aequali.
spinosissima. 14. R. germin. globosis glabris, pedunc. hispidis, caule petiolisque aculeatissimis. *Oed. dan. t.* 398. *Mant.* 399. * Rosa campestris odora. *Clus. hist.* 1. *p.* 116. *Varietas R. pimpinellifoliae secundum Hallerum. Petala alba basi flavescentia.*

carolina. 5. R. germin. globosis hispidis, pedunc. subhispidis, caule aculeis stipularibus, petiol. aculeatis.

villosa. 6. R. germin. globosis pedunculisque hispidis, caule aculeis sparsis, petiol. aculeatis, fol. tomentosis. *Mant.* 399. *

Sinica. R. germin. subglobosis glabris, pedunc. aculeatis hispidis, caule petiolisque aculeatis, calycinis foliolis lanceolatis subpetiolatis.

sempervirens. 9. R. germin. globosis pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis, florib. subumbellatis.

** *Germinibus ovatis.*

centifolia. 7. R. germin. ovatis, pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiol. inermibus. *Flos quasi tornatus.*

gallica. 8. R. germin. ovatis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis. *Mant.* 399. *

alpina. 1. R. germin. ovatis glabris, pedunculis petiolisque hispidis, caul. inermi. Rosa *inermis* germinibus ovatis, caule pedunculisque glabris inermibus, petiolis scabris. *Turr. diar. Act. p.* 128.

canina. 10. R. germin. ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *Mant.* 399. *Petala biloba. Bracteae 2. oppositae, ciliatae. Petala incarnata.*

indica. 11. R. germin. ovatis pedunculisque glabris, caule subinermi, petiol. aculeatis.

pendulina. 12. R. germin. ovatis glabris, pedunc. cauleque hispidis, petiol. inermibus, fructibus pendulis.

alba. 13. R. germin. ovatis glabris, pedunc. hispidis, caule petiolisque aculeatis. Rosa sativa 1. *Dod. pempt.* 186.

632. RU-

Digitized by Google

632. RUBUS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* composita
706. acinis monospermis.

* *Frutescentes.*

idaeus. 1. R. fol. quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiol. caniculatis.

occidentalis. 2. R. fol. ternis subtus tomentosis, caule aculeato, petiol. teretibus. Rubus caule suberecto leviter aculeato, foliis ternatis, fructu nigro. *Gron. virg. 2. p. 78. Fructus sapidissimus fere R. arctici. Caulis nebula caerulea.*

hispidus. 3. R. fol. ternatis nudis, caulib. petiolisque hispidissimis strigis rigidulis.

parvifolius. 7. R. fol. ternatis subtus tomentosis, caule hirto petiolisque aculeis recurvis. *Caulis tomentosus aculeis reflexis copiosis.*

jamaicensis. 14. R. fol. ternatis subtus tomentosis, caule petiolis foliisque pubescentibus recurvato-aculeatis. *Mant. 75.*

caesius. 4. R. fol. ternatis subnudis: lateralibus bilobis, caule aculeato tereti. *Caulis inter strigositatem adspersus aculeis tenuissimis.*

fruticosus. 5. R. fol. quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis.

canadensis. 6. R. fol. digitatis denis quinis ternatisque, caule inermi.

odoratus. 9. R. fol. simplicibus palmatis, caule inermi multifolio multifloro.

moluccanus. 8. R. fol. simplicibus cordatis sublobatis, caule aculeato decumbente. *Flores paniculati. Petala calyce breviora. Germina hirsuta. Styli staminibus longiores. Folia subtus tomentosa.*

japonicus. R. fol. simplicibus cordatis oblongis serratis, caule inermi suffruticoso. *Mant. 245.* *

* * *Herbacei.*

saxatilis. 10. R. fol. ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Jacq. vind. 245. Oed. dan.* 134.

arcticus. 11. R. fol. ternatis, caule inermi unifloro. *Oed. dan. 488.*

Chamaemorus. 12. R. fol. simplicibus lobatis, caule inermi unifloro. *Oed. dan.* 1. *Herba dioica: Radix v. Maris et feminae unita sub terra in monoicam, observante D. C. Solandro.*

Dalibarda. 13. R. fol. simplicibus cordatis indivisis crenatis, scapo aphyllo unifloro. *Folia subtus nuda.*

633.

Digitized by Google

633. FRAGARIA. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5. *Receptaculum* seminum ovatum, baccatum, deciduum.
708.

vesca. 1. F. flagellis reptantibus. β. Fragaria muricata. *Varietas. Haller.*

monophylla. 4. F. fol. simplicibus. *Misit D. Anton. Nic. Duchesne. An varietas F. Vescae; folium enim primum ternatum est, sed Scapus longior, petala minora, Calyces incisi. Vide Duchesne Monogr. Fragrariae.*

sterilis. 3. F. caule decumbente, ramis floriferis laxis. *Surculi crassi, depressi, tecti* Stipulis *lanceolatis, ferrugineis.* Folia *ternata, obovata, serrata, retusa, laxiora, pilosa, sericea, subtus albida: petiolis valde pilosis.* Caules *floriferi, filiformes, decumbentes, laxi, foliis raris minoribus.* Flores *solitarii, pedunculati, albi.* Flagella *nulla.*

634. POTENTILLA. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5. *Sem.* subrotunda, nuda, receptaculo parvo exsucco affixa.
709.

* *Foliis pinnatis.*

fruticosa. 1. P. fol. pinnatis, caule fruticoso.

Anserina. 2. P. fol. pinnatis serratis, caule repente, pedunc. unifloris. *Oed. dan.* 544.

sericea. 3. P. fol. bipinnatis utrinque tomentosis: segmentis parallelis approximatis, caul. decumbentibus.

multifida. 4. P. fol. bipinnatis: segmentis integerrimis distantibus subtus tomentosis, caule decumbente.

fragarioides. 5. P. fol. pinnatis ternatisque: extimis majoribus, flagellis reptantibus.

rupestris. 6. P. fol. pinnatis alternis: foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto.

bifurca. 7. P. fol. pinnatis subaequalibus: foliolis oblongis subbifidis: extimis confluentibus. *Gmel. it. 1. p. 149. t. 27. f.* 1.

pimpinelloides. 8. P. fol. pinnatis: foliolis subrotundis dentatis aequalibus, caule erecto.

pen-

pensylvanica. 28. P. fol. inferioribus pinnatis, superioribus ternatis: foliolis inciso-serratis, caule erecto pubescente. *Mant.* 76.

supina. 9. P. fol. pinnatis, caule dichotomo decumbente. *Gmel. itin. 1. p. 149. t. 27. f. 2.*

* * *Foliis digitatis.*

recta. 10. P. fol. septenatis lanceolatis serratis utrinque subpilosis, caule erecto.

argentea. 11. P. fol. quinatis cuneiformibus incisis subtus tomensis, caule erecto.

intermedia. 29. P. fol. radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caul. erectiusculo ramosissimo. *Mant.* 76.

hirta. 12. P. fol. septenatis, quinatisque cuneiformibus incisis pilosis, caule erecto hirto. Quinquefolium rectum minus, angustioribus foliis, monspeliense. *Raj. eur.* 213. Quinquefolium montanum erectum hirsutum luteum. *Magn. monsp.* 216. (*non CB.*) *Folia radicalia* 5 *f.* 7; *Caulina* 5, *omnia alterna*, *sublinearia*, *dentibus* 3. *f.* 5. *Caulis, pedunculi et Calyces valde pilosi.*

stipularis. 13. P. fol. septenatis sessilibus stipulae dilatatae insidentibus. *Gmel. sib. 3. p. 185. t. 37. f. 2.*

opaca. 16. P. fol. radicalibus quinatis cuneiformibus serratis, caulinis suboppositis, ramis filiformibus decumbentibus.

verna. 15. P. fol. radicalibus quinatis acute serratis retusis, caule ternatis, caule declinato. *Oed. dan. t.* 114. *Variat macula ad basin petalorum fulva et nulla tali.*

aurea. 14. P. fol. radicalibus quinatis serratis acuminatis, caulinis ternatis, caule declinato. *Jacq. vind.* 245. *Oed. dan.* 114. Potentilla foliis margine sericeis acute serratis, radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule declinato. *Ger. prov.* 468. Quinquefolium 3, aureo flore. *Clus. hist. 2. p.* 105. *Varietas P. vernae. Scopol. ann. 2. p.* 53.

canadensis. 17. P. fol. quinatis villosis, caule adscendente hirsuto.

Digitized by Google

alba. 18. P. fol. quinatis apice conniventi-ſerratis, caul. filiformibus procumbentibus, receptaculis hirſutis. Quinquefolium album minus. *Bauh. pin.* 325.

caulescens. 19. P. fol. quinatis apice conniventi-ſerratis, caul. multifloris decumbentibus, receptaculis hirſutis. *Jacq. ving.* 246. *Calyces hirſuti, purpurei.*

nitida. 21. P. fol. ſubternatis tomentoſis conniventi-tridentatis, caul. unifloris, receptaculis lanatis. *Folia hujus ternata eſſe monet D. Turre; habeo unum alterumve exemplar ſiccum foliis infimis tantum quinatis. Cultura determinabit folia radicalia.*

valderia. 20. P. fol. ſeptenatis obovatis ſerratis tomentoſis, caule erecto, petalis calyce brevioribus, receptaculis lanatis.

reptans. 22. P. fol. quinatis, caule repente, pedunc. unifloris.

* * * *Foliis ternatis.*

monſpelienſis. 23. P. fol. ternatis, caule ramoſo erecto, pedunc. ſupra genicula enatis.

norvegica. 24. P. fol. ternatis, caule dichotomo, pedunc. axillaribus. *Oed. dan. t.* 171.

nivea. 25. P. fol. ternatis inciſis ſubtus tomentoſis, caule adſcendente. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 183. *t.* 36. *f.* 1.

grandiflora. 26. P. fol. ternatis dentatis utrinque ſubpiloſis, caule decumbente foliis longiore. Potentilla foliis ternatis dentatis, caule ſuperne dichotomo, petalis calyce duplo longioribus. *Ger. prov.* 409. *Gmel. ſibir.* 3. *p.* 185. *t.* 35. *f.* 1, 2. *Flores lutei.*

ſubacaulis. 27. P. foliis ternatis dentatis utrinque tomentoſis, ſcapo decumbente. Potentilla foliis radicalibus ternatis dentatis, utrinque tomentoſis, caul. ſubfolioſis. *Ger. prov.* 469. *Garid. prov.* 190. *t.* 37. Fragaria ſterilis molli lanugine pubeſcens. *Amm. ruth.* 84, 110. *Gmel. ſibir.* 3. *p.* 183. *t.* 36. *f.* 2.

635

Digitized by Google

635. TORMENTILLA. *Cal.* 8-fidus. *Petala* 4. *Sem.* subrotunda, nuda, receptaculo parvo exſucco affixa.
716.

erecta. 1. T. caule erectiuſculo, fol. ſeſſilibus. *Oed. dan.* 589.

reptans. 2. T. caule repente, fol. petiolatis.

636. GEUM. *Cal.* 10-fidus *Petala* 5. *Sem.* ariſta geniculata.
716

virginianum. 1. G. flor. nutantibus, petalis calyce minoribus, fruct. globoſis: ariſtis uncinatis nudis, foliis ternatis.

urbanum. 2. G. flor. erectis, fruct. globoſis villoſis: ariſtis uncinatis nudis, foliis lyratis.

rivale. 3. G. flor. nutantibus, fruct. oblongo: ariſtis plumoſis tortis.

montanum. 4. G. flor. inclinato ſolitario, fruct. oblongo ariſtis villoſis rectis. *Petala emarginata lutea.*

reptans. 5. G. fol. uniformibus inciſis: alternis minoribus, flagellis reptantibus. *Caules uniflori, vix foliis longiores.*

637. DRYAS. *Cal.* 8-fidus. *Petala* 8. *Sem.* caudata, piloſa.
717.

pentapetala. 1. D. pentapetala, fol. pinnatis.

octopetala. 2. D. octopetala, fol. ſimplicibus. *Oed. dan.* 31.

638. COMARUM. *Cal.* 10-fidus *Petala* 5, calyce minora. *Recept.* ſeminum ovatum ſpongioſum, perſiſtens.
718.

paluſtre. 1. COMARUM.

Digitized by Google

639. CALYCANTHUS, *Cal.* 1-phyllus, urceolatus, 718. squarrosus foliolis coloratis. *Cor.* calycina, *Styli* plurimi stigmate glanduloso. *Sem.* plurima, caudata, intra calycem succulentum.

floridus. 1. C. petalis interioribus longioribus. *A Catesbaeo in Europam introductus.*

praecox. 2. C. petalis interioribus minutis.

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Monopetali.*

640. MARCGRAVIA. *Cal.* 6-phyllus, imbricatus. *Cor.* 1-petala, clausa. *Bacca* multilocularis, multivalvis.

* *Tripetali.*

1313. TRILIX. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* 5-locularis, polysperma.

* *Tetrapetali.*

641. RHEEDIA. *Cal.* nullus. *Bacca* 3-sperma.
656. MAMMEA. *Cal.* 2-phyllus. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* callosa.
648. PAPAVER. *Cal.* 2-phyllus. *Capsula* 1-locularis, coronata.
647. CHELIDONIUM. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua.*
643. CAPPARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* pedicellata, corticosa.
644. ACTÆA. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* gemino ordine.
650. CAMBOGIA. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 8-sperma, 8-angularis.
658. CALOPHYLLUM. *Cal.* 4-phyllus. *Drupa* globosa. *Nucleus* subglobosus.
659. GRIAS. *Cal.* 4-fidus. *Drupa* 1-sperma. *Nucleus* 8-sulcatus.
669. CARYOPHYLLUS. *Cal.* superus. *Bacca* 1-sperma, coronata.

* *Pentapetali.*

1286. LOOSA. *Caps.* semi-infera, 1-locularis, semitrivalvis, polysperma.
670. MENZELIA. *Caps.* infera, 1-locularis, 3-valvis, polysperma.
666. VATERIA. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, 1-sperma.
655. SLOANEA. *Caps.* echinata, intus baccata. *Stam.* exteriora sterilia, foliacea.

673. CISTUS. *Capſ.* ſubrotunda. *Cal.* 5 - phylli foliola 2 minora.

675. CORCHORUS. *Capſ.* ſub 5 - locularis. *Cal.* 5 - phyllus, longitudine corollae, deciduus.

652. SARRACENIA. *Capſ.* 5 - locularis. *Stigma* clypeatum. *Cal.* exter. 3 - phyll., ſuper 5-phyllus.

660. TILIA. *Capſ.* 5 - locularis, coriacea, 1 - ſperma. *Cal.* deciduus.

657. OCHNA. *Baccae* 5 in receptaculo carnoſo. *Petala* unguibus elongatis.

651. MUNTINGIA. *Bacca* 5 - locularis, umbilicata. *Cal.* 5-partitus.

663. ELÆOCARPUS. *Drupa* nucleo criſpo. *Petala* lacera.

* *Delphinium Conſolida, Ajacis, Aconiti.*

* *Hexapetali.*

649. ARGEMONE. *Cal.* 3 - phyllus. *Capſ.* 1 - locularis, ſemivalvis.

667. LAGERSTROEMIA. *Cal.* 6 - fidus. *Stam.* 6 exteriora majora. *Cor.* criſpa.

668. THEA. *Cal.* 5 - ſ. 6 - phyllus. *Petala* 6 - ſ. 9. *Capſ.* 3 - locularis. *Sem.* ſolitaria.

664. LECYTHIS. *Cal.* 6 - phyllus. *Stam.* nectario lingulato connata. *Capſ.* circumſciſſa.

* *Octopetali.*

645. SANGUINARIA. *Cal.* 2 - phyllus. *Capſ.* 2 - valvis, polyſperma.

* *Enneapetali.*

646. PODOPHYLLUM. *Cal.* 3 - phyllus. *Bacca* 1 - locularis, coronata.

* *Thea.*

* *Decapetala.*

654. BIXA. *Cal.* 5 - dentatus. *Cor.* 5 - petala, duplex. *Capſ.* 2 - valvis.

* *Polypetali.*

653. NYMPHÆA. *Bacca* multiloc. corticoſa. *Cal.* magnus.

* *Apetali.*

1239. TREWIA. *Cal.* 3 - phyllus. *Peric.* 3 - coccum.

674. PROCKIA. *Cal.* 3 - phyllus. *Peric.* 5 - loculare.

661. LAETIA. *Cal.* 5 - phyllus. *Peric.* 1 - loculare, 3 - valve, polyſpermum.

676. SEGUIERIA. *Cal.* 5 - phyllus. *Peric.* 1 - ſpermum, alatum.

Digitized by Google

672. DELIMA. *Cal.* 5-phyllus. *Peric.* 2-valve, 2-spermum.

DIGYNIA.

680. CALLIGONUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Peric.* echinato-uncinatum.

FOTHERGILLA. *Cal.* integerrimus. *Cor.* nulla. *Capf.* 2-locularis. *Sem.* bina.

679. CURATELLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Capf.* 2-partita, 2-sperma.

678. PÆONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capf.* polysperma. *Sem.* colorata.

TRIGYNIA.

681. DELPHINIUM. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala: supremo cornuto. *Nectar.* 2-fidum, sessile.

682. ACONITUM. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala: supremo galeato. *Nectar.* 2, pedicellata.

* *Reseda Luteola. Corchorus.*

TETRAGYNIA.

1282. CIMICIFUGA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nectariis 4, urceolatis. *Capf.* 4. *Sem.* squamosa.

683. TETRACERA. *Cal.* 6-phyllus. *Capf.* 4, monospermae.

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. Drupa Nucleis 4.

PENTAGYNIA.

684. AQUILEGIA. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 5, inserne cornuta.

685. NIGELLA. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 8, superne 2-labiata.

686. REAUMURIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala: nectariis 10, adnatis, ciliatis. *Capf.* 5-locularis, polysperma.

* *Aconitum Anthora, variegatum.*

HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 6-locularis intra spatham.

Digitized by Google

POLYGYNIA.

704. Hydrastis. *Cal.* nullus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* composita acinis 1-spermis.

695. Atragene. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala major: interius polypetala. *Sem.* plurima, aristata.

696. Clematis. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala. *Sem.* plurima, aristata.

697. Thalictrum. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-5-petala. *Sem.* plurima, submutica, nuda.

701. Isopyrum. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala, decidua. *Nectaria* 5, *Caps.* polyspermae.

702. Helleborus. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala, persistens. *Nectaria* plura. *Caps.* polyspermae.

703. Caltha. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* plurimae. *Nectaria* nulla.

694. Anemone. *Cal.* nullus. *Cor.* 6-petala. *Sem.* plurima.

691. Michelia. *Cal.* truncatus. *Cor.* 8-petala. *Baccae* 4-spermae, glomeratae.

700. Trollius. *Cal.* nullus. *Cor.* 14-petala. *Nectaria* linearia. *Capsulae* polyspermae.

692. Uvaria. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Baccae* polysperm. Recept. longo affixae.

693. Annona. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Bacca* cortice imbricato polysperma.

689. Liriodendrum. *Cal,* 3-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Sem.* plurima, lanceolata, imbricata.

690. Magnolia. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 9-petala. *Caps.* glomeratae, 2-valv. *Sem.* pendula.

688. Dillenia. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, *Caps.* plures connatae: *Recept.* carnoso.

699. Ranunculus. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurim. *Petala* ungue nectarifero.

611. Illicium. *Cal.* 6-phyllus. *Pet.* 27. *Caps.* 1-spermae in orbem.

698. Adonis. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-s. 10-petala. *Sem.* plurima, angulata, corticata.

* *Phytolacca icosandra.*
Nigellae nonnullae.

MO-

Digitized by Google

MONOGYNIA.

640. MARCGRAVIA. *Cor.* 1-petala, calyptriformis. 719. *Cal.* 6-phyllus, imbricatus. *Bacca* multilocularis, polysperma.

umbellata. 1. MARCGRAVIA. *Planta parasitica repens.*

1313. TRILIX. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* 5-locularis, polysperma.

lutea. TRILIX. *Mant.* 247. *

641. RHEEDIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* nullus. *Bacca* 3-sperma. 719.

lateriflora. 1. RHEEDIA. *Arbor ramis articulatis, compressis, laevibus, pubescentibus. Folia opposita, petiolata, lanceolata, integerrima, glabra: Petiolis brevibus, pubescentibus. Pedunculi axillares, subterni, trifidi, triflori.*

643. CAPPARIS. *Cal.* 4-phyllus, coriaceus. *Petala* 4. 720. *Stam.* longa. *Bacca* corticosa, unilocularis, pedunculata.

spinosa. 1. C. pedunc. unifloris solitariis, stipulis spinosis, fol. annuis, caps. ovalibus.

zeylanica. 2. C. pedunc. unifloris solitariis, stipulis spinosis, fol. ovatis utrinque acutis.

sepiaria. 3. C. pedunc. umbellatis, stipulis spinosis, fol. annuis ovatis emarginatis.

frondosa. 11. C. pedunc. umbellatis, fol. passim confertis. *Sp. pl.* 1674.

ferruginea. 8. C. pedunc. umbellatis, fol. persistentibus lanceolatis subtus tomentosis, flor. octandris.

Baducca. 4. C. pedunc. unifloris, fol. perennantibus ovato-oblongis determinate confertis nudis.

cynophallophora. 5. C. pedunc. multifloris terminalibus, fol. ovalibus obtusis perennantibus, glandulis axillaribus. Capparis peduncul. multifloris, axillis glandulosis, fol. oblongis utrinque nitidis. *Jacq. amer.* 158. *t.* 98. *Fructus siliquosus, bivalvis.*

pulcherrima. 12. C. pedunc. racemosis, fol. oblongis obtusis, fruct. baccatis. *Sp. pl.* 1674.

Digitized by Google

linearis. 13. C. pedunc. subracemosis. fol. linearibus. *Sp. pl.* 1674.
Bregnia. 7. C. pedunc. racemosis, fol. persistentibus oblongis, calycibus pedunculisque tomentosis, flor. octandris.
hastata. 10. C. pedunc. multifloris, fol. hastato-lanceolatis nitidis. *Fructus siliquosus bivalvis.*
flexuosa. 9. C. pedunc. congestis terminalibus, fol. persistentibus oblongis obtusis glabris, ramis flexuosis.
siliquosa. 6. C. pedunc. multifloris compressis, fol. persistentibus lanceolato-oblongis acuminatis subtus punctatis.

644. ACTÆA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca*
722. 1-locularis. *Sem.* semiorbiculata.

spicata. 1. A. racemo ovato, fruct. baccatis. *Oed. dan.* 498.
racemosa. 2. A. racemis longissimis, fruct. siccis.

645. SANGVINARIA. *Cor* 8-petala, *Cal.* 2-phyllus.
723. *Siliqua* ovata, 1-locularis.

canadensis. 1. Sanguinaria. *Folium radicale tenerrime in sinu fovet et amplectitur infantiam floris, more Osmundae Lunariae, et est Folium unicum cucullatum et Scapus uniflorus e singula gemma radicis bivalvi. Stamina meae vix habuere Antheras polliniferas; an dioica? Lactescens succo fulvo Chelidonii.*

646. PODOPHYLLUM. *Cor.* 9-petala. *Cal.* 3-phyllus.
723. *Bacca* unilocularis, coronata stigmate.

peltatum. 1. P. fol. peltatis lobatis.
diphyllum. 2. P. fol. binatis semicordatis. *An Sanguinariae species? cum Folium unicum binatum et Scapus aphyllus radicalis et Capsula oblonga. Flores non vidi; sub Podophylli specie missum.*

647. CHELIDONIUM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus.
723. *Siliqua* 1-locularis, linearis.

majus. 1. C. pedunc. umbellatis. *Oed. dan.* 542.

Glauci-

Digitized by Google

Glaucium. 2. C. pedunc. unifloris, fol. amplexicaulibus ſinuatis, caule glabro. *Oed. dan.* 585.
cornicula-tum. 3. C. pedunc. unifloris, fol. ſeſſilibus pinnatifidis, caule hiſpido.
hybridum. 4. C. pedunc. unifloris, fol. pinnatifidis linearibus, caule laevi, ſiliquis trivalvibus.

648. PAPAVER. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Capſula* 1-locularis, ſub ſtigmate perſiſtente poris dehiſcens.
725.

* *Capſulis hiſpidis.*

hybridum. 1. P. capſ. ſubgloboſis toroſis hiſpidis, caule folioſo multifloro.
Argemone. 2. P. capſ. clavatis hiſpidis, caule folioſo multifloro.
alpinum. 3. P. capſ. hiſpida, ſcapo unifloro nudo hiſpido, fol. bipinnatis. Papaver argemone fl. flavo, perpuſſilum. *Pluk. alm.* 179. *t.* 247. *f.* 3. *Cipp.* 2. *t.* 6. *f.* 4. *Cal. hirſutus. Pet. alba baſi flava. Capſ. ovata ſtigmatibus* 5.
nudicaule. 4. P. capſ. hiſpidis, ſcapo unifloro nudo hiſpido, fol. ſimplicibus pinnato-ſinuatis. *Oed. dan.* 41. *Nimis affine P. alpino et variat corolla alba et lutea; an Cultura ſola diverſum?*

** *Capſulis glabris.*

Rhoeas. 6. P. capſ. glabris globoſis, caule piloſo multifloro, fol. pinnatifidis inciſis.
dubium. 5. P. capſ. oblongis glabris, caule multifloro ſetis adpreſſis, fol. pinnatifidis inciſis. *Jacq. auſt. t.* 25.
ſomniferum. 7. P. calyc. capſuliſque glabris, fol. amplexicaulibus inciſis.
cambricum. 8. P. capſ. glabris oblongis, caule multifloro laevi, fol. pinnatis inciſis.
orientale. 9. P. capſ. glabris, caulibus unifloris ſcabris folioſis, fol. pinnatis ſerratis.

649. ARGEMONE. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Capſ.* ſemi-valvis.
727.

mexicana. 1. A. capſ. ſexvalvibus, fol. ſpinoſis.
armeniaca. 2. A. capſ. trivalvibus.
pyrenaica. 3. A. capſ. quadrivalvibus, caule nudo.

Digitized by Google

650. CAMBOGIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Pomum* 8-loculare. *Sem.* solitaria.
728.

Gutta. 1. CAMBOGIA.

651. MUNTINGIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* 1-locularis, 1-polysperma.
728.

Calabura. 1. MUNTINGIA. Malam-toddali. *Rheed. mal.* 4. *t.* 40. *Flores axillares, bini, albi.*

652. SARRACENIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* duplex, 3-phyllus & 5-phyllus. *Capsula* 5-locularis, stylo stigmate clypeato.
728.

flava. 2. S. foliis strictis.
purpurea. 1. S. foliis gibbis. *Mill. ic.* 161. *t.* 241. *P. Collinson.* Folia *sessilia, cucullata: tubo ventricoso, sensim ampliato: fauce contractiuscula, margine antice dilatata.* Limbus *reniformis, patulus, emarginatus.* Venter *antice carina membranacea, semielliptica, binervi.* *Sic* metamorphosis *folii* Nymphææ *in folium Sarraceniae, ut ipsa aquam pluvialem excipiens et retinens extra aquas crescat; mira naturae providentia!*

653. NYMPHÆA. *Cor.* polypetala. *Cal.* 4-s. 5-phyllus. *Bacca* multilocularis, truncata.
729.

lutea. 1. N. fol. cordatis integerrimis, calyce pentaphyllo majore.
alba. 2. N. fol. cordatis integerrimis, calyce quadrifido.
Lotus. 3. N. fol. cordatis dentatis.
Nelumbo. 4. N. fol. peltatis undique integris. *Capsula dehiscit stigmate variis poris perforato pro totidem seminibus; matura his tinnitat. Semina continent aliquot folia, antequam germinant, intra se perfecta.*

654.

Digitized by Google

655. BIXA. *Cor.* 10-petala. *Cal.* 5-dentatus. *Capf.* hi-
730. fpida, 2-valvis.

Orellana. 1. Bixa.

655. SLOANEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, deci-
730. duus. *Stigma* perforatum. *Bac-
ca* corticofa, echinata, polyfper-
ma, dehifcens.

dentata. 1. S. fol. cordato-ovatis denticulatis, ftipulis ferratis. *Defcriptio Loeflingii quadrat.*
emarginata. 2. S. fol. oblongis integerrimis emarginatis.

1239. TREWIA. *Cor.* 0. *Cal.* 3-phyllus, fuperus. *Capf.*
1661. 3-cocca.

nudiflora. Trewia.

656. MAMMEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Bacca*
831. maxima, 4-fperma.

americana. 1. M. ftamin. flore brevioribus. *Jacq. amer.* 268. *Folia oppofita. Fructus gratiffimus, fed cortex et pulpa feminum propria amariffima Jacq.*
afiatica. 2. M. ftamin. flore longioribus.

657. OCHNA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Baccae* mo-
731. nofpermae, receptaculo fubrotundo
magno affixae.

fquarrofa. 1. O. racemis lateralibus.
Jabotapita. 2. O. racemis terminalibus.

659. GRIAS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus. *Stigma* fef-
732. file, cruciatum. *Drupa* nucleo octo-
fulcato.

cauliflora. 1. Grias. *Folia maxima.*

Digitized by Google

658. CALOPHYLLUM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, 732. coloratus. *Drupa* globosa.

Inophyllum. 1. C. foliis ovalibus. Arbor indica, mali medicae amplioribus foliis. *Pluk. alm.* 41. *t.* 147. *f.* 3.
Calaba. 2. C. foliis ovatis obtusis.

660. TILIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* sicca 733. globosa, 5-locularis, 5-valvis, basi dehiscens.

europaea. 1. T. floribus nectario destitutis. *Oed. dan.* 553.
americana. 2. T. floribus nectario instructis.

661. LAETIA. *Cor.* 5-petala s. 0. *Cal.* 5-phyllus. *Fructus* 733. 1-locularis, trigonus. *Semina* arillo pulposo.

apetala. 1. L. flor. apetalis.
completa. 2. L. flor. petaloideis completis.

663. ELÆOCARPUS. *Cor.* 5-petala, lacera. *Anth.* apice 2-valvi. *Cal.* 5-phyllus. *Drupa* nucleo crispo.

serrata. 1. ELÆOCARPUS. *Mant.* 401. * *An plures species? in ultima Petala* 3. *Stamina* 8.

664. LECYTHIS. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus. *Nectarium* 734. ligulatum, staminiferum. *Pericarp.* circumscissum, polyspermum.

Ollaria. 1. L. fol. sessilibus cordato-ovatis subintegerrimis. Jacapucaya. *Marcg. bras.* 128. *Pis. bras.* 135. *Natura fructu ollas producit, ut in Cucurbita et Crescentia lagenas.*
minor. 2. L. fol. petiolatis lanceolatis serratis. *Jacq. amer.* 168. *t.* 109. *E Carthagena Americes.*

672.

Digitized by Google

672. DELIMA. *Cor.* 0. *Cal.* 5-phyllus. *Bacca* 2-sperma.
736.

sarmentosa. A. DELIMA. Peripu. *Rheed. mal.* 7. *t.* 34. *Burm. ind. t.* 35. *f.* 1. *Obs. Rheede suam 5-andrum facit, adeoque dubia.*

666. VATERIA. *Cor.* 5-petala, *Cal.* 5-fidus, *Caps.* 3-
734. valvis, 1-locularis, 3-sperma.

indica. 1. VATERIA.

670. MENTZELIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.*
735. infera, cylindrica, polysperma.

aspera. 1. MENTZELIA.

1286. LOOSA. *Auctore Cl.* Jacquinio.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, superum, persistens: foliolis lanceolatis, patentissimis: lateribus reflexis.

COR. *Petala* quinque, obovata, cucullata, magna, patentissima, in ungues basi attenuata.

Nectarium foliolis quinque, cum petalis alternantibus, conniventibus in conum acutum, corolla paulo brevioribus, lanceolatis, rugosis, aristatis duplici filamento.

STAM. *Filamenta* numerosa, capillaria, nectario longiora, ad quodlibet petalum 15-17. *Antherae* incumbentes, subrotundae.

PIST. *Germen* subovatum, semi-inferum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine staminum. *Stigma* simplex, obtusum.

PER. *Capsula* turbinata, unilocularis, apice trivalvis: valvulis semiovatis, acutis, patulis.

SEM. plurima, ovata, parva. *Receptacula* tria, linearia, capsulae longitudinales.

hispida. 1. LOOSA. *Jacq. obs.* 3. *p.* 15. *t.* 38.
Ortiga chilensis urens, acanthi folio. *Feuill. peruv.* 2. *p.* 757. *t.* 43?
Habitat in Peru ⊙.

Petala *flava.* Nectaria *alba punctis rubris viridibusque.* Filamenta *in quinque fasciculos interstitia nectariorum occupantia.* Stamina *primum erecta, demum reflexa.* *Affinitate* Mentzeliae *accedit.* *Jacq.*
667.

Digitized by Google

667. LAGERSTROEMIA. *Cor.* 6-petala, criſpa. *Cal.* 734. 6-fidus, campanulatus: *Stam.* multa: horum 6 exteriora craſſiora, petalis longiora.

indica. LAGERSTROEMIA. *Mant.* 402. * Sibi *Kaempf. amoen.* 855.

668. THEA. *Cor.* 6-f. 9-petala. *Cal.* 5-f. 6-phyllus. 734. *Capſ.* 3-cocca.

Bohea. 1. flor. hexapetalis. *Amoea. acad.* 7. *p.* 239. *t.* 4. *Folia alterna, elliptica, conſiſtentia, laevia, obtuſiuſcula, obtuſe ſerrata: Petiolis brevibus, ſubtus teretibus, gibbis. Stipulae nullae. Nobis attulit vivam primus Car. Guſt. Ekeberg, navis ad chinenſes gubernator, d. 3. Octob.* 1763. *Obtinetur, ſi ſemina, ad navis receſſum e China, in nave terrae mandentur, ut in itinere ſerius germinent.*

viridis. 2. T. flor. enneapetalis. *Florum libram integram aliquando accepi; eſſe T. viridem ex Hillio didici;* Stylos 3 conglutinatos eſſe, nec ſimplicem. *Jo. Coakly Letſom.*

669. CARYOPHYLLUS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. 735. duplicatus. *Bacca* 1-ſperma, infera.

aromaticus. 1. CARYOPHYLLUS.

673. CISTUS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus: foliolis 736. duobus minoribus. *Capſula.*

* *Exſtipulati fruticoſi.*

capenſis. 1. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ovato-lanceolatis petiolatis trinerviis denticulatis utrinque nudis.

villoſus. 2. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ovatis petiolatis hirtis. *Folia petiolata rugoſa, utrinque viridia et pubeſcentia. Pedunculi uniflori cum geniculo.*

populifo-

Ciſtus *Flore albo* 3, 4, 5, 6, 10.
flore purpureo 7, 11, 8. 9.
flore luteo 12, 18.

Digitized by Google

populifolius. 3. C. arboreſcens exſtipulatus, foliis cordatis laevibus acuminatis petiolatis. *Adultior ramis et foliis nudus eſt. Petala alba, absque macula margine purpuraſcentia. Stamina lutea.* Calyces *ante explicationem triquetri.*

laurifolius. 4. C. arboreſcens exſtipulatus, foliis oblongo-ovatis petiolatis trinerviis ſupra glabris: petiolis baſi connatis. *Caulis arboreſcens ramis piloſis. Folia lanceolata, trinervia, acuta, rugoſa, utrinque viridia, vix manifeſte piloſa. Petioli baſi purpuraſcentes, ſaepe diſtincti. Flores albi.*

ladaniferus. 5. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. lanceolatis ſupra laevibus, petiolis baſi coalitis vaginantibus. *Corolla alba, magnitudine Papaveris ſomniferi. Germen torulis* 10. *Stigma ſeſſile absque omni ſtylo.*

monſpelienſis. 6. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. lineari-lanceolatis ſeſſilibus utrinque villoſis trinerviis. *Flores albi.*

ſalvifolius. 10. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ovatis petiolatis utrinque hirſutis. *Folia ovata, obtuſa, avenia, minus mollia. Pedunculi laterales, ſolitarii, uniflori, foliis longiores. Flores albi.*

incanus. 7. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ſpatulatis tomentoſis rugoſis: inferioribus baſi connatis vaginantibus. *Flores purpurei.*

creticus. 9. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ſpatulato-ovatis petiolatis enerviis ſcabris, calyc. lanceolatis. *Tournef. cor. 19. it. 1. p. 30. Corollae purpureae.*

albidus. 8. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ovato-lanceolatis tomentoſis incanis ſeſſilibus ſubtrinerviis. *Folia ſeſſilia, mollia, horizontalia. Pedunculi ex apice ramorum, plures, foliis vix longiores.*

criſpus. 11. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. lanceolatis pubeſcentibus trinerviis undulatis.

halimifolius. 12. C. arboreſcens exſtipulatus, foliolis duobus calycinis linearibus. γ, Ciſtus fruticoſus erectus, fol. oppoſitis ſeſſilibus utrinque incanis. *Mill. ic. t. 290. Flores lutei.*

libanotis. 13. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. linearibus revolutis, flor. umbellatis. *Flores lutei.*

** *Exſtipulati ſuffruticoſi.*

umbellatus. 14. C. ſuffruticoſus procumbens exſtipulatus, fol. oppoſitis, flor. umbellatis.

laevipes.

Digitized by Google

laevipes. 15. C. ſuffruticoſus adſcendens exſtipulatus, fol. alternis faſciculatis filiformibus glabris, pedunc. racemoſis. Ciſtus ſuffruticoſus procumbens, fol. alternis confertis inaequalibus ſetaceis. *Ger. prov.* 394. *t.* 14. Ciſtus humilis maſſiliotica, camphoratae tenuiſſimis foliis glabris. *Pluk. alm.* 107. *t.* 84. *f.* 6. (*Excluſis prioribus ſynonimis.*) *Ex ſingulis foliorum alis faſciculus foliorum minor. Flores lutei.*

calycinus. C. ſuffruticoſus erectus exſtipulatus, fol. linearibus, pedunc. unifloris, cal. triphyllis. *Mant.* 565. * Ciſtus humilis ſ. Chamae-Ciſtus ericae folio luteus et elatior *Bauh. pin.* 466. *Pluk. alm.* 107, *t.* 83. *f.* 6. *Similis C. Fumanae.*

Fumana. 16. C. ſuffruticoſus procumbens exſtipulatus, fol. alternis linearibus margine ſcabris, pedunc. unifloris. β. Chamae-Ciſtus, ericae folio, luteus humilior. *Bauh. pin.* 466. Helianthemum tenuifolium glabrum humi ſparſum, luteo flore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 18. *Stamina circiter* 16. *antherifera et totidem exteriora caſtrata. Folia laevia, margine ſcabra ſpinulis aliquot minutiſſimis.*

canus. 18. C. ſuffruticoſus procumbens exſtipulatus, fol. oppoſitis obovatis villoſis ſubtus tomentoſis, flor. ſubumbellatis. *Scop. ann.* 2. *p.* 53. *Mant.* 403. *

italicus. 17. C. ſuffruticoſus exſtipulatus, fol. oppoſitis hiſpidis: inferioribus ovatis; ſuperioribus lanceolatis, ramis patentibus. *An varietas C. cani?*

mariſolius. 19. C. ſuffruticoſus exſtipulatus, fol. oppoſitis oblongis petiolatis, planis ſubtus incanis.

anglicus. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis revolutis piloſis, flor. racemoſis. *Hudſ. angl.* 206. *Mant.* 245. Helianthemum alpinum, folio piloſellae minoris Fuchſii *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 18.

oelandicus. 20. C. ſuffruticoſus procumbens exſtipulatus, fol. oppoſitis oblongis utrinque glabris, petiolis ciliatis, petalis emarginatis. Ciſtus ſuffruticoſus procumbens, foliis nudis oppoſitis viridibus, floribus ſubumbellatis, calycibus hirſutis. *Ger. prov.* 396. Ciſtus helianthemos, flore parvo luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 17. *Calyx lineatus pubeſcens.*

*** Ex-

Digitized by Google

*** *Exſtipulati herbacei.*

Tuberaria. 21. C. exſtipulatus perennis, fol. radicalibus ovatis trinerviis tomentoſis; caulinis glabris lanceolatis: ſummis alternis.

guttatus. 22. C. herbaceus exſtipulatus, fol. oppoſitis lanceolatis trinerviis, racemis ebracteatis. *Mant. 403.*

canadenſis. 23. C. herbaceus exſtipulatus, fol. omnibus alternis lanceolatis, caule adſcendente.

**** *Stipulati herbacei.*

ledifolius. 24. C. herbaceus erectus glaber ſtipulatus, florib. ſolitariis ſubſeſſilibus folio ternato oppoſitis. *Capſulae longitudine calycis.*

ſalicifolius. 25. C. herbaceus patulus villoſus ſtipulatus, flor. racemoſis erectis, pedicellis horizontalibus. *Capſulae calyce longiores.*

niloticus. C. herbaceus ſtipulatus erectus, ſubtomentoſus flor. racemoſis ſolitariis ſeſſilibus oppoſitifoliis. *Mant. 246.* * *Folia elliptica, ſubtomentoſa.*

aegyptiacus. 26. C. herbaceus erectus ſtipulatus, fol. lineari-lanceolatis petiolatis, calyc. inflatis corolla majoribus. *Mant. 404.* * *Jacq. obſ. 3. p. 17. t. 68.*

***** *Stipulati ſuffruticoſi.*

ſquamatus. 27. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. obtectis ſquamis orbiculatis.

Lippii. C. ſuffruticoſus ſtipulatus erectus, fol. alternis oppoſitisque lanceolatis ſcabris, ſpicis ſecundis. *Mant. 245.* *

ſurrejanus. 28. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, procumbens fol. ovato-oblongis ſubpiloſis, petalis lanceolatis.

nummularius. 29. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. inferioribus orbiculatis; ſuperioribus ovatis.

ſerpyllifolius. 30. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis oblongis, calycibus lævibus.

glutinoſus. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. linearibus oppoſitis alternisque pedunculis villoſis glutinoſis. *Ger. prov. 394. Mant. 246.* * Chamae-Ciſtus incanus, tragorigani folio, hiſpanicus. *Barr. rar. 512. t. 415.* Helianthemum thymi folio incano. *Bauh. hiſt. 2. p. 19. Flores lutei.*

thymifolius. 31. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. ovali-linearibus oppoſitis breviſſimis congeſtis.

piloſus.

Digitized by Google

piloſus. 32. C. ſuffruticoſus ſtipulatus erectiuſculus: fol. linearibus ſubtus biſulcatis incanis, calyc. laevibus. *Flores albi. Omnes facile Ciſtos parvo flore albo, etiam appenninum ad hanc ſpeciem refert Gérard.*

racemoſus. C. ſuffruticoſus ſtipitatus, fol. lanceolato-linearibus ſubtus tomentoſis. *Mant.* 76.

Helianthemum. 33. C. ſuffruticoſus procumbens, ſtipul. lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. *Oed. dan.* 101.

hirtus. 34. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis ovatis, calycibus hiſpidis.

apenninus. 35. C. ſuffruticoſus ſtipulatus patulus, foliis lanceolatis hirtis. *Flores albi. Frutex pedalis ramoſo-patulus.*

poliſolius. 36. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. oblongo-ovatis incanis, calyc. laevibus, petal. ſerratis. *Flores albi.*

arabicus. 37. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. alternis lanceolatis planis laevibus. *Cent.* 39.

674. PROCKIA. 745. *Cal.* 3-phyllus praeter foliola 2 baſeos. *Cor.* 0. *Bacca* quinquangularis, polyſperma.

Crucis. 1. PROCKIA.

675. CORCHORUS. 745. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, deciduus. *Capſ.* plurivalvis, loculamentoſa.

olitorius. 2. C. capſ. oblongis ventricoſis, fol. ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 565.

trilocularis. 7. C. capſ. trilocularis trivalvibus triquetris: angulis bifidis ſcabris, fol. oblongis: ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 77. et 566. *Capſulae apex ſimplex eſt.*

tridens. C. capſ. linearibus teretiuſculis ſcabris, fol. ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 566. * Corchorus americanus, anguſto barbato folio. *Pluk. phyt. t.* 127. *f.* 4. *Burm. ind.* 123. *t.* 37. *f.* 2. *Styli* 3. *divaricatiſſimi, bifidi.*

aeſtuans.

Digitized by Google

aestuans. 3. C. caps. oblongis trilocularibus trivalvis sexsulcatis sexcuspidatis, fol. cordatis: serraturis infimis setaceis. *Mant.* 565. *Plak. phyt.* 127. *f.* 3. Styli 3 bifidi.

capsularis. 4. C. caps. subrotundis depressis rugosis, fol. serraturis infimis setaceis. Ganja sativa. *Rumph. amb.* 5. *p.* 212; *t.* 78. *f.* 1. Calyx *foliolis concavis, incurvatis, extus punctatis, corolla brevioribus.* Petala *emarginata.*

hirsutus. 4. C. caps. subrotundis lanatis, fol. ovatis obtusis tomentosis aequaliter serratis.

hirtus. 5. C. caps. oblongis cauleque pilosis, fol. oblongis aequaliter serratis.

siliquosus. 1. C. caps. linearibus compressis bivalvibus, fol. lanceolatis aequaliter serratis. Flores *vernales apetali tetrandri, calyce 4-phyllo; autumnales 5-petali, polyandri, calyce 5-phyllo.*

676. SEGUIERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Caps.* monosperma: ala magna terminata alulisque lateralibus.
747.

americana. 1. Seguieria. *Jacq. amer.* 170. *Folia alterna, petiolata, elliptica, emarginata. Aculei, juxta folium, recurvi. Flores racemosi, albi, foetidi.*

DIGYNIA.

678. PÆONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* 0. *Caps.* polyspermae.
747.

officinalis. 1. P. foliis oblongis.

anomala. P. calyce folioso, caps. glabris depressis. *Mant.* 247.

tenuifolia. 2. P. foliolis linearibus multipartitis. *Linn. dec.* 9. *t.* 5. *Folia in caule plurima, nec 3 tantum, ut prioris. Germina pilis purpureis.*

679. CURATELLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 4. *Styli* 2. *Caps.* 2-partita: loculis dispermis.
748.

americana. 1. Curatella. *Statura Coccolabae.*

FOTHERGILLA. *Cal.* truncatus, integerrimus. *Cor.* o. *Germen* bifidum. *Capſ.* 2-locularis. *Sem.* ſolitaria, oſſea.

Gardeni. FOTHERGILLA. *Habitat in* Carolina. *Arbuſcula Foliis fructuque Hamameli ſimilis, Flore diverſiſſima. D. Garden.*

680. CALLIGONUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* o. *Styli* o. *Fructus* hiſpidus. 1-ſpermus.
748.

Polygonoides. CALLIGONUM. *Plantam habui a p. m. Gronovio, qui aſſeverabat eſſe* Polygonoiden T; *figura minus quadrat; videant autoptae, utrum ſit eadem, nec ne.* Conf. *Mant.* 404.

TRIGYNIA.

681. DELPHINIUM. *Cal.* o. *Petala* 5. *Nectarium* bifidum, poſtice cornutum. *Siliquae* 3 ſ. 1.
748.

* *Unicapſulares.*

Conſolida. 1. D. nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo.

Ajacis. 2. D. nectariis monophyllis, caule ſimplici. *Dic quibus in terris inſcripti nomina Regum naſcantur flores, et phyllida ſolus habeto. Virg. eclog. Ecce ſuos gemitus foliis inſcripſit et AIA.*

aconiti. D. nectariis monophyllis antice quadridentatis, capſ. ſolitariis, ramulis unifloris. *Mant.* 77.

* * *Tricapſulares.*

ambiguum. 3. D. nectariis monophyllis, corollis hexapetalis, fol. multipartitis.

peregrinum. 4. D. nectariis diphyllis, corollis enneapetalis, fol. multipartitis obtuſis. Delphinium nectariis diphyllis, floribus ſolitariis, foliis multipartitis: foliolis linearibus acuminatis. *Allion nic.* 200. *taur.* 71. ✱

grandiflorum. 5. D. nectariis diphyllis: labellis integris, flor. ſubſolitariis, fol. compoſitis lineari-multipartitis. *Mill. ic. t.* 250. *f.* 1. *Gmel. ſib.* 4. *t.* 78.

elatum.

Digitized by Google

elatum. 6. D. nectariis diphyllis: labellis bifidis apice barbatis, fol. incisis, caule erecto. *Mill. ic. t.* 250. *f.* 2. *Gmel. sib.* 4. *p.* 187. *t.* 75—80.

Staphisagria. 7. D. nectariis tetraphyllis petalo brevioribus, fol. palmatis lobis obtusis. *Varietas foliis albo-venosis differt Foliis incisis, 7-partitis, laciniis acuminatis; Corollae calcari non obsoleto, sed longitudine pedicelli.*

682. ACONITUM. *Cal.* 0. *Petala* 5: supremo fornicato. 770. *Nectaria* 2, pedunculata, recurva. *Siliquae* 3 s. 5.

* *Tricapsulares.*

Lycoctonum. 1. A. fol. palmatis multifidis villosis.

Napellus. 4. A. foliorum laciniis linearibus superne latioribus linea exaratis.

pyrenaicum. 5. A. fol. multipartitis: laciniis linearibus incumbentibus squarrosis.

* * *Quinquecapsulares.*

Anthora. 7. A. flor. pentagynis, foliorum laciniis linearibus.

variegatum. 3. A. flor. pentagynis, fol. laciniis semipartitis superne latioribus.

Cammarum. 6. A. flor. subpentagynis, foliorum laciniis cuneiformibus incisis acutis. *Corollae galea mucrone elongato.*

uncinatum. 2. A. flor. subpentagynis, foliis multilobis, corollarum galea longius extensa. *Haec americana flore fere A. Cammari, sed foliis propior Napello.*

TETRAGYNIA

683. TETRACERA. *Cal.* 6-phyllus. *Capsulae* 4. 751.

volubilis. 1. TETRACERA.

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Styli* saepius 4. *Drupa* Nucleis 4 sulcis reticulatis.

nuciferum. CARYOCAR. *Mant.* 247. *Drupa magnitudine capitis. Allamand.*

Digitized by Google

POLYGYNIA.

688. DILLENIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capsulae* polyspermae, connatae, pulpa repletae.
754.

indica. 1. DILLENIA. *Obs. an hujus generis* Sangius. *Rumph. amb.* 2. *t.* 46?

611. ILLICIUM. (*Mant.* 167.) *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 27. *Caps.* plures in orbem digestae, bivalves, monospermae.

anisatum. I. (floribus flavescentibus) *Sp. plant.* 664. Somo vulgo Skimmi *Kaempf. amoen.* 880. *t.* 881. Anisum stellatum. *Mat. med.* 510.

floridanum. I. (floribus rubris) . . *Ellis. act. angl.* 1770. (v. 60.) *p.* 524. *t.* 12. *Flores rubri. Fructus odoratissimi.*

689. LIRIODENDRON. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Sem.* imbricata in strobilum.
755.

Tulipifera. 1. L. fol. lobatis. *Butt. can.* 229. *

Lilifera. 2. L. fol. lanceolatis.

690 MAGNOLIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Caps.* 2-valves, imbricatae. *Sem.* baccata, pendula.
755.

grandiflora. 1. M. fol. lanceolatis perennantibus. *Corolla omnium arborum facile maxima. Folia coriacea, antiquiora purpurascenti-pubescentia. Munchhaus.*

glauca. 2. M. fol. ovato-oblongis subtus glaucis. *Folia subtus albido-caerulescentia.*

acuminata. 4. M. fol. ovato-oblongis acuminatis. *Folia utrinque viridia dimidio angustiora. Lignum flavum. Munchaus.*

tripetala. 3. M. fol. lanceolatis, petalis exterioribus dependentibus. *Trew. ehret.* 30. *t.* 32, 33. *Flores magnitudine M. grandiflorae, fragrantissimi; Folia umbellatim posita, 30 pollices longa. Munchh.*

691.

Digitized by Google

691. MICHELIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 15. *Baccae* multae, 4-ſpermae.
756.

Champaca. 1. M. fol. lanceolatis. *Flores lutei ſuaveolentiſſimi.*
Tſiampaca. 2. M. fol. lanceolato-ovatis. *Mant.* 78. Michelia evonymoides. *Burm. ind.* 124.

692. UVARIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Baccae* numeroſae, pendulae, 4-ſpermae.
756.

zeylanica. 1. U. foliis integerrimis.
javanica. 2. U. foliis ſerratis.

693. ANNONA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Bacca* polyſperma, ſubrotunda, cortice ſquamato.
756.

muricata. 1. A. fol. ovali-lanceolatis glabris nitidis planis, pomis muricatis. *Jacq. obſ.* 10. *t.* 5. Araticu Ponhe *Marcg. braſ.* 93. *Mant.* 405. *Cor. 3-petala extus ſcabra: Nectarii petala 3, minora, extus alba laevia, intus rubra. Fructus cordatus muricatus.*
ſquamoſa. 2. A. fol. oblongis ſubundulatis, fruct. obtuſe ſubſquamatis. *Jacq. obſ.* 13. *t.* 6. Anona indica, fructu ex viridi luteo, cortice ſquamato aſpero, nucleis nigricantibus parvis. *Pluk. alm* 31. *t.* 134. *f.* 3. Guanabanus foliis odoratis, fructu ſubrotundo ſquamoſo. *Plum. gen.* 43. *Mant.* 405.
reticulata. 3. A. fol. lanceolatis, fruct. ovatis reticulato-areolatis. *Jacq. obſ.* 14. Anona-maram. *Rheed. mal.* 3. *p.* 23. *t.* 30. 31. (*non Catesbaei*). Guanabanus fructu aureo et molliter aculeato. *Plum. gen.* 43.
paluſtris. 4. A. fol. oblongis obtuſiuſculis glabris, fruct. areolatis. Guanabanus paluſtris, fructu laevi viridi. *Plum. mſſ.*
glabra. 5. A. fol. lanceolato-ovatis, fruct. conoidibus glabris.
triloba. 6. A. fol. lanceolatis, fruct. trifidis.
aſiatica. 7. A. fol. lanceolatis glabris nitidis lineatis.
africana. 8. A. fol. lanceolatis pubeſcentibus.

Digitized by Google

694. ANEMONE. *Cal.* o. *Petala* 6-9. *Sem.* plura. 758.

* Hepaticae *flore subcalyculato.*

Hepatica. 1. A. fol. trilobis integerrimis.

* * Pulsatillae *pedunculo involucrato, Seminibus caudatis.*

patens. 3. A. pedunc. involucrato, fol. digitatis multifidis.

sulphurea. 23. A. pedunc. involucrato, fol. triplicato-pinnatis pilosis planis acute incisis, sem. caudatis. *Mant.* 78. Petala *supra lutea.*

baldensis. 22. A. fol. biternatis hirsutis. *Mant.* 78.

vernalis. 4. A. pedunc. involucrato, fol. pinnatis, flore erecto. *Oed. dan.* 29. Anemone tubis caudatis, involucris multifidis, foliis pinnatis, pinnis latis lobatis. *Hall. flor.* 1147. *t.* 21. (*Exclusa hortensi. CB.*).

Pulsatilla. 5. A. pedunc. involucrato, pet. rectis, fol. bipinnatis. *Oed. dan.* 153.

pratensis. 6. A. pedunc. involucrato, pet. apice reflexis, foliis bipinnatis. *Distincta species a praecedenti.*

alpina. 7. A. fol. caulinis ternis connatis supradecompositis multifidis feminibus hirsutis caudatis. *Mant.* 406. *

* * * Anemones *caule folioso, Seminibus caudatis.*

coronaria. 8. A. fol. radicalibus ternato-decompositis, involucro folioso.

hortensis. 9. A. foliis digitatis, seminibus lanatis. Anemone fol. digitatis: lobis incisis, petalis lanceolatis numerosis. *Ger. prov.* 380.

palmata. 2. A. fol. cordatis sublobatis, calyce hexaphyllo colorato.

* * * * Anemonidea *flore nudo, Seminibus ecaudatis.*

fibirica. 18. A. caule unifloro, involucro folioso obtuso. *Folia suborbiculata, ternata: foliola inciso-palmata, ciliata, petiolis hirtis.*

sylvestris. 10. A. pedunc. nudo, sem. subrotundis hirsutis muticis.

virginica

Digitized by Google

virginiana. 11. A. pedunc. alternis longissimis, fruct. cylindricis, sem. hirsutis muticis.

decapetala. 23. A. caule unifloro, flor. decapetalo, fol. ternatis lobatis radicalibus. *Mant.* 79.

pensylvanica. A. caule dichotomo, fol. sessilibus amplexicaulibus: infimis ternis trifidis incisis. *Syst. nat.* 3. *p.* 231.* Anemone pensylvanica. *Mant.* 247. * *Similis dichotomae, at folia terna ad caulis primam dichotomam.*

dichotoma. 12. A. caule dichotomo, fol. sessilibus omnibus oppositis amplexicaulibus trifidis incisis. *Linn. dec.* 29. *t.* 15. *Mant.* 406.*

trifolia. 13. A. fol. ternatis ovatis integris serratis, caule unifloro.

quinquefolia. 14. A. fol. quinatis ovalibus serratis, caule unifloro.

nemorosa. 15. A. sem. acutis, foliol. incisis, caule unifloro. *Oed. dan.* 549.

apennina. 16. A. sem. acutis, foliol. incisis, petalis lanceolatis numerosis.

ranunculoides. 17. A. sem. acutis, foliol. incisis, pet. subrotundis, caule sub-bifloro. *Oed. dan.* 140.

narcissiflora. 19. A. flor. umbellatis, sem. depresso-ovalibus nudis. *Mant.* 406. Anemone seminibus nudis rotundis planis, foliis septifidis imbricatis hirsutis. *Hall. flor.* 1155. Ranunculus montanus hirsutus albus altior. *Bauh. pin.* 183. *Hall. Corollae hypocrateriformes.*

fasciculata. 20. A. flor. umbellatis congestis, fol. multifidis. *Varietatem A. narcissiflorae credit. Haller.*

Thalictroides. 21. A. flor. umbellatis, fol. caulinis simplicibus verticillatis, radicalibus biternatis. *Involucrum foliolis petiolatis.*

695. ATRAGENE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 12. *Sem.* 764. caudata.

alpina. 2. A. fol. duplicato-ternatis serratis, petal. exterioribus quaternis. Clematis fol. compositis et decompositis: foliolis ternatis serratis. *Mill. ic. t.* 284. *Plantam alpinam ab austriaca distinguendam monet Jacq. vind.* 249.

capensis. 3. A. fol. ternatis: foliolis incisis dentatis, petalis exterioribus quinis. *Mant.* 406. *Berg. cap.* 148.

zeylanica. 1. A. cirrhis diphyllis. *Caulescens et scandens.*

Digitized by Google

696. CLEMATIS. *Cal.* o. *Petala* 4. rarius 5. *Sem.* caudata.
765.

** Scandentes.*

cirrhosa. C. fol. simplicibus, caule cirrhis oppositis scandente, pedunc. unifloris lateralibus.

Viticella. 1. C. fol. compositis decompositisque: foliolis ovatis sublobatis integerrimis. *Folia floralia ovata. Petala deltoidea.*

Viorna. 2. C. fol. compositis decompositisque: foliolis quibusdam trifidis.

crispa. 3. C. fol. simplicibus ternatisque: foliolis integris trilobisve.

orientalis. 4. C. fol. compositis: foliolis incisis angulatis lobatis cuneiformibus, petalis interne villosis.

virginiana. 6. C. fol. ternatis: foliolis cordatis sublobato-angulatis scandentibus, flor. dioicis.

dioica. 5. C. fol. ternatis integerrimis, flor. dioicis.

Vitalba. 8. C. fol. pinnatis: foliolis cordatis scandentibus. *Variat Foliolis integris et incisis.* (*Exclusa americana*)

Flammula. 9. C. fol. inferioribus pinnatis laciniatis: summis simplicibus integerrimis lanceolatis. Clematis foliis pinnatis: foliolis alternis; caulinis flexuosis scandentibus. *Ger. prov.* 382.

** * Erectae.*

maritima. 10. C. fol. pinnatis linearibus, caul. simplicibus hexagonis.

erecta. 8. C. fol. pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, flor. pentapetalis tetrapetalisque.

integrifolia. 9. C. fol. simplicibus ovato-lanceolatis, flor. cernuis. *Petala coriacea.*

697. THALICTRUM. *Cal.* o. *Petala* 4 s. 5. *Sem.* ecaudata.
767.

alpinum. 1. T. caule simplicissimo subnudo, racemo simplici terminali. *Oed. dan.* 11.

fœtidum. 2. T. caule paniculato filiformi ramosissimo folioso. Odor hircosus.

tuberosum. 3. T. flor. pentapetalis, radice tuberosa. *Mill. ic. t.* 265. *f.* 2.

cornuti-

Digitized by Google

Cornuti. 4. T. flor. pentapetalis, radice fibrosa.
dioicum. 5. T. floribus dioicis.
minus. 5. T. fol. sexpartitis, flor. cernuis. Thalictrum alpinum minus saxatile, rutae folio, staminibus luteis. *Segu. ver. 476. t. 11.*
sibiricum. 8. T. fol. tripartitis: foliolis subreflexis argute incisis, flor. cernuis.
purpurascens. 7. T. fol. tripartitis, caule foliis duplo altiore, floribus cernuis.
angustifolium. 9. T. foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *Affine T. flavo.*
803. COCHLEARIA. *Silic.* cordata: valvulis obtusis, gibbis.
801. LEPIDIUM. *Silic.* cordata: valvulis acute carinatis.
802. THLASPI. *Silic.* obcordata: valvulis marginato-carinatis.
808. BISCUTELLA. *Silic.* biloba supra intraque, margine carinato.
798. ANASTATICA. *Silic.* retusa: valvulis dissepimento mucronato longioribus.

SILIQUOSAE.

* *Calyx clausus foliolis longitudinaliter conniventibus.*

822. RAPHANUS. *Siliqv.* articulata.
814. ERYSIMUM. *Siliqv.* tetragona.

815.

Digitized by Google

815. CHEIRANTHUS. *Siliqv.* germine utrinque glandula notato.
817. HESPERIS. *Glandulae* intra ſtamina breviora. *Petala* obliqua.
818. ARABIS. *Glandulae* 4 intra foliola calycina. *Stigma* ſimplex.
820. BRASSICA. *Glandulae* 2 intra ſtamina breviora; 2 extra ſtamina longiora.
819. TURRITIS. *Petala* erecta.
811. DENTARIA. *Siliqv.* valvis revoluto-dehiſcentibus.
810. RICOTIA. *Siliqv.* unilocularis.

** *Calyx hians foliolis ſuperne diſtantibus.*

825. CRAMBE. *Siliqv.* decidua, globoſa, ſicco-baccata. *Filamenta* 4 apice bifurca.
824. ISATIS. *Siliqv.* decidua. lanceolata, monoſperma.
823. BUNIAS. *Siliqv.* decidua, ſubrotunda, muricata.
826. CLEOME. *Siliqv.* dehiſcens, unilocularis.
812. CARDAMINE. *Siliqv.* dehiſcens: valvulis revolutis.
827. SINAPIS. *Siliqv.* dehiſcens. *Cal.* horizontaliter patens.
813. SISYMBRIUM. *Siliqv.* dehiſcens: valvis rectiuſculis. *Cal.* patulus.
816. HELIOPHILA. *Siliqv.* dehiſcens. *Nectaria* 2, recurvata.

SILICULOSA.

796. MYAGRUM. *Silicula* ſtylo conico terminata; loculo ſubmonoſpermo.
893.

perenne. 1. M. ſiliculis biarticulatis monoſpermis, fol. extrorſum ſinuatis denticulatis. Myagrum ſiliculis articulatis binatis monoſpermis, foliis ſinuatis ſubdentatis. *Ger. prov. 342. Siliculae articulus inferior ſtrictus abortit; ſuperior globoſus, ſtriatus, monoſpermus.*

orientale. 2. M. ſiliculis ſulcatis laevibus, fol. oblongis dentato-ſinuatis. *Siliculae articulis 2, ſulcis 3. elevatis; ſtylo longitudine ſiliculae.*

rugoſum. 3. M. ſiliculis ſulcatis piloſis rugoſis, fol. oblongis obtuſis dentatis.

hiſpanicum. 4. M. ſiliculis laevibus ſubtoroſis, foliis lyratis.

perfoliatum. 5. M. ſiliculis obcordatis ſubſeſſilibus, foliis amplexicaulibus. *Siliculae loculamenta lateralia ſunt inania.*

Digitized by Google

sativum. 6. M. siliculis obovatis pedunculatis polyspermis.

panicula-tum. 7. M. siliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis. *Oed. 204.*

saxatile. 8. M. siliculis lentiformibus obovatis glabris: foliis petiolatis oblongis serratis scabris, caule paniculato. *Filamenta longiora sunt approximata, ad latus alterum alterius posita, apice bifurco, cujus ramus interior truncatus, exterior extrorsum arcuatus. Jacq. unde affinitas Alyssi.*

aegypti-um. 9. M. siliculis angulatis, foliis tripartitis. *Stylus brevissimus. Facies Buniae Kakiles.*

797. VELLA. *Silicula* dissepimento valvulis duplo majore, extus ovato.
895.

annua. 1. V. fol. pinnatifidis, siliculis pendulis. *Trew. ic. 10. t. 8.*

Pseudo-Cytisus. 2. V. foliis integris obovatis ciliatis, siliculis erectis.

798. ANASTATICA. *Silicula* retusa, margine coronata valvulis dissepimento duplo longioribus, *Stylo* intermedio mucronato, obliquo: loculis 1-spermis.
895.

hierochun-tica. 1. A. fol. obtusis, spicis axillaribus brevissimis, siliculis ungulatis spinosis. *Jacq. hort. t. 58.* Rosa hierochuntica. *Besl. eyst. aut. 4. t. 1. f. 2, 3.*

syriaca. 2. A. fol. acutis, spicis folio longioribus, siliculis ovatis rostratis. *Mant. 424. Jacq. aust. t. 6.* Myagrum e Sumatra et Syria, semine spinoso simili capiti aviculae. *Zan. hist. 142.* Thlaspi hiericho sylvestri affine Bocc. mus. 135. *t.* 98. *Folia lanceolata, serrata, petiolata, subscabra. Spicae axillares, brevissimae, terminatae mucrone. Petala distantia, linearia, emarginata, calycis longitudine. Siliculae sessiles, subovatae, scabriusculae, mucrone inarticulato.*

799. SUBULARIA. *Silicula* integra, ovata: valuis ovatis, concavis, dissepimento contrariis. *Stylus* silicula brevior.
866.

aquatica. 1. SUBULARIA. *Oed. 53.*

800.

Digitized by Google

800. DRABA. *Silicula* integra, ovali-oblonga; valvis planiusculis, dissepimento parallelis. *Stylus* nullus.
896.

aizoides. 7. D. scapo nudo simplici, fol. ensiformibus carinatis ciliatis. *Mant. 91.*

ciliaris. 8. D. caule subnudo, fol. linearibus margine carinaque ciliatis, petalis integris. *Mant. 91.*

alpina. 1. D. scapo nudo simplici, fol. lanceolatis integerrimis. *Oed. 56. Synonyma exceptis nostris propriis et Oederi ad praecedentem amandanda. Folia radicalia omnia, patentia, lanceolata, supra pilis adspersa, more Androsaces disposita;* minime *imbricata s. linearia s. ciliata, aut supra laevia. Caulis aphyllus, adspersus raris pilis:* nec *monophyllus s. laevis. Petala leviter emarginata;* nec *integra.*

verna. 2. D. scapis nudis, foliis subserratis.

pyrenaica. 3. D. scapo nudo, fol. cuneiformibus palmatis trilobis. *Ger. prov. 344. Folia inferiora 5-fida, superiora 3-fida. Flores purpurei.*

muralis. 4. D. caule ramoso, fol. ovatis sessilibus dentatis. *Pedunculi fructiferi horizontales siliculis longiores. Flores lutei aut albi.*

hirta. 5. D. scapo unifolio, fol. subhirsutis, siliculis obliquis pedicellatis. *Oed. dan. t. 142.*

incana. 6. D. fol. caulinis numerosis incanis, siliculis oblongis, obliquis subsessilibus. *Oed. dan. t. 130.*

801. LEPIDIUM. *Silicula* emarginata, cordata, polysperma: valvulis carinatis, contrariis.
897.

perfoliatum. 1. L. fol. caulinis pinnato-multifidis, ramiferis cordatis amplexicaulibus integris.

vesicarium. 3. L. caulium geniculis inflatis.

nudicaule. 4. L. scapo nudo simplicissimo, flor. tetrandris, fol. pinnatifidis. *Distinctum ab Iberide nudicauli.*

procumbens. 5. L. fol. sinuato-pinnatifidis extremo majore, scapo nudo, caul. prostratis racemiferis. *Mant. 424.* *

alpinum. 6. L. fol. pinnatis integerrimis, scapo subradicato, siliculis lanceolatis mucronatis. *Oed. 569? Petala calyce majora. Stamina 4. Jacq.*

Digitized by Google

petraeum. 7. L. fol. pinnatis integerrimis, petalis emarginatis calyce minoribus.

cardamines. 9. L. fol. radicalibus pinnatis, caulinis lyratis. Lepidium fol. inferioribus alterno-pinnatis carnosis glaucis, superioribus sessilibus dentatis apice ovatis. *Ard. spec. 1. p. 19. t. 8.*

spinosum. L. fol. pinnatis: foliolis lunatis: exterioribus elongatis, ramis mucronatis. *Mant. 253.** Lepidium spinosum foliis pinnatifidis sursum cristatis, spicis subulatis. *Ard. specim. 2. p. 34. t. 16.*

sativum. 8. L. flor. tetradynamis, fol. oblongis multifidis.

lyratum. 10. L. fol. lyratis crispis.

latifolium. 11. L. fol. ovato-lanceolatis integris serratis. *Oed.* 557.

subulatum. 12. L. fol. subulatis indivisis sparsis, caule suffruticoso.

graminifolium. 13. L. fol. linearibus: superioribus integerrimis, caule paniculato virgato, floribus hexandris. *Similis, diversa tamen, ab Iberide linifolia. Adulta dejicit folia.*

suffruticosum. 18. L. fol. lanceolato-linearibus tenuibus integerrimis, caul. suffruticosis. *Mant. 91.*

didymum. 19. L. fol. pinnatifidis, caul. erecto, fructibus didymis. *Mant. 92.*

ruderale. 14. L. flor. diandris apetalis, fol. radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. *Oed. 184.*

virginicum. 15. L. flor. subtriandris tetrapetalis, fol. linearibus pinnatis.

Iberis. 16. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. inferioribus lanceolatis serratis; superioribus linearibus integerrimis. *Mant. 425.*

bonariense. 17. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. omnibus pinnato-multifidis.

chalepense. 2. L. fol. sagittatis sessilibus dentatis. *Cent. 169.*

802. THLASPI. *Silicula* emarginata, obcordata, polysperma: valvulis navicularibus, marginato-carinatis.
901.

peregrinum. 1. T. siliculis suborbiculatis, fol. lanceolatis integerrimis.

arvense. 2. T. siliculis orbiculatis, fol. oblongis dentatis glabris.

allia-

Digitized by Google

alliaceum. 3. T. ſiliculis ſubovatis ventricoſis, fol. oblongis obtuſis dentatis glabris.

ſaxatile. 4. T. ſiliculis ſubrotundis, fol. lanceolato-linearibus obtuſis carnoſis. Thlaſpi ſiliculis ſubrotundis, fol. integris glabris lanceolato-linearibus, radicalibus ovatis. *Ger. prov.* 348. Thlaſpi montanum, pingui folio, carneo flore, plana et cordata ſiliqua. *Barr. ic.* 845. Thlaſpi ſiliquis ellipticis, foliis lanceolato-linearibus integerrimis *Act. petrop. 5. p. 330. fig. Similis Iberidi ſaxatili.*

hirtum. 5. T. ſiliculis ſubrotundis piloſis, fol. caulinis ſagittatis villoſis.

campeſtre. 6. T. ſiliculis ſubrotundis, fol. ſagittatis dentatis incanis.

montanum. 7. T. ſiliculis obcordatis, fol. glabris: radicalibus ſubcarnoſis obovatis integerrimis, caulinis amplexicaulibus, corollis calyce majoribus. *Corollae ſubaequales. Fructus Faciesque Thlaſpeos ab Iberide hanc diſtinguunt.*

perfoliatum. 8. T. ſiliculis obcordatis, fol. caulinis cordatis glabris ſubdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoſo.

alpeſtre. 9. T. ſiliculis obcordatis, fol. ſubdentatis: caulinis amplexicaulibus, petalis longitudine calycis, caule ſimplici. *Cum T. perfoliato jungitur a Gerardo, at ſeparatur ab Hallero. Corolla perexigua alba.*

Burſa paſtoris. 10. T. ſiliculis obcordatis, fol. radicalibus pinnatifidis. γ. Burſa paſtoris major, folio non ſinuato. *Bauh. pin.* 108.

803. COCHLEARIA. *Silicula* emarginata, turgida, ſcabra: valvulis gibbis, obtuſis.
903.

officinalis. 1. C. fol. radicalibus cordato-ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis. *Oed.* 135. *Caulis ramoſus.*

danica. 3. C. fol. haſtato-angulatis: omnibus deltoidibus. *Mant.* 425. *Oed. dan.* 100. *Caulis non ramoſus. Stolones procumbentes.*

anglica. 2. C. fol. omnibus ovato-lanceolatis *Oed.* 329.

groenlandica. 4. C. fol. reniformibus integris, carnoſis.

Coronopus. 5. C. fol. pinnatifidis, caule depreſſo. *Oed.* 202.

Armora-

Digitized by Google

Armoracia. 6. C. fol. radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis incisis.

glastifolia. 7. C. fol. caulinis cordato-sagitatis amplexicaulibus. *Statura turritidis.*

Draba. 8. C. fol. lanceolatis amplexicaulibus dentatis. *Caules prostrati, parum ramosi. Folia hastata, lato-lanceolata, incana.*

804. IBERIS. *Cor.* irregularis: petalis 2. exterioribus 904. majoribus. *Silicula* polysperma, emarginata.

semperflorens. 1. I. frutescens, fol. cuneiformibus integerrimis obtusis. Thlaspi persicum. *Riv. tetr. 224. f. 2.*

sempervirens. 2. I. frutescens, fol. linearibus acutis integerrimis. *Riv. tetrap. 224. f. 1.*

gibraltarica. 4. I. frutescens, fol. apice dentatis.

saxatilis. 3. I. suffrutescens, fol. lanceolato-linearibus carnosis acutis integerrimis ciliatis. *Ger. prov. 354. Gouan. hort.*

rotundifolia. 5. I. herbacea, fol. ovatis: caulinis amplicaulibus laevibus succosis. Thlaspi minimum, siliculis obcordatis, foliis inferioribus ovatis petiolatis, superioribus lanceolatis amplexicaulibus. *Ard. spec. 2. p. 33. t. 15. f. 1. Caulis repens. Flores fere regulares. Silicula subquadrangularis. Similis Thlapsi saxatili.*

umbellata. 7. I. herbacea, fol. lanceolatis acuminatis: inferioribus serratis; superioribus integerrimis. Iberis cretica. *Riv. tetr. 225.*

amara. 8. I. herbacea, fol. lanceolatis acutis subdentatis, flor. racemosis.

linifolia. 6. I. herbacea, fol. linearibus integerrimis, caulinis serratis, caule paniculato, corymbis hemisphaericis. *Diversa a Lepidio graminifolio.*

odorata. 9. I. herbacea, fol. linearibus superne dilatatis serratis.

arabica. 10. I. herbacea, fol. ovatis glabris aveniis integerrimis, siliculis basi apiceque bilobis.

nudicaulis. 12. I. herbacea, fol. sinuatis, caule nudo simplici. *Oed. 323.*

pinnata. 11. I. herbacea, fol. pinnatifidis. *Corymbus non mutatur. Calyx rubicundus. Petala alba.*

805.

805. ALLYSSUM. *Filamenta* quaedam iutrorsum denticulo notata. *Silicula* emarginata.
907.

* *Suffruticosa.*

spinosum. 1. A. racemis senilibus spiniformibus nudis. *Petala alba, integra. Stamina edentula.*

halimifolium. 3. A. caulibus procumbentibus perennantibus, fol. lanceolato-linearibus acutis integerrimis.

saxatile. 4. A. caulibus frutescentibus paniculatis, fol. lanceolatis mollissimis repandis. *Ard. spec.* 1. *p.* 18. *t.* 7. Thlaspi luteum, leucoji folio. *Bocc. mus.* 79. *t.* 93. *Petala lutea, integra.*

alpestre. A. caulibus suffruticosis diffusis, fol. subrotundis incanis, calyc. coloratis. *Ger. prov.* 352. *t.* 13. *f.* 2. *Mant.* 92.

** *Herbacea.*

hyperborum. 14. A. caul. herbaceis, fol. incanis dentatis, stamin. quatuor bifurcatis.

incanum. 6. A. caule erecto, fol. lanceolatis incanis integerrimis, flor. corymbosis, petalis bifidis. *Petala alba.*

minimum. 7. A. caulib. herbaceis diffusis, fol. linearibus tomentosis, siliculis compressis. *Petala lutea, subemarginata.*

calycinum. 8. A. caulib. herbaceis, stam. omnibus dentatis, calyc. persistentibus. Alyssum staminibus quatuor dentatis: duobus squamula longitudinali, calyc. persistentibus. *Jacq. vind.* 114.

montanum. 2. A. caulibus herbaceis diffusis, fol. sublanceolatis punctato-echinatis. *Jacq. aust. t.* 37. Thlaspi alpinum repens. *Bauh. pin.* 107. *Petala lutea. Stamina 4 apice bifida; 2 basi denticulo.*

campestre. 9. A. caule herbaceo, staminibus stipatis pari setarum, calycibus deciduis.

clypeatum. 10. A. caule erecto herbaceo, siliculis sessilibus ovalibus compresso-planis, petalis acuminatis linearibus.

*** *Siliculis inflatis. s. calycibus oblongis clausis.*

sinuatum. 11. A. caule herbaceo, fol. lanceolato-deltoidibus, siliculis inflatis.

creticum.

Digitized by Google

creticum. 15. A. caule fruticoso, fol. lanceolatis subdentatis tomentosis, siliculis inflatis globosis. *Mant.* 92.

gemovense. 17. A. caule herbaceo, ramis divaricatis, fol. radicalibus obovatis subtomentosis, siliculis inflatis. *Mant.* 92. *Ard. spec.* 2. *p.* - *t.* 10. *differt ab A. cretico ramis divaricatis, floribus minoribus, saturate luteis.*

utriculatum. 12. A. caule herbaceo erecto, fol. laevibus lanceolatis, integerrimis, siliculis inflatis. *Mant.* 92. Thlaspi fruticosum: leucoji folio viridi. *Tournef. inst.* 218. *Flos Lunariae. Folia radicalia pilosa.*

Vesicaria. 13. A. fol. linearibus dentatis, siliculis inflatis angulatis acutis.

deltoideum. 5. A. caulibus suffrutescentibus prostratis, fol. lanceolato-deltoidibus, siliculis hirtis. *Flores Cheiranthi, violacei. Calyx oblongus, clausus, basi opposite gibbosus.*

807. CLYPEOLA. *Silicula* emarginata, orbiculata, compresso-plana, decidua.
910.

Jonthlaspi. 1. C. siliculis orbiculatis unilocularibus monospermis. *Mant.* 426. *Stamina Alyssi.*

tomentosa. 3. C. siliculis orbiculatis bilocularibus, fol. subtomentosis. *Mant.* 92.

maritima. 2. C. perennis, siliculis bilocularibus ovatis dispermis. *Mant.* 426. Thlaspi montanum perenne, flore albo. *Barr. ic.* 844. Alysson caulibus diffusis, foliis linearibus. *Ger. prov.* 350.

806. PELTARIA. *Silicula* integra, suborbiculata, compresso-plana, non dehiscens.
910.

alliacea. 1. PELTARIA.

808. BISCUTELLA. *Silicula* compresso-plana, rotundata, supra infraque biloba. *Cal.* foliola basi gibba.
911.

auriculata. 1. B. calycibus nectario utrinque gibbis, siliculis in stylum coëuntibus. *Haec sola siliculae lobis in stylum coit.*

Digitized by Google

apula. 2. B. filic. fcabris, fol. lanceolatis feffilibus ferratis. *Mant.* 254. * Bifcutella didyma. *Spec. plant.* 911. Thlafpidium apulum fpicatum. *Tournef. inft.* 214. Jondraba alyffoides apula fpicata. *Col. ecphr.* 1. *p.* 283. *t.* 284. *f.* 1.

lyrata. B. filic. fcabris. fol. lyratis. *Mant.* 254. * Thlafpi bifcutatum raphani f. Irionis folio. *Bocc. fic.* 45. *t.* 23.

coronopifolia. B. filic. glabris, fol. dentatis hirtis. *Mant.* 255. *

laevigata. B. filic. glabris, fol. lanceolatis ferratis. *Mant.* 255. * Leucojum alyffoides umbellatum montanum. *Col. ecphr.* 1. *p.* 283. *t.* 284.

fempervirens. B. filic. fcabriufculis, fol. lanceolatis tomentofis. *Mant.* 255. * Thlafpi bifcutellatum luteum, anchufae folio. *Barr. rar.* 39. *t.* 841. *Bocc. muf.* 267. *t.* 122. *Haec a reliquis magis diftincta caulibus fuffrutiofis foliisque Cheiranthi incani.*

809. LUNARIA. *Silicula* integra, elliptica, compreffo-plana, pedicellata; valvis diffepimento aequalibus, parallelis, planis. *Cal.* foliolis faccatis.
911.

rediviva. 1. L. fol. alternis. *Befl. eyft. vern.* 7. *f.* 2. *Radix perennis. Flores odori.*

annua. 2. L. fol. oppofitis. *Befl. eyft. vern.* 7. *f.* 1. *Radix biennis. Flores inodori. Caulis hirfutus. Planta culta habuit folia oppofita; an femper? praeftantior nota inquirenda.*

SILIQUO-

Digitized by Google

SILIQUOSA.

810. RICOTIA. *Siliqua* unilocularis, oblonga, compressa; valvulis planis.
912.

aegyptiaca. 1. RICOTIA.

811. DENTARIA. *Siliqua* elastice dissiliens valvulis revolutis. *Stigma* emarginatum. *Cal.* longitudinaliter connivens.
912.

enneaphylla. 1. D. fol. ternis ternatis.

bulbifera. 2. D. fol. inferioribus pinnatis, summis simplicibus. *Oed.* 361.

pentaphyllos. 3. D. fol. summis digitatis. Dentaria foliis pinnatis et digitatis. *Ger. prov.* 356. β Dentaria foliis omnibus quinato-digitatis. *Ger. prov.* 356. Saxifraga montana, radice squamis denticulatis. *Gesn. fasc.* 1. *t.* 1. *f.* 1. *Plantam β pro distincta specie tradit Gerard.*

812. CARDAMINE. *Siliqua* elastice dissiliens valvulis revolutis. *Stigma* integrum. *Cal.* subhians.
913.

* *Foliis simplicibus.*

bellidifolia. 1. C. fol. simplicibus ovatis integerrimis: petiolis longis. (*Excluso synonymo Clusii*). *Oed.* 20.

asarifolia. 2. C. fol. simplicibus subcordatis. (*Excluso Bauhino*).

nudicaulis. 3. C. fol. simplicibus lanceolatis sinuato-dentatis, caulibus nudis.

petraea. 4. C. fol. simplicibus oblongis dentatis. *Oed.* 386. *Siliquae valvulae a basi dehiscunt, non vero revolvuntur. Mygind.*

* * *Foliis ternatis.*

resedifolia. 5. C. fol. inferioribus indivisis, superioribus trilobis pinnatisque.

trifolia. 6. C. fol. ternatis obtusis, caule subnudo. *Jacq. aust. t.* 27.

africana. 7. C. fol. ternatis acuminatis, caule ramosissimo.

* * * Fo-

* * * *Foliis pinnatis.*

chelidonia. 8. C. fol. pinnatis: foliolis quinis incisis.

impatiens. 9. C. fol. pinnatis incisis stipulatis, flor. apetalis. *Florem unicum cum Corolla petalis albis, majoribus quam in parviflora, reperi 1764; diversa tamen a C. parviflora.*

parviflora. 10. C. fol. pinnatis exstipulatis, foliolis lanceolatis obtusis, floribus corollatis.

graeca. 11. C. foliis pinnatis: foliolis palmatis aequalibus petiolatis. *Mant.* 427. *

hirsuta. 12. C. fol. pinnatis, flor. tetrandtris.

pratensis. 13. C. fol. pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis.

amara. 14. C. fol. pinnatis, axillis stoloniferis. Nasturtium pyrenaicum aquaticum latifolium, purpurascente flore. *Herm. parad.* 203. *t.* 203.

virginica. 15. C. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis basi unidentatis. *Pet. Gaz. t.* 105. *f.* 18.

813. SISYMBRIUM. *Siliqua* dehiscens valvulis rectiusculis. *Calyx* patens. *Corolla* patens.
916.

* *Siliquis declinatis brevibus.*

Nasturtium. 1. S. siliquis declinatis, fol. pinnatis: foliolis subcordatis.

sylvestre. 4. S. siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliolis lanceolatis serratis. *Oed. dan.* 409?

amphibium. 5. S. siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliolis pinnatifidis serratis.

pyrenaicum. 3. S. siliquis subovatis, foliis inferioribus lyratis, superioribus bipinnatifidis amplexicaulibus, stylis filiformibus. Sisymbrium foliis pinnatis: imorum pinnis oblongis, superiorum linearibus integris, siliquis ovalibus oligospermis. *Act. helv.* 4. *p.* 288.

tanacetifolium. 2. S. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis inciso-serratis: extimis confluentibus.

tenuifolium. 6. S. fol. integerrimis: infimis tripinnatifidis; supremis integris. Eruca foliis sinuato-dentatis, caule nudiusculo, radice perenni. *Ger. prov.* 369. Sinapis foliis laevibus glaucis, pinnis linearibus rariter dentatis *Hall. act.* 6. *p.* 84. *n.* 17.

Digitized by Google

* * *Siliquis sessilibus axillaribus.*

supinum. 8. S. siliquis axillaribus subsessilibus solitariis, fol. dentato-sinuatis.

polyceratium. 10. S. siliquis axillaribus sessilibus subulatis aggregatis, fol. repando-dentatis. *Jacq. hort. t. 79.*

bursifolium. 9. S. racemo flexuoso, fol. lyratis, caule erecto folioso. *Dill. elth.* 179. *t.* 148. *f.* 177. *β.* Hesperis fol. dentato-pinnatifidis, caule laevi. *Sp. pl.* 928.

* * *. *Caule nudo.*

murale. 11. S. subacaule, fol. lanceolatis sinuato-serratis laeviusculis, scapis subscabris adscendentibus. *Paucissimis differt a S. monensi. Folia obsolete s. obiter remotissimeque serrata.*

monense. 12. S. acaule, fol. pinnato-dentatis subpilosis, scapis laevibus. Sisymbrium foliis pinnato-sinuatis, caulibus nudis simplicibus. *Ger. prov.* 360. *Folia fere pinnatifida, s. ultra medium divisa.*

vimineum. 13. S. acaule, fol. lyratis laevibus, scapis adscendentibus, floribus minutis.

Barrelieri. 14. S. caule subnudo ramoso, fol. radicalibus runcinatis dentatis hispidis. Eruca sylvestris minor, bursae pastoris folio. *Bauh. pin.* 98. *prodr.* 39.

arenosum. 15. S. caule subfolioso ramoso, fol. lyratis rectangulo-dentatis hispidis: pilis ramosis.

valentinum. 16. S. caule simplici erecto superne glabro, fol. lanceolatis hispidis antrorsum dentatis.

* * * * *Foliis pinnatis.*

Parra. S. caulescens, fol. runcinatis muricatis. *Mant.* 255. *Flores uno alterove die ante anthesin recurvati. Nectaria 2 longiora expellunt calycis folia.*

asperum. 17. S. siliquis scabris, fol. pinnatifidis: pinnis lineari-lanceolatis subdentatis, corollis calyce longioribus. Sisymbrium foliis pinnatifidis: foliolis inaequaliter laciniatis, siliquis scabris. *Ger. prov.* 360. *Planta palmaris.*

Sophia. 18. S. petalis calyce minoribus, fol. decomposito-pinnatis. *Oed.* 528.

altissimum. 19. S. fol. runcinatis flaccidis: foliolis sublinearibus integerrimis, pedunculis laxis. *Calyx patens Sinapios.*

Irio.

Digitized by Google

Irio. 21. S. fol. runcinatis dentatis nudis, caule laevi, siliquis erectis. *Amoen. 4. p. 279.* *

Loeselii. 22. S. fol. runcinatis acutis hirtis, caule hispido. *Amoen. 4. p. 322.* *

orientale. 20. S. fol. runcinatis tomentosis, caule laevi.

barbareae. 23. S. fol. simplicibus spatulato-ovatis dentatis amplexicaulibus nudis. *Simillimum Erysimo Barbareae. Planta insipida. Caulis angulatus. Folia radicalia integerrima, cordato-ovata.*

catholicum. 24. S. siliquis filiformibus laevibus, fol. pinnatis denticulatis caulinis. *Mant. 93.*

* * * * * *Foliis lanceolatis integris.*

strictissimum. 15. S. fol. lanceolatis dentato-serratis caulinis.

integrifolium. 16. S. fol. linearibus integerrimis, pedunculis glutinoso-hispidis.

indicum. 26. S. fol. lanceolato-ovatis serratis petiolatis laevibus, siliquis subarcuatis. *Mant. 93.*

814. ERYSIMUM *Siliqua* columnaris, exacte tetraëdra. *Cal.* clausus.
922.

officinale. 1. E. siliquis spicae adpressis, fol. runcinatis. *Oed. 560.*

Barbarea. 2. E. fol. lyratis: extimo subrotundo. γ. (*exclusa varietate* γ.

Alliaria. 3. E. fol. cordatis.

repandum. 4. E. fol. lanceolatis dentatis, racemis oppositifoliis, siliquis racemosis subsessilibus, corollis minutis. *Jacq. aust. t. 22.*

cheiranthoides. 5. E. fol. lanceolatis integerrimis, siliquis patulis. *Siliquae a scapo racemi distantes.*

hieracifolium. 6. E. fol. lanceolatis serratis. *Rupp. Hall. 77. nota a.*

815. CHEIRANTHUS. *Germen* utrinque denticulo glandulato. *Cal.* clausus: foliolis duobus basi gibbis. *Semina* plana.
923.

Erysimoides. 2. C. fol. lanceolatis dentatis nudis, caule erecto simplicissimo, siliquis tetragonis. *Oed. 229.* (*Excluso Allionio*).

Digitized by Google

alpinus. 14. C. fol. linearibus integris ſubtomentoſis, caule ramoſo. *Mant.* 93.

Cheiri. 2. C. fol. lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis, caule fruticoſo.

fruticuloſus. 16. C. fol. lanceolatis acutis glabris ſubſerratis, caule fruticoſo. *Mant.* 94.

chius. 3. C. fol. obovatis aveniis emarginatis, ſiliquis apice ſubulatis.

maritimus. 4. C. fol. ellipticis obtuſis nudis ſcabriuſculis, caule diffuſo ſcabro. *Mant.* 568. * Leucojum minus, flore violaceo. *Barr. ic.* 1127.

ſalinus. 15. C. fol. lanceolatis obtuſis integerrimis, caule erecto, antheris incluſis. *Mant.* 93.

incanus. 6. C. fol. lanceolatis integerrimis obtuſis incanis, ſiliquis apice truncatis compreſſis, caule ſuffruticoſo.

feneſtralis. 5. C. fol. conferto-capitatis recurvatis undatis, caule indiviſo. *Linn. dec.* 31. *t.* 16. *Petala integra.*

annuus. 7. C. fol. lanceolatis ſubdentatis obtuſis incanis, ſiliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo. *Petala emarginata.*

littoreus. 10. C. fol. lanceolatis ſubdentatis ſubtomentoſis ſubcarnoſis, petalis emarginatis, ſiliquis tomentoſis.

triſtis. 8. C. fol. linearibus ſubſinuatis, flor. ſeſſilibus: petalis undatis, caule fruticoſo.

trilobus. 9. C. fol. dentatis obtuſis, calycibus laevibus, ſiliquis nodoſis mucronatis filiformibus laevibus.

lacerus. 13. C. fol. lanceolatis runcinatis, calycibus piloſis, ſiliquis nodoſis tridentatis. *Folia nuda, anguſta, runcinata. Flores flavo-purpuraſcentes, noctu explicati odoratiſſimi. Siliquae apice ſubtridentatae.*

tricuſpidatus. 12. C. fol. lyratis, ſiliquis apice tridentatis.

ſinuatus. 11. C. fol. tomentoſis obtuſis ſubſinuatis: rameis integris, ſiliquis muricatis.

Farſetia. 17. C. ſiliquis ovalibus compreſſis, fol. lineari-lanceolatis, caule fruticoſo erecto. *Mant.* 94. Lunaria fruticoſa perennis incana, leucoji folio. *Tournef. itin.* 1. *p.* 92. *t.* 92? *Shaw.*

Digitized by Google

816. HELIOPHILA. *Nectaria* 2. recurvata versus calycis basin vesicularem.
926.

integrifolia. 1. H. fol. lanceolatis indivisis. *Mant.* 428. * *Seb. mus.* 1. *t.* 17. *f.* 5.

coronopifolia. 2. H. fol. linearibus pinnatifidis.

817. HESPERIS. *Petala* oblique flexa. *Glandula* intra stamina breviora. *Siliqua* stricta: *Stigma* basi bifurca apice connivente. *Cal.* clausus.
927.

tristis. 1. H. caule hispido ramoso-patente.

matronalis. 2. H. caule simplici erecto, fol. ovato-lanceolatis denticulatis, petalis mucrone emarginatis. β. *Sibirica* 3. H. caule simplici, fol. lanceolatis dentato-serratis, petalis obtusissimis integris.

inodora. 4. H. caule simplici erecto, fol. subhastatis dentatis, petalis obtusis.

africana. 5. H. caule ramosissimo diffuso, fol. lanceolatis petiolatis acute dentatis scabris, siliquis sessilibus.

verna. 7. H. caule erecto ramoso, fol. cordatis amplexicaulibus serratis villosis.

lacera. H. foliis runcinatis, siliquis tricuspidatis. Cheiranthus lacerus. *Sp. plant.* 926. *Folia nuda. angusta. Calyces pilosi. Flores tristes colore et odore. Siliquae nodosae tricuspidatae.*

818. ARABIS. *Glandulae* nectariferae 4, singulae intra calycis foliola, squamae instar reflexae.
928.

alpina. 1. A. fol. amplexicaulibus dentatis. *Oed. dan. t.* 62.

grandiflora. 2. A. caule nudo.

thaliana. 3. A. fol. petiolatis lanceolatis integerrimis.

bellidifolia. 9. A. fol. subdentatis: radicalibus obovatis; caulinis lanceolatis. *Mant.* 94.

lyrata. 4. A. fol. glabris: radicalibus lyratis; caulinis linearibus.

hispida. A. fol. hispidis: radicalibus sublyratis; caulinis lanceolatis. *Simillima A. thalianae s. lyratae, sed Flores minores, Radixque perennis. Flores albi petalis*

Digitized by Google

petalis erectis. Calyx palmaris. Habitat in Austria. D. Mygind.

Halleri. 5. A. fol. caulinis sublyratis; rameis lanceolatis incisis. *Caulis erectus, angustus. Folia lyrata, glabra. Flores albi.*

canadensis. 6. A. fol. caulinis lanceolatis dentatis glabris, flor. pendulis.

pendula. 7. A. fol. amplexicaulibus, siliquis ancipitibus linearibus, calycibus subpilosis. *Flores albi. Distincta ab A. Turrita.*

Turrita. 8. A. fol. amplexicaulibus, siliquis decurvis planis linearibus, calycibus subrugosis. *Jacq. aust. t. 11. Flores ochroleuci.*

819. TURRITIS. *Siliqua* longissima, angulata. *Cal.* conni- 930. vens, erectus. *Cor.* erecta.

glabra. 1. T. fol. radicalibus dentatis hispidis; caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris.

hirsuta. 2. T. fol. omnibus hispidis, caulinis amplexicaulibus.

alpina. 3. T. fol. radicalibus dentatis hispidis, caulinis semiamplexicaulibus. ♂. ♃. *Statura omnino T. hirsutae, sed Caulis laevis & Folia caulina omnino glabra, integerrima, sessilia vel basi parum cordata et obtusa, vixque semiamplexicaulia. Flores majores sunt: Petala alba, obtusissima, obovato-oblonga, calyce duplo longiora. Calyx compressiusculus, erectus. Flores diversam a T. hirsuta distitant. Habitat in Austria. Jacqu; in Gotlandia.*

820. BRASSICA. *Cal.* erectus, connivens. *Sem.* globo- 931. sa. *Glandula* inter stamina breviora et pistillum, interque longiora et calycem.

* *Stylo obtusiusculo.*

orientalis. 1. B. fol. cordatis amplexicaulibus glabris; radicalibus scabris integerrimis, siliquis tetragonis. *Petala alba. Folia omnia glabra.*

campestris. 2. B. radice cauleque tenui, fol. caulinis uniformibus cordatis sessilibus. *Oed.* 550. *Radix annua; Corolla lutea. Folia Radicalia lyrata, subhispida; Caulina laevia.*

arvensis.

arvensis. 11. B. fol. amplexicaulibus spatulis repandis: summis cordatis integerrimis. *Mant.* 568. 95. Brassica campestris, purpureo flore. *Clus. hist.* 2. *p.* 127. *Caulis inferne perennans. Syst. nat.* 3. *p.* 231.

alpina. 13. B. fol. caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus, radicalibus ovatis, petalis erectis. *Mant.* 95. *Figuram misit D. Grimm.*

Napus. 3. B. radice caulescente fusiformi.

Rapa. 4. B. radice caulescente orbiculari depressa carnosa.

oleracea. 5. B. radice caulescente tereti carnosa.

chinensis. 6. B. fol. ovalibus subintegerrimis: floralibus amplexicaulibus lanceolatis, calycibus ungue petalorum longioribus. *Act. petrop.* 1761. *p.* 331.

violacea. 7. B. fol. lanceolato-ovatis glabris indivisis dentatis.

* * Erucae *siliquis stylo ensiformi.*

Erucastrum. 8. B. fol. runcinatis, caule hispido, siliquis laevibus.

Eruca. 9. B. fol. lyratis, caule hirsuto, sil. glabris.

vesicaria. 10. B. fol. runcinatis, siliquis hispidis tectis calyce tumido.

821. SINAPIS. *Cal.* patens. *Cor.* ungues recti. *Glandula* inter stamina breviora et pistillum, interque longiora et calycem.
933.

arvensis. 1. S. siliquis multangulis toroso-turgidis laevibus rostro ancipiti longioribus. *Siliquae laeves.*

orientalis. A. S. siliquis retrorsum hispidis apice subtetragonis compressis. *Similis praecedenti. Siliquae rostrum tantum laeve.*

brassicata. S. fol. obovatis denticulatis laevibus. *Syst. nat.* 3. *p.* 631. *

alba. 2. S. siliquis hispidis: rostro obliquo longissimo ensiformi. *Mant.* 429. *

nigra. 3. S. siliquis glabris racemo appressis.

pyrenaica. 5. S. siliquis striatis scabris, fol. runcinatis laevibus.

pubescens. 11. S. siliquis pubescentibus erectis rostro compresso, fol. lyratis villosis. *Mant.* 95.

chinensis. 12. S. siliquis laevibus subarticulatis patulis, fol. lyrato runcinatis subhirsutis. *Mant.* 95.

juncea. 6. S. ramis fasciculatis, fol. summis lanceolatis integerrimis.

Digitized by Google

erucoides. 9. S. ſiliquis laevibus aequalibus, fol. lyratis oblongis glabris, caule ſcabro. *Mant.* 429. *

hiſpanica. 10. S. fol. duplicato-pinnatis: laciniis linearibus.

incana. 7. S. ſiliquis racemo adpreſſis laevibus, fol. inferioribus lyratis ſcabris; ſummis lanceolatis, caule ſcabro.

laevigata. 8. S. ſiliquis laevibus patulis, fol. lyratis glabris: ſummis lanceolatis, caule laevi.

822. RAPHANUS. *Cal.* clauſus. *Siliqua* toroſa, ſubarticulata, teres. *Glandulae* melliferae 2 inter ſtamina breviora et piſtillum, totidem inter ſtamina longiora et calycem.
935.

ſativus. 1. R. ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus.

caudatus. R. ſiliquis decumbentibus tota planta longioribus. *Mant.* 95. *Linn. dec.* 3. *t.* 10. *Siliquae ſerpentiformes, longitudine caulis.*

Raphaniſtrum. 2. R. ſiliquis teretibus articulatis laevibus unilocularibus. *Vide Diſſert. de Raphania.*

ſibiricus. 3. R. ſiliquis teretibus toruloſis villoſis, fol. linearibus pinnatifidis.

823. BUNIAS. *Silicula* decidua, tetraëdra, angulis inaequalibus acuminatis muricata.
935.

cornuta. 1. B. ſiliculis divaricato-bicornibus baſi ſpinoſis.

ſpinoſa. 5. B. racemis ſpineſcentibus. *Mant.* 96.

Erucago. 2. B. ſiliculis tetragonis: angulis bicriſtatis.

orientalis. 3. B. ſiliculis ovatis gibbis verrucoſis.

Cakile. 4. B. ſiliculis ovatis laevibus ancipitibus. *Mant.* 430.

myagroides. 5. B. ſiliculis biarticulatis ancipitibus ſuperne toruloſis, fol. pinnatis ſinubus reflexis, *Mant.* 96.

aegyptiaca. B. ſiliculis tetragonis undique verrucoſo-muricatis, fol. runcinatis. *Syſt. nat.* 3. *p.* 231. * *Act. petrop.* 12. *p.* 509. *t.* 11.

balearica. 6. B. ſiliculis hiſpidis, fol. pinnatis: foliolis ſubdentatis. *Mant.* 429. *Habitat in* Balearibus *Dav. Royen.* ⊙. *Similis B. myagroidi, ſed* ſiliculae *ſtatura B. erucaginis, verum omnino, excepto roſtro, echinata.* Racemi *longi.* Flores lutei.

824. ISATIS. *Siliqua* lanceolata, unilocularis, 1-sperma, decidua, bivalvis: valvulis navicularibus.
936.

tinctoria. 1. I. fol. radicalibus crenatis; caulinis sagittatis, siliculis oblongis.
lusitanica. 2. I. fol. radicalibus crenatis, caulinis sagittatis, pedunculis subtomentosis.
armena. 3. I. fol. integerrimis cordatis postice obtusis, siliculis cordatis.
aegyptia. 4. I. fol. omnibus dentatis.

825. CRAMBE. *Filamenta* 4 longiora apice bifurca: altero antherifero. *Bacca* sicca, globosa, decidua.
937.

maritima. 1. C. fol. cauleque glabris. *Oed. dan. 316.*
orientalis. 2. C. fol. scabris, caule glabro. *Flores albi.*
hispanica. 3. C. fol. cauleque scabris. Myagrum sphaerocarpum. *Jacq. obs. 2. p. 20. t. 41.*

826. CLEOME. *Glandulae* nectariferae 3, ad singulum sinum calycis singulae, excepto infimo. *Petala* omnia adscendentia. *Siliqua* unilocularis, bivalvis.
937.

fruticosa. 1. C. flor. gynandris tetrandris, fol. simplicibus, caule fruticoso.
heptaphylla. 2. C. flor. gynandris, fol. subseptenatis, caule aculeato. *Bracteae lunares.*
pentaphylla. 3. C. flor. gynandris, fol. quinatis, caule inermi. *Jacq. hort. t. 24.*
triphylla. 4. C. flor. gynandris, fol. ternatis, caule inermi.
polygama. 8. C. flor. superioribus tetrandris masculis, fol. ternatis: foliolis sessilibus margine subaculeatis.
icosandra. 5. C. flor. icositetrandris, fol. quinatis.
viscosa. 6. C. flor. dodecandris, fol. quinatis ternatisque. *Mant.* 430.
dodecandra. 7. C. flor. dodecandris, fol. ternatis. *Caulis viscoso-pubescens, uti siliquae. Folia omnia ternata, elliptica, laevia: intermedio majore. Flores superiores fere masculi. Calyx purpurascens. Petala alba,*

Digitized by Google

alba, emarginata. Stamina 10-14. *Siliquae sessiles, erectae, fusiformes, subinflatae.*

gigantea. C. flor. hexandris, fol. septenatis, caule inermi. *Mant.* 430. *Syst. nat.* 3. *p.* 232. * *Jacq. obs.* 5. *p.* 1. *t.* 76. *Planta speciosa, teterrima.*

aculeata. C. flor. hexandris, fol. ternatis integerrimis, stipulis spinescentibus. *Syst. nat.* 3. *p.* 232. *

spinosa. 9. C. flor. hexandris, fol. septenatis quinatisque, caule spinoso.

serrata. 10. C. flor. hexandris, fol. ternatis: foliolis lineari-lanceolatis serratis.

ornithopodioides. 12. C. flor. hexandris, fol. ternatis: foliolis ovali-lanceolatis.

violacea. 13. C. flor. hexandris, fol. ternatis solitariisque: foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *Planta viscoso-pubescens. Foliola subaequalia: Floralia simplicia. Pedunculi laeves. Calyx luteus apicibus purpurascentibus. Petala 2 superiora atropurpurascentia atomis flavis; Lateralia 2 cordata, unguiculata, crenata, concoloria. Antherae purpurascentes. Receptaculum supra stamina glandulis 3, flavis, globosis. Stamina declinata. Pistillum declinatum.*

arabica. 11. C. flor. hexandris, fol. ternatis lanceolatis obtusis, siliquis fusiformibus viscoso-scabris. *Linn. dec.* 3. *t.* 8. Sinapistrum trifoliatum angustifolium, siliqua latiore, *Shaw. afr.* 558. *f.* 558. *Planta viscoso-scabra, bipedalis, annua. Petioli longitudine foliorum. Foliola sessilia, subtus scabra; Floralia simplicia. Petala lutea, apice purpurea. Siliquae nutantes, subdiaphanae. Semina hirsuta.*

monophylla. 14. C. flor. hexandris, fol. simplicibus ovato-lanceolatis petiolatis.

capensis. 15. C. flor. hexandris, fol. simplicibus sessilibus lineari-lanceolatis, caule angulato.

procumbens. 19. C. flor. hexandris, fol. simplicibus lanceolatis petiolatis, caul. procumbentibus. *Jacq. amer.* 189. *t.* 120. Domingo *in pratis.*

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

1318. LERCHEA. Monogyna. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.
827. WALTHERIA. Monogyna. *Capſ.* 1-locularis, 1-ſperma.
828. HERMANNIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-ſperma. *Petala* cucullata, obliqua.
829. MELOCHIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-ſperma.

HEPTANDRIA.

* *Gerania africana.*

DECANDRIA.

830. CONNARUS. Monogyna. *Legum.* 1-loculare. *Stam.* alterna breviſſima.
832. GERANIUM. Monogyna. *Capſ.* 5-cocca, roſtrata.
831. HUGONIA. Pentagyna. *Capſ.* 1-ſperma. *Stam.* in urceolum.

ENDECANDRIA.

833. BROWNEA. Monogyna. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* exterior 5-fida: interior 5-petala.

DODECANDRIA.

834. PENTAPETES. Monogyna. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma. *Stam.* 5 elongata, colorata.

POLYANDRIA.

1344. GORDONIA. Monogyna. *Cal.* ſimplex, 5-phyllus. *Capſ.* 5-loculares. *Sem.* bina, alata.
642. MORISONIA. Monogyna. *Cal.* ſimplex, 2-fidus. *Bacca* capſularis, pedicellata. *Styl.* 1. *Petala* 4.

665.

Digitized by Google

665. MESUA. Monogyna. *Cal.* simplex, 4-phyllus. *Nux* tetragona, 1-sperma. *Pist.* 1. *Petala* 4.

847. STEWARTIA. Pentagyna. *Cal.* simplex, patens. *Caps.* locularis, *Sem.* solitaria.

837. SIDA. Submonogyna. *Cal.* simplex, angulatus. *Caps.* locularis, 1-sperma.

835. BOMBAX. Monogyna. *Cal.* simplex. *Caps.* 5-locularis, polysperma. *Stylus* indivisus. *Sem.* lanata.

836. ADANSONIA. Monogyna. *Cal.* simplex. *Caps.* locularis, polysperma: pulpa farinacea.

845. GOSSYPIUM. Monogyna. *Cal.* exter. 3-fidus. *Caps.* locularis, polysperma, coadunata.

842. LAVATERA. Polygyna. *Cal.* exter. 3-fidus. *Arilli* 1-spermi, verticillati.

1266. MALACRA. Polygyna. *Cal.* exter. triphyllus: *Arilli* 5, monospermi.

841. MALVA. Polygyna. *Cal.* exter. 3-phyllus. *Arilli* 1-spermi, verticillati, plures.

843. MALOPE. Polygyna. *Cal.* exter. 3-phyllus. *Arilli* 1-spermi, conglomerati.

844. URENA. Monogyna. *Cal.* exter. 5-fidus. *Arilli* 1-spermi, muricati, quini.

840. ALCEA. Polygyna. *Cal.* exter. 6-fidus. *Arilli* 1-spermi, plures.

846. HIBISCUS. Monogyna. *Cal.* exter. 8-fidus. *Caps.* loculis polyspermis, coadunatis.

839. ALTHÆA. Polygyna. *Cal.* exter. 9-fidus. *Arilli* 1-spermi, verticillati.

848 CAMELLIA. Monogyna. *Cal.* exter. imbricatus. *Caps.* loculis polyspermis. *Stylus* indivisus.

PEN-

Digitized by Google

PENTANDRIA.

1318. **LERCHEA.** *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibulif. 5-fida. *Anth.* germinis Tubo insidentes 5. *Stylus* 1. *Caps.* 3-locularis, polysperma.

longicauda. LERCHEA. *Mant.* 257. *Folia opposita, lanceolata. Spica filiformis, longissima.*

827. **WALTHERIA.** Monogyna. *Caps.* unilocularis, 2-valvis, 1-sperma.
941.

americana. 1. W. fol. ovalibus plicatis serrato-dentatis tomentosis, capitulis pedunculatis. (*Breynii figura dubia.*)

angustifolia. A. W. fol. lanceolatis serratis nudis.

indica. 2. W. fol. ovatis serratis plicatis, capitulis sessilibus. Malvinda ulmifolia, flosculis pusillis muscosis. *Burm. Zeyl.* 149. *t.* 68.

828. **HERMANNIA.** Pentagyna. *Caps.* 5-locularis. *Petala* basi semitubulata, obliqua.
941.

althaeifolia. 1. H. fol. ovatis plicatis crenatis tomentosis.

trifurca. 3. H. fol. lanceolatis integris tridentatisque, racemis secundis. *Flor. caerulei.*

alnifolia. 2. H. fol. cuneiformibus lineatis plicatis crenato-emarginatis. *Berg. cap.* 166. Arbuscula africana tricapsularis ononidis vernae singulari folio. *Pluk. mant.* 14. *t.* 239. *f.* 1. *Folia lineata. Calyx parvus. Corollae albae, dein flavescentes.*

hyssopifolia. 4. H. fol. lanceolatis obtusis serratis. *Caulis erectus, strictus.*

lavendulifolia. 5. H. fol. lanceolatis obtusis integerrimis.

linifolia. H. fol. linearibus; pedunc. unifloris † *Burm. prod.* 18. *e C. B. S.*

trifoliata. 6. H. fol. ternatis sessilibus plicatis retusis tomentosis. *Mant.* 431. *

triphylla. 7. H. fol. ternatis petiolatis planis obovatis.

grossulariifolia. 8. H. fol. lanceolatis pinnatifidis.

829.

Digitized by Google

829. MELOCHIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-
943. ſperma.

pyramidata. 1. M. flor. umbellatis, capſulis pyramidatis pentagonis: angulis mucronatis, fol. nudis. Melochia dominicenſis. *Jacq. amer.* 198. *hort. t.* 30. (*An Jacquini diverſae?*)

tomentoſa. 2. M. flor. umbellatis axillaribus, capſulis pyramidatis pentagonis: angulis mucronatis, fol. tomentoſis. ♄.

depreſſa. 3. M. flor. ſolitariis, capſulis depreſſis pentagonis: angulis obtuſis ciliatis.

concatenata. 4. M. racemis confertis terminalibus, capſulis globoſis ſeſſilibus.

corchorifolia. 5. M. flor. capitatis ſeſſilibus, capſulis ſubrotundis, fol. ſubcordatis ſublobatis.

ſupina. 5. M. flor. capitatis, fol. ovatis ſerratis, caulibus procumbentibus.

DECANDRIA.

830. CONNARUS. Monogyna. *Stigma* ſimplex. *Capſ.*
944. 2-valvis, unilocularis, 1-ſperma.

monocarpos. 1. CONNARUS.

831. HUGONIA. Pentagyna. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nu-
944. cleo ſtriato.

Myſtax. 1. HUGONIA ſpinis oppoſitis revolutis.

832. GERANIUM. Monogyna. *Stigmat.* 5 *Fructus* roſtra-
945. tus, 5-coccus.

* AFRICANA. *Staminibus 7 antheriferis; Foliis alternis; Pedunculis multifloris; Fruticoſae.*

fulgidum. 1. G. calycibus monophyllis, fol. tripartitis inciſis: intermedio majore, umbellis geminis, caule carnoſo fruticoſo.

inquinans. 2. G. calyc. monophyllis, fol. orbiculato-reniformibus tomentoſis crenatis integriuſculis, caule fruticoſo.

hybridum.

Digitized by Google

hybridum. 58. G. calycibus monophyllis, fol. ſuborbiculatis glabris crenatis integris, caule fruticoſo. *Mant.* 97.

acetoſum. 10. G. calycibus monophyllis, fol. glabris obovatis carnoſis crenatis, caule fruticoſo laxo.

papilionaceum. 3. G. calyc. monophyllis, coroll. papilionaceis: alis carinaque minutis, fol. angulatis, caule fruticoſo. *Floret primo vere.*

hermanniifolium. G. cal. monophyllis, fol. cuneiformibus plicatis ſcabris ſuperne ſerratis, caul. fruticoſo. *Berg. cap.* 177. *Mant.* 569.

criſpum. G. cal. monophyllis, fol. reniformibus criſpis ſcabris, caule fruticoſo. *Mant.* 257. *Berg. cap.* 176. *Folia minuta, quinqueloba, odore Meliſſae. Flores violacei. Pedunculi ſaepius biflori.*

ſcabrum. 5. G. calyc. monophyllis, fol. cuneiformibus multifido laciniatis ſcabris, caule fruticoſo.

betulinum. 4. G. calyc. monophyllis, fol. ovatis inaequaliter ſerratis planis, caule fruticoſo. *Berg. cap.* 432. *Pluk. mant.* 90. *t.* 415. *f.* 3.

cucullatum. 7. G. calyc. monophyllis, fol. cucullatis dentatis; caule fruticoſo. *Mant.* 432. *Berg. cap.* 174. Geranium africanum maximum. *Riv. pent.* 325. *Reliquis robuſtior at hirſutior planta.*

carnoſum. 8. G. calyc. monophyllis, caule fruticoſo articulis carnoſo-gibboſis, foliis pinnatifidis, petalis linearibus.

gibboſum. 7. G. calyc. monophyllis, caule fruticoſo geniculis carnoſis gibboſis, fol. ſubpinnatis. Geranium foliis aquilegiae. *Riv. pent.* 327.

peltatum. 9. G. calyc. monophyllis, fol. quinquelobis integerrimis glabris ſubpeltatis, caule fruticoſo. *Planta procumbens.*

zonale. 11. G. calyc. monophyllis, fol. cordato-orbiculatis inciſis zona notatis, caule fruticoſo. *Folia diſco zona rotundata.*

vitifolium. 12. G. calyc. monophyllis, fol. lobatis adſcendentibus pubeſcentibus, floribus capitatis, caule fruticoſo.

capitatum. 13. G. calyc. monophyllis, fol. lobatis undatis villoſis, floribus capitatis, caule fruticoſo diffuſo. Geranium malvae folio. *Riv. pent.* 326.

tabulare. 14. G. calyc. monophyllis, fol. cordatis ſublobatis crenato-dentatis glabris ſubciliatis, caule fruticoſo. *Similis G. Zonali, ſed caulis perit maximam partem ſupra radicem.*

cotyledo-

Digitized by Google

cotyledonis. G. calyc. monophyllis, fol. cordato-orbiculatis peltatis cucullatis crenatis pubescentibus. *Mant.* 569.

* * *Staminibus 7 antheriferis. Foliis oppositis; Herbaceae.*

alchimilloides. 15. G. calyc. monophyllis, fol. orbiculatis palmatis incisis pilosis, caule herbaceo decumbente. *Riv. pent.* 331.

flavum. G. calyc. monophyllis, fol. trifariam alternatim pinnatis: foliolis pinnatifidis, scapis hirtis. *Burm. prodr.* 19. *Mant.* 257. *Petalum quintum inclusum.*

odoratissimum. 16. G. calyc. monophyllis, caule carnoso brevissimo, ramis herbaceis longis, foliis cordatis mollissimis.

alceoides. 17. G. calyc. monophyllis, fol. ternatis trifidis laciniatis, caule herbaceo hirto. (*Martini figura aliena*) *Stam.* 5.

grossularoides. 18. G. calyc. monophyllis, fol. cordatis subrotundis lineatis incisis crenatis, caule herbacao. *Mant.* 432. Geranium afr. flore minuto. *Riv. pent.* 337. *Antherae* 4.

althaeoides. 19. G. calyc. monophyllis, fol. ovatis plicatis sinuatis tomentosis crenatis, caule prostrato herbaceo. *Mant.* 433. *Petala macula nigra.*

coriandrifolium. 20. G. calyc. monophyllis, fol. bipinnatis linearibus squarrosis, caule herbaceo laeviusculo.

myrrhifolium. 21. G. calyc. monophyllis, fol. bipinnatis: inferioribus cordatis lobatis, caule herbaceo, calycibus strigosis. *Mant.* 433. *Berg. cap.* 178. *Petala* 4. *Antherae* 5, *alternis sterilibus, ut in* subdivisione 3a *Discus foliorum fuscescens.*

prolificum. 22. G. calyc. monophyllis, scapis radicalibus, umbella composita globosa. *Corollae nigrae.*

auritum. G. cal. monophyllis, scapis radicalibus, umbella composita divisa, fol. ovalibus simpliciusculis. *Mant.* 433. Geranium prolificum δ, ε, ζ. *Sp. plant.* 950. Geranium capense hirsutum, radice rapae, flore atro-purpureo. *Seb. mus.* 1. p. 28. t. 18. f. 8. *Corolla atra. Antherae* 5, *Variat Foliis oblongis indivisis et trilobis. Sapor acidus.*

lobatum.

Digitized by Google

lobatum. 23. G. calyci monophyllis, caule truncato, scapis subradicalibus, umbella composita.

triste. 24. G. calyce monophyllis sessilibus, scapis bifidis monophyllis. *Corollae colore et odore tristes.*

* * * Myrrhina. *Staminibus quinque antheriferis. Cal. 5-phyllis. Fructus declinati.*

romanum. 25. G. pedunculis multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis incisis, scapis radicalibus. *Confer* Geranium petraeum. *Magn. monsp.* 109. Geranium foetidum. *Lob. illustr.* 134. *Moris. hist.* 2. *p.* 516. *s.* 5. *t.* 14. *f.* 27. *forte sola varietas.*

cicutarium. 26. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis incisis obtusis, caule ramoso.

moschatum. 27. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis incisis, cotyledonibus pinnatifidis. *Jacq. hort.* 55.

chium. 28. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. cordatis incisis; superioribus lyrato-pinnatifidis.

malacoides. 30. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. cordatis sublobatis. *Petioli oppositi altero breviore.*

maritimum. 29. G. pedunc. subtrifloris, flor. pentandris, fol. cordatis crenatis incisis scabris, caulibus depressis. *Pedunculi saepe 2-flori. Petala integra.*

glaucophyllum. 31. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. ovatis serratis lineatis incanis. *Mant.* 433.

arduinum. 32. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. cordatis quinquelobis, scapis radicalibus.

gruinum. 33. G. pedunc. submultifloris, flor. pentandris, fol. ternatis lobatis.

ciconium. 34. G. pedunc. multifloris, floribus pentandris, fol. pinnatis pinnatifidis obtusis. *Jacq. hort.* 18.

pyrenaicum. 59. G. pedunc. bifloris, flor. pentandris, petalis bilobis, calycibus apice glandulosis. *Mant.* 97. †

* * * * Batrachia. *Staminibus decem antheriferis. Pedunc. 2-floris.* ♃.

tuberosum. 35. G. pedunc. bifloris, fol. multipartitis: laciniis linearibus subdivisis obtusis.

macrorhizum. 36. G. pedunc. bifloris, calycibus inflatis, petal. integris, pistillo longissimo, scapo dichotomo. *Mant.* 434.

Digitized by Google

phaeum. 37. G. pedunc. solitariis oppositifoliis, calycibus subaristatis, caule erecto, petalis undulatis.

fuscum. 60. G. pedunc. bifloris oppositifoliis geminis, caule patulo, petalis integerrimis. *Mant.* 97.

reflexum. G. pedunc. bifloris foliisque alternis, petal. reflexis laciniatis longitudine calycis mutici. *Mant.* 256. * Geranium flore purpureo reflexo, lucidum. *Barr. ic.* 39. *affine G. phaeo et fusco.*

nodosum. 38. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, fol. caulinis trilobis integris serratis; subtus lucidis. *Mant.* 434. * *Caules diffusi, compressi magis quam in G. striato. Petala emarginata, incarnata striis 3 purpureis.*

striatum. 39. G. pedunc. bifloris, foliis quinquelobis: lobis medio dilatatis, petalis bilobis venoso-reticulatis.

sylvaticum. 40. G. pedunc. bifloris, fol. subpeltatis quinquelobis inciso-serratis, caule erecto, petalis emarginatis. *Oed. dan.* 124.

palustre. 41. G. pedunc. bifloris longissimis declinatis, petalis integris, foliis quinquelobis incisis. *Oed.* 596. *Rami divaricatissimi, bifariam angulati angulis obtusis. Petala nervis 3 fuscis, basi villosa.*

pratense. 42. G. pedunc. bifloris, fol. subpeltatis multipartitis rugosis acutis, petalis integris.

argenteum. 43. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, foliis subpeltatis septempartitis trifidis tomentoso-sericeis.

maculatum. 44. G. pedunc. bifloris, caule dichotomo erecto, fol. quinquepartitis incisis; summis sessilibus.

pyrenaicum. G. pedunc. bifloris, fol. inferioribus quinquepartito-multifidis rotundatis; superioribus trilobis, caule erecto. *Huds. angl.* 265. † Geranium pedunc. bifloris, fol. multifloris: laciniis obtusis inaequalibus, petalis bifidis. *Burm. ger.* 25. Geranium columbinum pyrenaicum perenne maximum. *Tournef. inst.* 268.

* * * * * *Staminibus* 10 *antheriferis. Pedunculis 2-floris.* ☉

bohemicum. 47. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, arillis hirtis, cotyledonibus trifidis: medio truncato. *Cent.* 176. *Mant.* 434. *

rhagadioloides. 16. C. fol. integris amplexicaulibus oblongis, calycibus interioribus toruloso-articulatis hispidis: foliolis cymbiformibus. *Mant.* 108.

Digitized by Google

sibirica. C. fol. amplexicaulibus oblongis rugosis inferne dentatis, caule hirto, calycibus carina ciliatis. *Confer Hieracium pyrenaicum. Pedicelli aphylli.*

tectorum. 10. C. fol. lanceolato-runcinatis sessilibus laevibus, inferioribus dentatis. *Oed. dan.* 501.

biennis. 11. C. fol. runcinato-pinnatifidis scabris: basi superne dentatis, calyc. muricatis.

virens. 9. C. fol. runcinatis glabris amplexicaulibus, calyc. subtomentosis.

Dioscoridis. 8. C. fol. radicalibus runcinatis; caulinis hastatis, calyc. subtomentosis.

pulchra. 8. C. fol. sagittatis denticulatis, caul. paniculato, flor. pyramidatis glabris.

neglecta. 15. C. fol. amplexicaulibus runcinatis dentatis subpilosis, caul. paniculato, calyc. inermi-subspinosis. *Mant.* 107.

915. ANDRYALA. *Recept.* villosum. *Cal.* multipartitus, subaequalis, rotundatus. *Pappus* simplex, sessilis.
1136.

integrifolia. 1. A. fol. inferioribus runcinatis; superioribus ovato-oblongis tomentosis. β. Andryala sinuata. *Sp. pl.* 1137. *Varietas tantum.*

ragusina. 2. A. fol. lanceolatis indivisis denticulatis acutis tomentosis, flor. solitariis.

lanata. 4. A. fol. oblongo-ovatis subdentatis lanatis, pedunc. ramosis.

916. HYOSERIS. *Recept.* nudum. *Cal.* subaequalis. *Pappus* pilosus calyculatusque.
1137.

* *Caule nudo.*

foetida. 1. H. scap. unifloris, fol. pinnatifidis, seminibus nudis.

radiata. 2. H. scap. unifloris, fol. glabris runcinatis angulis dentatis: apice laciniatis.

lucida. 9. H. scap. unifloris, fol. subcarnosis runcinatis angulatis dentatis. *Mant.* 108.

scabra. 3. H. scap. unifloris, fol. scabris, sem. papposis. *Folia sublyrata, nuda, vix scabra, opaca, subciliata: Laciniis subalternis subdentatis: extrema triloba-angulata. Scapi laeves, adspersi polline pellucido, fistulosi, superne incrassati, ad latus incli-*

Digitized by Google

inclinati. Calyx oblongus, arctus, sexangularis, subhexaphyllus: foliolis lanceolatis, subcarinatis, aequalibus: foliolis totidem externis basin calycis tegentibus. Semina coronata margine scabro Pappoque aristato.

virginica. 4. H. scap. unifloris, fol. lanceolatis lyratis glabris.

minima. 5. H. caule diviso nudo, pedunc. incrassatis. *Oed. dan.* 201.

** *Caule folioso.*

Hedypnois. 6. H. fruct. ovatis glabris, caule ramoso.

Rhagadioloides. 7. H. fruct. ovatis pilosis, caule ramoso.

cretica. 8. H. fruct. ovatis scabris, caule ramoso.

917. SERIOLA. *Recept.* paleaceum. *Cal.* simplex. *Pappus* subplumosus.
1139.

laevigata. 1. S. laeviuscula, fol. obovatis dentatis.

aethnensis, 2. S. hispida, fol. obovatis subdentatis.

cretensis. 3. S. hirta, fol. runcinatis.

urens. 4. S. urens, fol. dentatis, caule ramoso.

918. HYPOCHAERIS. *Recept.* paleaceum. *Cal.* subimbricatus. *Pappus* plumosus.
1140.

pontana. 1. H. caule simplici folioso unifloro, fol. lanceolatis dentatis.

maculata. 2. H. caule subnudo: ramo solitario, fol. ovato-oblongis integris dentatis. *Oed. dan.* 149. *Semina rugosa.*

glabra. 3. G. glabra, calyc. oblongis imbricatis, caule ramoso nudo, fol. dentato-sinuatis. *Oed. dan.* 424. *Corollae minutae. Calyc. squamis laevibus. Semina disci pappo stipitato; Radii pappo sessili. Hall.*

radicata. 4. H. fol. runcinatis obtusis scabris, caule ramoso nudo laevi, pedunc. squamosis. *Oed. dan.* 150. *Corollae magnae. Calyc. squamae carina ciliata.*

Digitized by Google

919. **LAPSANA.** *Recept.* nudum. *Cal.* calyculatus, squa-
1141. mis singulis interioribus canaliculatis.

communis. 1. L. calyc. fructus angulatis, pedunc. tenuibus ramosissimis. *Oed. dan.* 500.
Zacintha. 2. L. calyc. fructus torulosis depressis obtusis sessilibus.
stellata. 3. L. calyc. fructus undique patentibus: radiis subulatis, fol. caulinis lanceolatis indivisis.
Rhagadiolus. 4. L. calyc. fructus undique patentibus: radiis subulatis, fol. lyratis. *Varietas antecedentis. Ger.*

920. **CATANANCHE.** *Recept.* paleaceum. *Cal* imbri-
1142. catus. *Pappus* aristatus calyculo 5-seto.

caerulea. 1. C. squamis calycinis inferioribus ovatis. *Variat flore pleno. Folia cana fragilia.*
lutea. 2. C. squamis calycinis inferioribus lanceolatis. *Flores seriores sessiles ad radicem, vix explicandi, magis fertiles. Folia viridia flexilia, trinervia.*
graeca. 3. C. fol. incisis. *Varietas praecedentis secundum Millerum.*

921. **CICHORIUM.** *Recept.* subpaleaceum. *Cal.* calycu-
1142. latus. *Pappus* sub-5-dentatus, obsolete pilosus.

Intybus. 1. C. flor. geminis sessilibus, fol. runcinatis.
Endivia. 2. C. flor. solitariis pedunculatis, fol. integris crenatis. *Obs.* Cichorium pumilum. *Jacq. obs.* 4. *t.* 80. *huic affine.*
spinosum. 3. C. caule dichotomo spinoso, flor. axillaribus sessilibus.

922. **SCOLYMUS.** *Recept.* paleaceum. *Cal.* imbricatus,
1143. spinosus. *Pappus* nullus.

maculatus. 1. S. flor. solitariis. *Herba annua radice tenui. Caulis inferne ramosior. Folia glabra, nitida, margine cartilagineo, decurrentia fere ad basin caulis. Flores e divaricaturis solitarii. Corolla minor Antheris fuscis.*

hispani-

Digitized by Google

hispanicus. 2. S. flor. congestis. *Herba altero anno florens, radice fusiformi. Caulis inferne minus ramosus, Folia subscabra, cinerascentia, margine non cartilaginea, decurrentia, sed desinentia ante proximum folium. Flores saepius 4, congesti. Corolla duplo major antheris concoloribus.*

923. ARCTIUM. *Cal.* globosus: squamis apice hamis inflexis.
1143.

Lappa. 1. A. fol. cordatis inermibns petiolatis.
Personata. 2. A. fol. decurrentibus ciliato-spinosis: radicalibus pinnatis; caulinis oblongo-ovatis. *An Cardui species?*
Carduelis. 3. A. fol. pinnatifidis aculeatis. *Mant. 108.*

924. SERRATULA. *Cal.* subcylindricus, imbricatus, muticus.
1144.

tinctoria. 1. S. fol. lyrato-pinnatifidis: pinna terminali maxima, flosculis conformibus. *Oed. dan. 281. Folia ciliata.*
coronata. 2. S. fol. lyrato-pinnatifidis: pinna terminali maxima, flosculis radii femineis longioribus.
alpina. 3. S. calycibus subhirsutis-ovatis, fol. indivisis. *Oed. dan. 37.*
salicifolia. 4. S. fol. lineari-lanceolatis alternis subtus incanis sessilibus integerrimis.
multiflora. 5. S. fol. lanceolatis subtus villosis subdecurrentibus integerrimis, caul. corymboso, calyc. cylindricis.
noveboracensis. 6. S. fol. lanceolato-oblongis serratis pendulis.
praealta. 7. S. fol. lanceolato-oblongis serratis patentibus subtus hirsutis.
glauca. 8. S. fol. ovato-oblongis acuminatis serratis, flor. corymbosis, calyc. subrotundis.
squarrosa. 9. S. fol. linearibus, calycibus squarrosis subsessilibus acuminatis lateralibus.
scariosa. 10. S. fol. lanceolatis integerrimis, calyc. squarrosis pedunculatis obtusis lateralibus.
spicata. 11. S. fol. linearibus basi ciliatis, flor. sessilibus lateralibus spicatis, caule simplici.

amara.

Digitized by Google

amara. 13. S. fol. lanceolatis, ſquamis calycinis apice ſcarioſis obtuſis patulis coloratis, flor. terminalibus.

centauroides. 14. S. fol. pinnatifidis obliquis acutis glabris inermibus, ſquamis calycinis mucronatis: interioribus ſcarioſis. Jacea ſerpens, flore triplicato. *Zanon. hiſt.*

arvenſis. 14. S. fol. dentatis ſpinoſis. β Cirſium arvenſe, ſonchi folio, radice repente, caule tuberoſo. *Tournef. inſt.* 448.

925. CARDUUS. *Cal.* ovatus, imbricatus ſquamis ſpinoſis. *Recept.* piloſum.
1149.

* *Foliis decurrentibus.*

leucographus. 1. C. fol. decurrentibus dentatis ſpinoſis, pedunc. nudis longiſſimis unifloris, calyc. ſpinoſis inclinatis.

lanceolatus. 2. C. fol. decurrentibus pinnatifidis hiſpidis: laciniis divaricatis, calyc. ovatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo.

nutans. 3. C. fol. ſemidecurrentibus ſpinoſis, flor. cernuis: ſquamis calycinis ſuperne patentibus.

acanthoides. 4. C. fol. decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, calyc. pedunculatis ſolitariis erectis villoſis.

criſpus. 5. C. fol. decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, flor. aggregatis terminalibus: ſquamis inermibus ſubariſtatis patulis. *Mant.* 461. *

polyanthemus. 23. C. fol. decurrentibus ſinuatis ciliatis ſubtus nudis, flor. pedunculatis congeſtis. *Mant.* 109.

paluſtris. 6. C. fol. decurrentibus dentatis: margine ſpinoſis, flor. racemoſis erectis, pedunc. inermibus.

pycnocephalus. 7. C. fol. decurrentibus pinnatifido-ſinuatis pubeſcentibus ſpinoſis, pedunc. nudis tomentoſis, calyc. deciduis. *Jacq. hort. t.* 44. *Pedicelli floribus 3. ſ. 4. Floſculis ſaepius 3. ſ. 4.*

argentatus. C. fol. decurrentibus runcinatis ſpinoſis, pedunc. ſubtomentoſis unifloris, cal. ovatis mucronatis inermibus. *Mant.* 280. *Folia ſinubus maculis argenteo-niveis.*

diſſectus. 8. C. fol. decurrentibus lanceolatis: denticulis inermibus, calyc. ſpinoſis.

cyanoides. 9. C. fol. decurrentibus pinnatifidis linearibus integerrimis inermibus petiolatis, ſubtus tomentoſis.

canus.

Digitized by Google

[illegible]anus. 27. C. fol. decurrentibus lanceolatis eroso-dentatis ciliato-aculeatis: utrinque arachnoideo-subvillosis. *Mant.* 108.

pectinatus. C. fol. decurrentibus lanceolatis pinnatifido-pectinatis, pedunc. longissimis, flor. defloratis cernuis. *Mant.* 279. * *Cum seminibus Pensylvanicis enatus.*

defloratus. 11. C. fol. decurrentibus lanceolatis serratis subspinoso-ciliatis nudis, peduncul. longissimis lanuginosis unifloris. *Fructus nutans non est. Jacq.*

monspessulanus. 10. C. fol. decurrentibus lanceolatis subrepandis glabris inaequaliter ciliatis, pedunc. alternis, calyc. inermibus.

tuberosus. 19. C. fol. subdecurrentibus petiolatis subpinnatifidis spinosis, caul. inermi, flor. solitariis. *Mant.* 461. *

parviflorus. C. fol. basi adnatis lanceolatis nudis erosis ciliato-spinulosis inermibus. *Mant.* 279. * Cirseum pratense alpinum polycephalum, asphodeli radice. *Tournef. inst.* 448.

* * *Foliis sessilibus.*

casabonae. 12. C. fol. sessilibus lanceolatis integerrimis: margine spinis ternatis.

stellatus. 13. C. fol. sessilibus integris lanceolatis inermibus subtus tomentosis, spinis ramosis axillaribus, flor. sessilibus lateralibus.

marianus. 14. C. fol. amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calycibus aphyllis: spinis canaliculatis duplicato-spinosis.

syriacus. 15. C. amplexicaulibus angulato-spinosis, flor. solitariis subsessilibus obvallatis foliolis subquinis. *Flores albi et aegyptiaca varietas purpureis. Forsk.*

eriophorus. 16. C. fol. sessilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calyc. globosis villosis. *Mill. ic. t.* 293.

altissimus. 17. C. fol. sessilibus pinnatifidis sinuatis serratis inermibus, caule ramosissimo, calyc. villosis subserratis.

virginianus. 18. C. fol. lanceolatis spinulosis: subtus tomentosis, caule inermi folioso unifloro.

heterophyl-

Digitized by Google

hetero-phyllus. 20. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris laciniatisque, caule subunifloro, calyc. inermi. *Oed. dan.* 160. Cirsium britannicum, caule multifloro, foliis inferioribus laciniatis. *Scop. ann.* 2. *p.* 60. *Radix repens. Folia subtus nivea; alia integra, alia laciniata.*

helenioi-des. 21. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis dentatis: spinulis inaequalibus ciliatis, caule inermi. Cirsium britannicum, caule unifloro, foliis dentatis. *Scop. ann.* 2. *p.* 60. *Radix vix repens. Caulis altitudine humana. Folia subtus albida; nulla laciniata.*

serratulo-ides. 22. C. fol. subamplexicaulibus lanceolatis integris: serraturis spinoso-setaceis, pedunc. unifloris.

tataricus. 23. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis: serraturis spinoso-setaceis, flor. triphyllis.

flavescens. 24. C. fol. lanceolatis integris inermibus dentatis glabris, flor. aphyllis inermi-spinosis. *Flores albo-flavescentes.*

mollis. 25. C. fol. pinnatifidis linearibus subtus tomentosis, caule inermi unifloro. *Jacq. aust. t.* 18.

acaulis. 26. C. acaulis, calyc. glabro.

926. CNICUS. *Cal.* ovatus, imbricatus squamis ramoso-spinosis, obvallatus bracteis. 1156. *Corollulae* aequales.

oleraceus. 1. C. fol. pinnatifidis carinatis nudis, bracteis concavis integris subcoloratis.

Erisitha-les. 4. C. fol. amplexicaulibus pinnatifidis aristato-serratis: pedunc. cernuis, calyc. glutinosis. *Jacq. obs.* 28. *t.* 19. Folia *pinnato-partita, sessilia subtus imprimis pubescentia*: Pedunculi *aphylli*. Flores *solitarii, nutantes, lutei: disco convexo longiore.*

ferox. 8. C. fol. decurrentibus ligulatis dentato-spinosis, caul. ramoso erecto. *Mant.* 109. *

pygmeus. 2. C. fol. sessilibus sublinearibus confertissimis, calyc. inermi.

Acarna. 7. C. fol. decurrentibus lanceolatis indivisis, calyc. pinnato-spinosis.

spinosissimus. 3. C. fol. amplexicaulibus sinuato-pinnatis spinosis, caule simplici, flor. sessilibus. *Flores ochroleuci.*

Digitized by Google

Centauroides. 5. C. fol. pinnatifidis, calyc. ſcarioſis: ſquamis acuminatis.
uniflorus. C. fol. pinnatifidis, calyce ſcarioſo villoſo. *Mant.* 572. Centaurea calycibus membranaceis, foliis pinnatifidis dentatis. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 86. *t.* 38. *Floſculi ſteriles nulli.*
cernuus. 6. C. fol. cordatis, petiolis criſpis ſpinoſis amplexicaulibus, flor. cernuis, calyc. ſcarioſis.

927. ONOPORDUM. *Recept.* favoſum. *Cal.* ſquamae mucronatae.
1158.

Acanthium. 1. O. calyc. ſquarroſis: ſquamis patentibus, fol. ovato-oblongis ſinuatis. *Planta caneſcenti-virens; Caule alis rectis ad ipſum calycem excurrentibus; Calyce ſquamis patentibus, ſubulatis.*
illyricum. 2. O. calyc. ſquarroſis: ſquamis inferioribus uncinatis, fol. lanceolatis pinnatifidis. *Planta cinereo-cana; Caule alis undulatis infra calycem ſpatio deſinentibus; Calyce ſquamis inferioribus reflexo-uncinatis, lanceolatis.*
arabicum. 3. O. calyc. imbricatis.
acaulon. 4. O. acaule. *Folia A. illyrici, tomentoſo-albida. Caulis omnino nullus. Calyx unus ſeſſilis ad radicem, dein alii laterales calyces enaſcuntur pariter ſeſſiles.*

928. CYNARA. *Cal.* dilatatus, imbricatus ſquamis carnoſis, emarginatis cum acumine.
1159.

Scolymus. 1. C. fol. ſubſpinoſis pinnatis indiviſisque, calycinis ſquamis ovatis.
Cardunculus. 2. C. fol. ſpinoſis: omnibus pinnatifidis; calycinis ſquamis ovatis.
humilis. 3. C. fol. ſpinoſis pinnatifidis ſubtus tomentoſis, calyc. ſquamis ſubulatis.
acaulis. 4. C. acaulos, fol. pinnatis inermibus ſupra glabris.

929. CARLINA. *Cal.* radiatus ſquamis marginalibus longis, coloratis.
1160.

acaulis. 1. C. caule unifloro flore breviore.
lanata. 2. C. caule bifido, calyc. ſanguineis terminalibus: primo axillari ſeſſili. Carlina ſquamis calycinis ter-

Digitized by Google

terminalibus purpureo-rubentibus, floribus inferioribus proliferis. *Ger. prov. 183. Calycis squamae verae terminantur omnes spina simplicissima; in reliquis autem spinae compositae sunt.*

corymbosa. 3. C. caule multifloro subdiviso, flor. sessilibus, calyc. radio flavo. *Columnn. ecphr. 1. p. 28. t. 27.* rectius.

vulgaris. 4. C. caule multifloro corymboso, flor. terminalibus, calyc. radio albo.

racemosa. 5. C. flor. sessilibus lateralibus paucissimis. Carlina squamis calycinis terminalibus longioribus, floribus inferioribus proliferis. *Ger. prov. 184.*

pyrenaica. 6. C. caule multifloro, fol. decurrentibus runcinatis. *Folia utrinque tomentosa: pinnis sessilibus hastatis dentatis apicibus omnibus spina flavescente. Calyces vix majores Card. pycnocephalo: squamis laxis spinosis, erectis, scariosis, angusto-lanceolatis, vix calycis longitudine. Flores purpurascentes.*

atractyloides. 7. C. caule ramoso, calycibus spinis ciliatis. *Forte Gorteriae aut Atractylidis species, videnda iterum.*

930. ATRACTYLIS. *Cor.* radiatae: corollulis radii 5-dentatis.
1161.

gummifera. 1. A. flore acauli.

humilis. 2. A. fol. dentato-sinuatis, flore radiato: obvallato involucro patente, caule herbaceo.

cancellata. 3. A. involucris cancellatis ventricosis linearibus dentatis, calyc. ovatis, flor. flosculosis. *Caulis palmaris, simplex, albo-araneosus: Ramis ex alis 2 ultimis. Folia lineari-lanceolata, ciliata, araneosa. Flos terminalis, cinctus Bracteis 3, patentibus et inclusus 8 conniventibus, in peripheriam globosam inflatam, quorum 3 alternae apice recurvae. Bracteae singulae lineares, pinnato-dentatae dentibus bifurcatis. Corolla parva; caerulea, flosculosa, rarius radio. Involucrum cancellatum, naturae stupendum artificium, muscas arcet.*

oppositifolia. A. foliis oppositis. *Mant. 477.* Gorteria fruticosa. *Sp. plant. 1285. Berg. cap. 302. Fabr. helmst.*

Digitized by Google

helmst. 442. Radius corollae ligulatus staminibus syngenesistis, sed effoetis antheris stylo stigmateque destitutus. Receptaculum piloso-paleaceum, ergo propior Atractylidi quam Gorteriae.

931. CARTHAMUS. *Cal.* ovatus, imbricatus squamis 1462. apice subovato-foliaceis.

tinctorius. 1. C. fol. ovatis integris serrato-aculeatis.
lanatus. 2. C. caule piloso: superne lanato, fol. inferioribus pinnatifidis: summis amplexicaulibus dentatis. *Flosculi radii neutri Hall.*
creticus. 3. C. caule laeviusculo, calyc. sublanatis, flosculis subnovenis, fol. inferioribus lyratis. *Corollulae albae fauce lineis 5 nigris, dein bifidis laciniarum margines nigros efficientibus. Flosculi radii abortiunt. Hall. Calyx arachnoides. Caulis laevis.*
tingitanus. 4. C. fol. radicalibus pinnatis; caulinis pinnatifidis, caul. unifloro.
caeruleus. 5. C. fol. lanceolatis spinoso-dentatis, caul. subunifloro. *Synonyma alterius examinanda, et a praecedenti distinguenda.*
mitissimus. 6. C. fol. inermibus: radicalibus dentatis: caulinis pinnatis. *Hortensis vix dignoscendus Caule decumbente palmari Foliisque sinuatis longioribus mollibus Ger.* 182.
Carduncellus. 7. C. fol. caulinis linearibus pinnatis longitudine plantae.
arborescens. 9. C. fol. ensiformibus sinuato-dentatis. *Mant.* 462. *
corymbosus. 8. C. flor. corymbosis numerosis. *Qualitas corrosiva. Fructificatio generis iterum examinanda.*

1287. SPILANTHUS. *Jacq.*

Cal. *Communis* erectus: foliolis pluribus, subaequalibus, oblongis: exterioribus duobus longioribus.
Cor. *Composita* uniformis, tubulosa. *Corollulae* hermaphroditae, aequales. *Propria* infundibuliformis limbo *saepius quadrifido.*
Stam. *Filamenta* quinque, brevia. *Anthera* cylindrica, tubulosa.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, recurva.

Digitized by Google

PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. solitaria, oblonga, compresso-plana, membranaceo-marginata, apice biaristata: arista altera minore.
REC. paleaceum, conicum.

urens. 1. S. fol. lanceolatis integerrimis, caule prostrato. *Jacq. amer.* 214. *t.* 126. *f.* 1.

Pseudo-Acmella. S. fol. lanceolatis serratis, caule erecto. Verbesina Pseudo-Acmella. *Sp. pl.* 1270. *n.* 4. *Mant.* 475.

Acmella. S. fol. ovatis serratis, caule erecto, flor. radiatis. Verbesina Acmella *Sp. pl.* 271. *Mant.* 475.

atriplicifolius. S. fol. alternis deltoidibus dentatis petiolatis stipulatis, caule paniculato. Bidens atriplicifolia. *Sp. plant.* 13. *Semina mutica.*

insipida. 2. S. fol. obovatis subdentatis sessilibus. *Jacq. amer.* 215.

oleracea. 3. S. fol. subcordatis serrulatis petiolatis. *Caules procumbentes, pedales, teretes, scabriusculi. Folia subcordata, obtusa, serrata, petiolata, opposita. Flores solitarii, longius petiolati, omnino lutei.* Genus differt *a Bidente defectu palearum.*

932. BIDENS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* aristis erectis, 1165. scabris. *Cal.* imbricatus. *Cor.* rarius flosculo uno alterne radiante instruitur.

tripartita. 1. B. fol. trifidis, calyc. subfoliosis, sem. erectis.

minima. 2. B. fol. lanceolatis sessilibus, floribus seminibusque erectis. *Oed. dan.* 312.

nodiflora. 4. B. fol. oblongis integerrimis unidentatis, caul. dichotomo, flor. solitariis sessilibus.

tenella. 5. B. fol. linearibus, pedunc. capillaribus, calyc. subtetraphyllis, sem. erectis quinis.

cernua. 3. B. fol. lanceolatis amplexicaulibus, flor. cernuis, sem. erectis. *Confer.* Coreopsis Bidens.

frondosa. 6. B. fol. pinnatis serratis lineatis glabris, sem. erectis, calyc. frondosis, caule laevi. *Folia infimi paris ternata.*

pilosa. 7. B. fol. pinnatis subpilosis, caule geniculis barbatis, calycibus involucro simplici, sem. divergentibus. β. Agrimonia molucca. *Rumph. amb.* 6. *p.* 38. *t.* 15. *f.* 2. *Simillima, sed foliola distincta et semina semper 4-aristata. Radius etiam floris albus.*

bipinnata. 8. B. fol. bipinatis incisis, calyc. involucratis, coroll. semiradiatis, sem. divergentibus.

nivea.

nivea. 9. B. fol. ſimplicibus ſubhaſtatis ſerratis petiolatis, flor. globoſis, pedunc. elongatis, ſem. laevibus.

verticillata. 10. B. fol. oblongis integris: inferne alternis, ſuperne oppoſitis, flor. verticillatis.

ſcandens. 11. B. fol. oppoſitis ovatis acuminatis integerrimis, caule ſcandente fruticoſo, flor. oppoſitis paniculatis.

bullata. 12. B. fol. ovatis ſerratis: inferioribus oppoſitis; ſuperioribus ternatis: intermedio majore. *Arduin. ſpec. 2. p. 37. t. 18.* Bidens paluſtris annua, fol. ſubrotundis latioribus plerumque trilobis. *Mich. flor.* 120. Bidens foliis ovatis et tripteris, caulibus hirſutis et brachiatis. *Hall. goett.* 383. *Nunc in Italia.*

933. CACALIA. *Recept.* nudum. *Pappus* piloſus. *Cal.* cylindricus. oblongus, baſi tantum ſubcalyculatus.
1168.

* *Fruteſcentes.*

papillaris. 1. C. caule fruticoſo obvallato ſpinis petiolaribus truncatis.

Anteuphorbium. 2. C. caule fruticoſo. fol. ovato-oblongis planis, petiol. baſi linea triplici deductis.

cuneifolia. C. caule fruticoſo, fol. cuneiformibus carnoſis. *Mant.* 410. *Fructificationem non vidi.*

Kleinia. 3. C. caule fruticoſo compoſito, fol. lanceolatis planis, petiolorum cicatricibus obſoletis.

Ficoides. 4. C. caule fruticoſo, fol. compreſſis carnoſis.

repens. 14. C. caule fruticoſo, fol. depreſſis carnoſis. *Mant.* 110.

ſuffruticoſa. 13. C. caule ſuffruticoſo ramoſo, fol. linearibus planis ſparſis. *Mant. 109. Affinis C. Porophyllo.*

* * *Herbaceae.*

Porophyllum. 5. C. caule herbaceo indiviſo, fol. ellipticis ſubcrenatis.

ſonchifolia. 6. C. caule herbaceo, fol. lyratis amplexicaulibus dentatis. *Mant. 463.* * *Mael. Schavi. Rheed. mal. 10. p. 135. t. 68. Murr. Comm. Gott. nov. t. 3. p. 79. tab. 7.*

incana. 7. C. caule herbaceo, fol. lanceolatis dentatis.

ſaracenica. 8. C. caule herbaceo, fol. lanceolatis ſerratis decurrentibus. *Simillima Senecioni ſaracenicae. Bracteae ſetaceae.*

Digitized by Google

hastata. 9. C. caule herbaceo, fol. trilobis acuminatis serratis, flor. nutantibus. *Caulis rore glauco. Folia hastato-deltoidea. Flores albi Fosculis 5. Antherae nigrae.*

suaveolens. 10. C. caule herbaceo, fol. hastato-sagittatis denticulatis, petiol. superne dilatatis. *Corollae albae antheris luteis.*

atriplicifolia. 11. C. caule herbaceo, fol. subcordatis dentato-sinuatis, calyc. quinquefloris.

alpina. 12. C. fol. reniformi-cordatis acutis denticulatis. *Calyc. subtrifloris. Calycis foliola conglutinata. Corollulae 4-fidae. Scop.*

934. ETHULIA. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. 1171.

Conyzoides. 1. E. flor. paniculatis.

Sparganophora. 2. E. flor. sessilibus lateralibus. *Habui plantam ind. orient. minimam, floribus sessilibus; an valantiana eadem? (Exclude Brownii synonymon).*

divaricata. 4. E. fol. linearibus dentatis decurrentibus, pedunc. oppositifloris unifloris, caule divaricato. *Mant.* 110. *et* 572. * Aethulia pedunculis oppositifoliis unifloris, foliis linearibus dentatis decurrentibus, caule divaricato. *Burm. ind.* 176. *t.* 58. *f.* 1. Chrysanthemum bengalense angustifolium pusillum, summo caule ramosum. *Pluk. alm.* 102. *t.* 21. *f.* 4. (*Artemisia minima distincta planta est*).

tomentosa. 3. E. suffruticosa, fol. linearibus integerrimis tomentosis. *Mant.* 110. *Folia alterna.*

bidentis. 5. E. racemulis secundis, calyc. subquinquefloris, fol. lanceolatis oppositis. *Mant.* 110. *Kallstroem, Hortul. reg.*

935. EUPATORIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* imbricatus, oblongus. *Stylus* semibifidus, longus. 1171.

* *Calycibus quadrifloris.*

Dalea. 1. E. fol. lanceolatis venosis obsolete serratis glabris calyc. quadrifloris, caul. fruticoso.

hysso-

Digitized by Google

hyssopifolium. 2. E. fol. lanceolato-linearibus trinerviis subintegerrimis.

scandens. 3. E. caule volubili, fol. cordatis dentatis acutis. *Planta indiae orientalis laevior, foliorum dentibus obsoletioribus, quod e. Cordatum. Burm. ind. 176. t. 58. f. 2.*

Houstonis. 4. E. caule volubili, fol. ovatis integerrimis.

* * *Calycibus quinquefloris.*

zeilanicum. 6. E. fol. ovato-hastatis petiolatis dentatis. *Fructificatio ulterius examinanda, cumfolia alterna sunt.*

sessilifolium. 7. E. fol. sessilibus amplexicaulibus distinctis lanceolatis.

album. 22. E. fol. lanceolatis serratis, calyc. foliolis lanceolatis apice scariosis coloratis. *Mant.* 111.

chinense. 8. E. fol. ovatis petiolatis serratis.

rotundifolium. 9. E. fol. sessilibus distinctis subrotundo-cordatis.

altissimum. 10. E. fol. lanceolatis nervosis: inferioribus extimo subserratis, caule suffruticoso. *Descriptio Morisoni imperfecta. Inulae speciem facit Vaillant, si vero Flores Morisoni radiati fuissent vix ad Eupatoria eam retulisset Morison.*

hastatum. 5. E. fol. cordato-hastatis subdentatis nudis, caule volubili, flor. spicatis.

trifoliatum. 11. E. fol. ternis.

cannabinum. 12. E. fol. digitatis.

* * * *Calycibus octofloris*

purpureum. 13. E. fol. quaternis scabris lanceolato-ovatis inaequaliter serratis petiolatis rugosis.

maculatum. 14. E. fol. quinis subtomentosis lanceolatis aequaliter serratis venosis petiolatis. *Pappus pilosus.*

* * * * *Calycibus quindecim pluribusve flosculis.*

perfoliatum. 15. E. fol. connato-perfoliatis tomentosis.

coelestinum. 18. E. fol. cordato-ovatis obtuse serratis petiolatis, calycibus multifloris.

aromaticum. 19. E. fol. ovatis obtuse serratis petiolatis trinerviis, calyc. simplicibus.

Digitized by Google

altissimum. E. fol. ovatis serratis petiolatis, caule glabro. *Hort. upf.* 254. Ageratum altissimum. *Sp. plant.* 1176.

odoratum. 16. E. fol. deltoidibus inferne dentatis subtus tomentosis, calyc. multifloris.

ivaefolium. 17. E. fol. angusto-lanceolatis trinerviis subserratis, calyc. squarrosis multifloris.

936. AGERATUM. *Recept.* nudum. *Pappus* 5-aristatus. 1175. *Cal.* oblongus, subaequalis. *Corollulae* quadrifidae.

Conyzoides. 1. A. fol. ovatis, caule piloso.

ciliare. 2. A. fol. ovatis crenatis obtusis, caule glabro.

937. PTERONIA. *Recept.* setis multipartitis. *Pappus* 1176. subplumosus. *Cal.* imbricatus.

camphorata. 1. P. fol. sparsis basi ciliatis. *Mant.* 464.

oppositifolia. 2. P. fol. oppositis, ramis dichotomis divaricatis. Cyanus centauroides frutescens, lavandulae folio. *Breyn. prodr.* 3. *p.* 28. *t.* 17. *f.* 3. *centur. fascic. p.* 21. *Habitat ad* Cap. b. spei. ♄. Fruticulus *palmaris, nudus, Ramis oppositis, dichotomis.* Folia *opposita, parva, sublanceolata, incana s. subtomentosa.* Flores *terminales, sessiles, lutei. Corollulae profunde divisae.* Stigmata 2. *longiuscula.* Sem. *hirsuta.* Pappus *setaceus, hispidus.* Receptaculum *paleaceum. Dav. Royen. Convenit generi Staehelinae, sed pappus neque ramosus, neque antherae caudatae, neque folia alterna.*

938. STAEHELINA. *Recept.* brevissime paleaceum. 1176. *Pappus* ramosus. *Antherae* caudatae.

gnaphaloides. 1. S. fol. filiformibus tomentosis, squamis calycinis apice membranaceis reflexis. *Stylus bifidus. Calyx scariosus. Pappus plumosus basi connatus. Antherae caudatae.*

dubia. 2. S. fol. linearibus denticulatis, squamis calycinis lanceolatis, pappo calycibus duplo longiore. *Ger.*

Digitized by Google

Ger. prov. 190. t. 6. Caulis et Folia subtus tomentosa. Stigma simplex. Pappus pilosus basi connatus.

arborescens. 3. S. fol. ovalibus. *Mant. 111.*

fruticosa. 4. S. fol. lanceolatis obtusis. Centaurea fruticosa. *Sp. plant.* 1286.

Chamaepeuce. 5. S. fol. linearibus confertis longissimis revolutis. Serratula chamaepeuce. *Sp. plant. 1147.*

imbricata. S. fol. subulatis erectis tomentosis. *Mant. 281.* Staehelina calycibus turbinatis, foliis ovatis acuminatis imbricatis. *Berg. cap. 233.*

939. CHRYSOCOMA. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex.
1177. *Cal.* hemisphaericus, imbricatus. *Stylus* vix flosculis longior.

* *Frutescentes.*

oppositifolia. 1. C. fruticosa. fol. oppositis obovatis, flor. fasciculatis pedunculatis. *Differt haec tantum a Chrysocomis, quantum convenit Pteroniae oppositifoliae facie externa, calycibus, caule reliquisque, sed huic receptaculum nudum est.*

Comaurea. 2. C. fruticosa, fol. linearibus rectis glabris dorso decurrentibus.

patula. C. suffruticosa: fol. linearibus glabris, ramis divaricatis. *Mant. 280. Berg. cap. 234. Affinis C. Comaureae.*

cernua. 3. C. suffruticosa, fol. linearibus recurvis subscabris, flor. nubilibus cernuis.

ciliata. 4. C. suffruticosa, fol. linearibus rectis ciliatis, ramis pubescentibus.

tomentosa. 6. C. suffruticosa, foliis ramisque tomentosis. *Dav. Royen.* Rami *tomentosi, albidi.* Folia *linearia subtus similiter tomentosa, recta. Flores, ut in proximis.*

scabra. 5. C. suffruticosa, fol. lanceolato-ovatis recurvis denticulato-serratis, pedunc. pubescentibus.

* * *Herbaceae.*

Linosyris. 6. C. herbacea, fol. linearibus glabris, calyc. laxis.

biflora. 7. C. herbacea paniculata, fol. lanceolatis trinerviis punctatis nudis.

Digitized by Google

gramini-folia. 8. C. herbacea, fol. linearibus lanceolatis glabris, flor. corymboſis. *Variat fl. floſculoſis et radiatis radio caeruleo.*

villoſa. 9. C. herbacea, fol. lanceolatis villoſis, calyc. arctis.

940. TARCHONANTHUS. *Recept.* villoſum. *Pappus* 1179. plumoſus. *Cal.* 1-phyllus, ſemi 7-fidus turbinatus.

camphoratus. 1. TARCHONANTHUS. *Berg. cap. 236. Germen ſuperum eſt. Odor Eriocephali et fructus fere ſimilis.*

941. CALEA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* piloſus. *Cal.* 1179. imbricatus.

jamaicenſis. 1. C. flor. ſubternis pedunculatis, fol. ovato-oblongis ſubſerratis petiolatis.

oppoſitifolia 2. C. corymb. congeſtis, pedunc. longiſſimis, fol. lanceolatis, caul. herbaceo.

Amellus. 3. C. flor. ſubpaniculatis, calyc. brevibus, ſem. nudis, fol. ovato-lanceolatis petiolatis.

ſcoparia. C. caul. ſuffruticoſo, ramis ſuboppoſitis angulatis. *Syſt. nat. 3. p. 234. * Folia minuta.*

942. SANTOLINA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. 1179. *Cal.* imbricatus, hemiſphaericus.

Chamae-Cypariſſus. 1. S. pedunc. unifloris, fol. quadrifariam dentatis.

roſmarinifolia. 2. S. pedunc. unifloris, fol. linearibus margine tuberculatis.

alpina. 3. S. pedunc. unifloris, fol. bipinnatis, caul. ſimplicibus. *Flores abſque floſculis femineis.*

anthemoides. 4. S. pedunc. unifloris, fol. bipinnatis, caul. ramoſiſſimo villoſo.

943. ATHANASIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* palea-1180. ceus, breviſſimus. *Cal.* imbricatus.

ſquarroſa. 1. A. pedunc. unifloris lateralibus, fol. ovatis recurvatis.

crenata. 2. A. flor. ſolitariis terminalibus, fol. linearibus.

capita-

Digitized by Google

capitata. 3. A. flor. terminalibus subsessilibus, fol. lanceolatis hirsutis. *Berg. cap.* 237. Athanasia punctata. *Berg. cap.* 238. *Moris. hist.* 3. *p.* 21. *s.* 6. *t.* 3. *f.* 48. *Planta glabra, Folia subrotunda. Flores* 3 *s.* 4 *terminales.*

maritima. 10. A. pedunc. bifloris, fol. lanceolatis crenatis obtusis tomentosis. *Semina ancipitia pappo destituta; an itaque potius Santolinae species? Media inter Athanasias et Santolinas. Planta tota tomentosa. Paleae longitudine calycis.*

genistifolia. 11. A. corymbis simplicibus, fol. lanceolatis indivisis nudis confertis. *Mant.* 464. *

pubescens. 8. A. corymbis simplicibus, fol. lanceolatis indivisis villosis.

annua. 9. A. corymbis simplicibus coarctatis, fol. pinnatifidis dentatis. β. Achillea inodora. *Sp. plant.* 1265. *Folia apicem versus dilatata ut fere palmata apicibus setaceis. Paleae apice luteae longitudine flosculorum. Variat floribus solitariis duplo majoribus.*

dentata. 5. A. corymb. compositis, fol. recurvis: inferioribus linearibus dentatis; superioribus ovatis serratis. β. A. *laevigata corymbis.*

trifurcata. 6. A. corymb. simplicibus, fol. trilobis cuneiformibus.

crithmifolia. 7. A. corymb. simplicibus, fol. semitrifidis linearibus. *Folia tenella quasi conglutinata sunt. Flosculi plurimi.*

parviflora. 1. A. corymbis compositis, fol. pinnatis linearibus. *Mant.* 464. * Tanacetum crithmifolium. *Sp. plant.* 1182. *Berg. cap.* 239. Elichrysum aethiopicum s. Stoechas arborea, foliis abrotani. *Pluk. alm.* 134. *t.* 325. *f.* 3. *Flosculi saepius* 3.

POLY-

Digitized by Google

POLYGAMIA SUPERFLUA.

944. **TANACETUM.** 1182. *Recept.* nudum. *Pappus* submarginatus. *Cal.* imbricatus, hemisphaericus. *Cor.* radii obsoletae, 3-fidae. (*interdum nullae omnesque flosculi hermaphroditi.*

sibiricum. 4. T. fol. pinnatis: laciniis lineari-filiformibus, corymbis glabris, caule herbaceo.

incanum. 5. T. fol. bipinnatis tomentosis, corymbo ovato composito.

cotuloides. T. fol. dentato-pinnatis acuminatis, caule ramosissimo, flor. subpaniculatis. *Mant.* 282. *

annuum. 6. T. fol. bipinnatifidis linearibus acutis, corymbis tomentosis.

monanthos. 9. T. caul. simplicissimis unifloris longitudine foliorum. *Mant.* 111.

vulgare. 7. T. fol. bipinnatis incisis serratis. *Radius calidiore aestate prodit.*

Balsamita. 8. T. fol. ovatis integris serratis.

945. **ARTEMISIA.** 1184. *Recept.* subvillosum vel nudiusculum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus squamis rotundatis, conniventibus. *Cor.* radii nullae.

* *Fruticosae, erectae.*

vermiculata. A. frutescens, fol. acerosis confertis minimis, panicula racemosa, flor. sessilibus. *Mant.* 281. *
Absinthium africanum arborescens, folio vermiculato incano. *Tournef. inst.* 358.

judaica. A. fruticosa, fol. obovatis obtusis lobatis parvis, flor. paniculatis pedicellatis. *Mant.* 281. * 111. *

aethiopica. 1. A. fruticosa, fol. palmatis linearibus minutissimis, flor. racemosis pedunculatis. *Mant.* 283. *

contra. A. fruticosa, fol. palmatis linearibus minutis, panicula racemosa, flor. sessilibus. *Mant.* 282. *

Abro-

Digitized by Google

Abrotanum. 2. A. fruticosa, fol. setaceis ramosissimis.

arborescens. 15. A. fruticosa, fol. compositis multifidis linearibus, flor. subglobosis.

* * *Procumbentes ante florescentiam.*

santonica. 3. A. fol. caulinis linearibus pinnato-multifidis, ramis indivisis, spic. secundis reflexis, flor. quinquefloris. β. Absinthium santonicum gallicum. *Bauh. pin.* 139. *Cam. epit.* 457.

campestris. 4. A. fol. multifidis linearibus, caul. procumbentibus virgatis. *Racemi simplices, alterni, floribus solitariis.*

palustris. 5. A. fol. linearibus pinnatis integerrimis, flor. glomeratis subsessilibus.

crithmifolia. 6. A. fol. compositis divaricatis linearibus carnosis glabris, caule adscendente paniculato.

maritima. 7. A. fol. multipartitis tomentosis, racem. cernuis, flosculis femineis ternis. γ. Absinthium seriphium gallicum. *Bauh. pin.* 139.

glacialis. 9. A. fol. palmatis multifidis sericeis, caul. adscendentibus, flor. glomeratis fastigiatis.

rupestris. 8. A. fol. pinnatis, caulibus adscendentibus, flor. globosis cernuis receptaculo papposo.

* * * *Erectae herbaceae, foliis compositis.*

pontica. 10. A. fol. multipartitis subtus tomentosis, flor. subrotundis nutantibus: receptaculo nudo.

annua. 11. A. fol. triplicato-pinnatis utrinque glabris, flor. subglobosis nutantibus: receptaculo glabro conico.

tanacetifolia. 13. A. fol. bipinnatis subtus tomentosis nitidis: pinnis transversis, racem. simplicibus.

Absinthium. 14. A. fol. compositis multifidis, flor. subglobosis pendulis: receptaculo villoso.

vulgaris. 16. A. fol. pinnatifidis planis incisis subtus tomentosis, racem. simplicibus recurvatis, flor. radio quinquefloro.

* * * * *Foliis simplicibus.*

integrifolia. 14. A. fol. lanceolatis subtus tomentosis integerrimis dentatisque, flosculis femineis quinis.

caerulescens. 15. A. fol. caulinis lanceolatis integris: radicalibus multifidis, flosculis femineis ternis.

Dra-

Digitized by Google

Dracunculus. 16. A. fol. lanceolatis glabris integerrimis.

chinensis. 17. A. fol. simplicibus tomentosis obtusis lanceolatis: inferioribus cuneiformibus trilobis.

maderaspatana. 18. A. fol. simplicibus lyrato-sinuatis, caulibus procumbentibus, flor. pedunculatis solitariis globosis oppositifoliis. Nelampala. *Rheed. mal.* 10. *p.* 97. *t.* 49.

minima. 22. A. fol. cuneiformibus repandis, caule procumbente, flor. axillaribus sessilibus. *Burm. ind. t.* 58. *f.* 3. (*Distincta ab Æthulia divaricata.*)

946. GNAPHALIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* imbricatus: squamis marginalibus rotundatis, scariosis, coloratis.
1191.

* *Fruticosa Argyrocoma.*

eximium G. fruticosum, fol. sessilibus ovatis confertis erectis tomentosis, corymbo sessili. *Mant.* 573.* Elichrysum africanum fol. sessilibus lanceolatis capitulis congestis ex rubello aureis. *Edw. av.* 183. *t.* 183

arboreum. 1. G. fruticosum, fol. sessilibus linearibus supra glabris margine revolutis, flor. subcapitatis, pedunc. elongatis. *Receptaculum lanatum.*

grandiflorum. 2. G. fruticosum, fol. amplexicaulibus ovatis trinerviis utrinque lanuginosis. *Berg. cap.* 245. *capitulum longe pedunculatum.*

fruticans. G. fruticosum, fol. ovatis amplexicaulibus, caule rigente, cyma sessili. *Mant.* 282. *Affine G. grandifloro.*

coronatum. 3. G. fruticosum, fol. sessilibus lanceolatis, corymb. compositis sessilibus, pedunculis aphyllis, calyc. coronatis.

discolorum. 4. G. fruticosum, fol. sessilibus lanceolatis, calycibus albis: squamis inferioribus incarnatis. Gnaphalium pyramidale. *Berg. cap.* 465. Gnaphalium frutescens tomentosum, folio oblongo, floribus cymosis. *Burm. afr.* 224. *t.* 79. *f.* 4. *Flores subumbellati.*

muricatum. 6. G. fruticosum, fol. subulatis mucronatis, umbella composita, cal. subtrifloris cylindricis. *Berg. cap.*

Digitized by Google

cap. 262. Variat foliis instar Juniperi pungentibus. Flosculi 3 f 5 f. 6. Flosculi rarius 5. f. 6.

ericoides. 7. G. fruticosum, fol. sessilibus linearibus, calyc. exterioribus rudibus; interioribus incarnatis.

teretifolium. 10. G. fruticosum, fol. confertis teretiusculis, corymb. ramosis, calyc. extus ferrugineis. *Berg. cap. 261.*

** * * Fruticosa Chrysocoma.*

mucronatum. G. fruticosum, fol. subulatis mucronatis, calycinis squamis subrotundis. *Mant. 283.* Gnaphalium fruticosum, foliis subulatis tomentosis mucronatis, calycibus subrotundis majusculis paniculatis. *Berg. cap. 269.* Xeranthemum frutescens foliis linearibus angustissimis, capitulis sulphureis. *Burm. afr. 179. t. 66. f. 3.*

Stoechas. 9. G. fruticosum, fol. linearibus, corymb. composito, ramis virgatis.

ignescens. 11. G. fruticosum, fol. sublanceolatis tomentosis sessilibus, corymb. alternis conglobatis, flor. globosis.

dentatum. 12. G. fruticosum, fol. cuneiformibus dentatis sessilibus, corymb. simplici.

serratum. 13. G. fruticosum, fol. amplexicaulibus lanceolatis serratis supra nudis.

patulum. 14. G. fruticosum, fol. amplexicaulibus spatulatis, corymb. aggregatis, ramis patentibus. *Berg. cap. 256.*

petiolatum. 15. G. fruticosum, fol. ovatis integerrimis petiolatis, flor. confertis terminalibus. *Affinis maxime praecedenti.*

crassifolium. 16. G. fruticosum, fol. lato-lanceolatis subpetiolatis coriaceis tomentosis, corymbo composito, caul. prolifero. *Mant.* 112.

maritimum. G. fruticosum ramosissimum, fol. lanceolatis sessilibus acutiusculis, calycinis intimis squamis aureis. *Mant. 283.* * Gnaphalium sericeum, foliis oblongis acutis. floribus cymosis. *Burm. afr. 216. t. 77. f. 2. Differt a G. crassifolio foliis basi minime angustatis.*

repens. G. suffruticosum, fol. linearibus, caule repente recto, ramis erectis simplicissimis. *Mant. 283.*

*** * * Herba-*

Digitized by Google

*** *Herbacea Chrysocoma.*

cylindricum. 16. G. fol. herbaceum, fol. sessilibus oblongis tomentosis, corymb. inaequalibus, calyc. glabris cylindricis sessilibus.

orientale. 17. G. subherbaceum, fol. lineari-lanceolatis sessilibus, corymb. composito, pedunc. elongatis.

arenarium. 18. G. herbaceum, fol. lanceolatis: inferioribus obtusis, corymbo composito, caul. simplicissimis.

rutilans. 19. G. herbaceum; fol. lanceolatis, corymbo decomposito, caule inferne ramoso.

imbricatum. 20. G. herbaceum, fol. lanceolatis tomentosis, squamis calycinis reflexis, caule ramoso. Gnaphalium paniculatum. *Berg. cap.* 256.

cymosum. 21. G. herbaceum, fol. lanceolatis trinerviis: supra glabris. racemo terminali, caule inferne ramoso. *Berg. cap.* 258. Elichrysum aethiopicum, numerosis et angustis foliis. *Pluk. alm.* 134. *t.* 279. *f.* 1.

nudifolium. 22. G. herbaceum, fol. lanceolatis trinerviis nudis reticulato-venosis. *Berg. cap.* 247. Elichrysum quinquenervii folio. *Pet. gaz. t.* 82. *f.* 1. *Receptaculum nudum adeoque non Athanasiae generis.*

luteo-album. 23. G. herbaceum, fol. semiamplexicaulibus ensiformibus repandis obtusis utrinque pubescentibus, flor. conglomeratis.

pedunculare. G. herbaceum, fol. spatulatis subamplexicaulibus subtus tomentosis, calycinis squamis acutiusculis. *Mant.* 284.*

odoratissimum. 24. G. herbaceum, fol. decurrentibus mucronatis utrinque tomentosis planis. Gnaphalium aureo fulvum. *Berg. cap.* 257. *Folia totaliter decurrentia.*

**** *Herbacea Argyrocoma.*

sanguineum. 25. G. herbaceum, fol. decurrentibus lanceolatis tomentosis planis apiculo nudo terminali.

foetidum. 26. G. herbaceum, fol. amplexicaulibus integerrimis acutis subtus tomentosis, caule ramoso. *Variat calycibus argenteis et aureis. Volk. norib.* 194. *t.* 194.

undulatum. 27. G. herbaceum, fol. subdecurrentibus lanceolatis undulatis acutis subtus tomentosis, caule ramoso. *Folia summa decurrentia.*

crispum.

Digitized by Google

crispum. 27. G. herbaceum, fol. amplexicaulibus spatulatis tomentosis, calyc. obtusissimis plicato-undulatis: basi tomentosis. *Berg. cap.* 253. *Pluk. alm.* 171. *t.* 298. *f.* 3.

helianthemifolium. 29. G. herbaceum, fol. subamplexicaulibus lanceolatis, corymbis compositis, calycum squamis subplicatis.

squarrosum. 30. G. herbaceum, fol. sessilibus lingulatis tomentosis, calyc. squamis interioribus subulatis recurvatis.

stellatum. 31. G. herbaceum, fol. sessilibus lanceolatis villosis, calyc. acutis extus incarnatis.

obtusifolium. 32. G. herbaceum, fol. lanceolatis, caule tomentoso paniculato, flor. glomeratis conicis terminalibus.

margaritaceum. 33. G. herbaceum, fol. lineari-lanceolatis acuminatis alternis, caule superne ramoso, corymbis fastigiatis.

plantagineum. 34. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, fol. radicalibus ovatis maximis. *Similis sequenti.*

dioicum. 35. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, corymbo simplici, flor. divisis.

alpinum. 35. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, capitulo aphyllo, flor. oblongis. *Oed. dan.* 332. *Femineis adhuc solum visis.*

indicum. 37. G. herbaceum, fol. lanceolatis, caule ramosissimo diffuso, corymbis inaequalibus, calyc. intus coloratis. (*Synonymon Pluknetii dubium*).

purpureum. 38. G. herbaceum, fol. lanceolatis nudis, caule erecto simplicissimo, flor. spicatis lateralibus sessilibus.

***** *Filaginoidea.*

sylvaticum. 39. G. caule herbaceo simplicissimo erecto, flor. sparsis. *Oed. dan.* 254. *Varietas forte? minor, calyce simillimo ex alpibus europeis.*

supinum. G. caule herbaceo simplici procumbente, flor. sparsis. *Syst. nat.* 3. *p.* 234. Gnaphalium supinum, lavandulae folio. *Bocc. mus.* 107. *t.* 83. Gnaphalium oblongo folio. *Scheuch. alp.* 2. *p.* 134.

uliginosum. 41. G. caule herbaceo ramoso diffuso, floribus confertis terminalibus.

glomera-

Digitized by Google

glomeratum. 40. G. caule herbaceo diffuso, calycib. squamis interioribus subulatis nudis: fol. subamplexicaulibus. *Berg. cap.* 251. *Folia spatulata, hirsutissima capitula foliosa. Rami caule altiores.*

947. XERANTHEMUM. *Recept.* paleaceum. *Pappus* setaceus. *Cal.* imbricatus, radiatus: radio colorato.
1201.

* *Receptaculo paleaceo; Pappo quinqueseto.*

annuum. 1. X. herbaceum, fol. lanceolatis patentibus. *Radii stigma simplex; Semine nudo. Disci stigma subbifidum; Semina quinque-aristata.*

* * *Receptaculo nudo. Pappo piloso.*

vestitum. 3. X. fruticosum erectum, fol. adnatis lanceolato-linearibus apice calloso-mucronatis, ramis unifloris foliosis. *Planta tota vestita denso tomento.*

speciosissimum. 4. X. fruticosum erectum, fol. amplexicaulibus lanceolatis trinerviis, flor. pedunculatis. *Pappus plumosus.*

proliferum. 5. X. caule fruticoso prolifero, flor. sessilibus, fol. granulato-subrotundis imbricatis obsoletis. *Mant.* 467. * *Berg. cap.* 272.

imbricatum. 6. X. caul. fruticosis, fol. ovatis subtomentosis, pedunc. squamosis. Xeranthemum capense tartonnaire foliis. *Pet. Gaz. t.* 5. *f.* 10. Xeranthemum variegatum. *Berg. cap.* 271. *Calyces nitidi, albi extus medio rufi. Pappus rubicundus.*

canescens. 7. X. fruticosum, fol. imbricatis ovato-subulatis glabris. *Calyces nitidi purpurei: infimis subtestaceis. Pappus albus.*

* * * *Receptaculo nudo, Pappo plumoso.*

retortum. 8. X. caul. frutescentibus provolutis, fol. tomentosis recurvatis.

spinosum. 9. X. squamis calycinis mucronato-spinosis.

sesamoides. 10. X. ramis unifloris imbricatis, fol. linearibus. *Berg. cap.* 273. *Calyx albus s. purpureus.*

virgatum.

virgatum. 2. X. ramis unifloris virgatis, fol. lanceolatis tomentosis, pedunc. subnudis. *Mant. 284. Berg. cap. 275.* Elichrysum africanum tomentosum, angustissimo folio, calyce sulphureo amplo. *Breyn. prbdr. 3. t. 16. f. 3. Differt a X. sesamoide calyce flavo.*

Staehelina. 12. X. pedunculis terminalibus exsertis nudis unifloris, fol. lanceolatis tomentosis. *Habitat ad Cap. b. spei. Dav. Royen.* Caulis *lignosus, tener, paniculato-ramosus, ut tota Herba albo-tomentosus.* Pedunculi *longi, terminales.*

variegatum. 12. X. flor. solitariis nutantibus, squamis calycinis obtusis maculatis. *Roy. mss.* Xeranthemum africanum, gnaphalii foliis tomentosis, foliis et squamarum summitatibus ferrugineis. *Raj. suppl. 181.* ☉

paniculatum. 11. X. flor. paniculatis, fol. lineari-lanceolatis.

948. CARPESIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus.
1203. *Cal.* imbricatus; squamis exterioribus reflexis.

cernuum. 1. C. flor. terminalibus.

abrotanoides. 2. C. flor. lateralibus.

949. BACCHARIS. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
1204. *Cal.* imbricatus, cylindricus. *Flosculi* feminei hermaphroditis immixti.

ivaefolia. 1. B. fol. lanceolatis longitudinaliter dentato-serratis. *Barth. act. 2. p. 57. t. 57.* (*excluso Synonymo Morisoni*) *Flosculi Feminei corollula 3-fida, copiosissimi; Hermaphroditi disci pauci, 5-fidi.*

neriifolia. 2. B. fol. lanceolatis superne uno alterove denticulo serratis.

arborea. B. fol. elliptico-lanceolatis integerrimis nudis petiolatis. *Mant. 284.* * *Arbor in hac classe maxima.*

halimifolia. 3. B. fol. obovatis superne emarginato-crenatis.

Dioscoridis. 4. B. fol. lato-lanceolatis dentatis sessilibus stipulatis. *Sero floret, in caldario vix ad florem pervenit luxurians.*

indica. 5. B. fol. obovatis denticulatis petiolatis.

brasiliana. 6. B. fol. obovatis integris scabris sessilibus subtus venosis.

foetida. 7. B. fol. lanceolatis serrato-dentatis, corymb. foliosis.

950. CONYZA. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Cal.*
1205. imbricatus, subrotundus. *Cor.* radii trifidae.

squarrosa. 1. C. fol. lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboso, calyc. squarrosis.

linifolia. 2. C. fol. lineari-lanceolatis integerrimis, coroll. radiatis.

sordida. C. fol. linearibus integerrimis, pedunculis longis trifloris, caule suffruticoso. *Mant.* 466. * Gnaphalium sordidum. *Sp. plant* 1193. *Affinis C. saxatili.*

saxatilis. 3. C. fol. linearibus subdentatis, pedunc. longissimis unifloris, caul. suffruticoso.

rupestris. 22. C. fol. spatulatis subdentatis cauleque suffruticoso tomentosis, pedunc. elongatis unifloris. *Mant.* 113.

scabra. 21. C. fol. oblongis subdentatis sessilibus scabris, pedunc. unifloris elongatis. *Mant. 113.*

asteroides. 4. C. fol. lato-lanceolatis subserratis, coroll. radiatis, cal. squarrosis.

bifrons. 7. C. fol. ovato-oblongis amplexicaulibus. *Conf. Inula bifrons.*

lobata. 8. C. fol. inferioribus trifidis; superioribus ovato-lanceolatis obsolete serratis, flor. corymbosis.

bifoliata. 5. C. fol. ovalibus dentatis, pedunc. diphyllis: bracteis oppositis.

nubigera. 20. C. fol. oblongis subdentatis subpetiolatis, pedunc. lanatis subbifloris. *Mant.* 113.

tortuosa. 10. C. caule tortuoso fruticoso, fol. ovato-oblongis integerrimis, racem. reflexis.

candida. 12. C. fol. ovatis tomentosis, flor. confertis, pedunc. lateralibus terminalibusque. After ragusinus, folio verbasci *Zan. hist.* 33. *Pedunculi superne incrassati. Variat radiata radio brevi recurvo.*

anthel-

Digitized by Google

anthelmintica. 11. C. fol. lanceolato-ovatis fcabris, pedunc. unifloris, calyc. fquarrofis. *Radix annua. Caulis teres, pubefcens, rectus. Folia alterna, acuta, ferrata, anguftata in Petiolum bafi purpurafcentem. Calycis apices lanceolati, elongati, patuli. Corolla parva, purpurafcens: Flofculis 25, hermaphroditis.*

balfamifera. 13. C. fol. lanceolatis fubtus tomentofis: petiolis etiam dentatis. *Sp. plant.* 1208. *Pappus ferrugineus.*

cinerea. 14. C. fol. oblongis, flor. paniculatis, coroll. cylindricis, calyce duplo longioribus. Senecio indicus atriplicis folio. *Morif. hift. 3. p. 106. f. 7. t. 17. f. 7. Caulis erectus, paniculatus, pubefcens. Folia canefcentia, lanceolato-elliptica, repando-ferrata, remota. Corollae cylindricae, purpureae. Styli breves. Pappus calyce longior.*

odorata. 15. C. fol. ovatis ferratis fubtomentofis acutis, caule corymbofo, coroll. fubglobofis.

chinenfis. 16. C. fol. lanceolato-ovatis reflexo-ferratis fubtus tomentofis, flor. terminalibus congeftis.

hirfuta. 19. C. fol. ovalibus integerrimis fcabris fubtus hirfutis.

arborefcens. 18. C. fol. ovatis integerrimis acutis fubtus tomentofis, fpicis recurvatis fecundis, bract. reflexis.

fruticofa. 17. C. fol. ovatis integerrimis obtufis, flor. feffilibus alternis, ramulis flexuofis.

virgata. 5. C. fol. decurrentibus lanceolatis ferrulatis, caul. virgatis, flor. fpicatis fparfis congeftis.

decurrens. 6. C. fol. decurrentibus lanceolatis ferrulatis, flor. axillaribus feffilibus glomeratis.

951. ERIGERON. *Recept.* nudum. *Pappus* pilofus. *Cor.* 1209. radii lineares, anguftiffimae.

vifcofum. 1. E. pedunc. unifloris lateralibus, fol. lanceolatis denticulatis bafi reflexis, calyc. fquarrofis, coroll. radiatis. *Mant.* 468. * Virga aurea major, foliis glutinofis graveolentibus. *Tournef. inft.* 580. *Vaill. Act.* 579. *Pedunculi diphylli, uniflori, vix foliis longiores. Flores radiati.*

graveolens. 2. E. fol. fublinearibus integerrimis, ramis lateralibus multifloris. *Mant.* 468. * *Flores radiati.*

Digitized by Google

glutinosum. 18. E. fol. lanceolato-linearibus pilofo-vifcidis, pedunc. unifloris. *Mant.* 112. *Flores purpurei.*

ficulum. 3. E. fquamis calycinis inferioribus laxis florem fuperantibus, pedunc. foliofis. *Caules rubentes. Inulae pulicariae affinis.*

carolinianum. 4. E. caule paniculato, flor. fubfolitariis terminalibus, fol. linearibus integerrimis.

canadenfe. 5. E. caule floribus paniculatis, hirtis, fol. lanceolatis ciliatis. Virga aurea virginiana hirfuta, flore pallido. *Zanon. hift.* 1. *p.* 204. *t.* 78.

bonarienfe. 7. E. fol. bafi revolutis.

jamaicenfe. 6. E. caule paucifloro fubvillofo, fol. cuneiformi-lanceolatis: ferraturis utrinque duabus.

philadelphicum. 8. E. caule multifloro, fol. lanceolatis fubferratis: caulinis femiamplexicaulibus, flofc. radii capillaceis longitudine difci. (*Non defcriptio, quae E. aegyptiaci*).

aegyptiacum. 17. E. fol. femiamplexicaulibus fpatulatis dentatis, flor. globofis. *Mant.* 112. 517. *

Gouani. E. flor. congeftis, cal. fcariofis, fol. lanceolatis fubdentatis margine fcabris *Mant.* 469. *

acre. 9. E. pedunculis alternis unifloris.

alpinum. 10. E. caule fubbifloro, calyce fubhirfuto, fol. obtufis fubtus villofis. *Oed. dan.* 292. Erigeron fquamis calycinis planis, foliis obtufis fubtus villofis. *Ger. prov.* 202. *Variat extra alpes Caule paniculato, Calyce glabro.*

uniflorum. 11. E. caule unifloro, calyce pilofo.

gramineum. 12. E. caule unifloro, fol. linearibus ciliatis fcabris.

camphoratum. 14. E. fol. lanceolato-ovatis villofis: ferraturis apice cartilagineis.

tuberofum. 12. E. fol. linearibus, ramis unifloris, caule fuffruticofo. Erigeron fol. rigidis, caul. fublignofo paucifloro. *Ger. prov.* 205. *Radix praemorfa. Varietates a Gronovio.*

foetidum. 16. E. fol. lanceolato-linearibus retufis, flor. corymbofis. Pfeudo-Helichryfum frutefcens africanum, retufis foliis viridibus, flore luteo nudo. *Morif. hift.* 3. *p.* 90. *n.* 1. *Conf.* Inulam foetidam.

Digitized by Google

952. TUSSILAGO. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex.
1213. *Cal.* squamae aequales, discum aequantes, submembranaceae.

Anandria. 1. T. scapo unifloro squamoso erecto, fol. lyrato-ovatis. *In Frigidioribus Calyx clausus flore flosculoso; in calidioribus flore radiato patente.*

dentata. 3. T. scapo unifloro ebracteato, fol. lanceolatis dentatis villosis.

nutans. 2. T. scapo unifloro ebracteato, flor. nutante, fol. lyratis obtusis.

alpina. 4. T. scapo unifloro subnudo, fol. cordato-orbiculatis crenatis. *Scapus una alterave bractea.*

Farfara. 5. T. scapo unifloro imbricato, fol. subcordatis angulatis denticulatis. *Oed. dan.* 595.

japonica. 10. T. floribus alternis radiatis. *Mant.* 113. Arnica tussilaginea *Burm. ind.* 182. Doronicum tussilaginis folio. *Pluk. amalth.* 71. *t.* 390. *f.* 6. *Burm.*

frigida. 6. T. thyrso fastigiato, flor. radiatis. *Oed. dan.* 61. *Variat floribus flosculosis et radiatis.*

alba. 7. T. thyrso fastigiato, flosculis femineis nudis paucis. *Oed. dan.* 524.

hybrida. 8. T. thyrso oblongo, flosculis femineis nudis plurimis.

Petasites. 9. T. thyrso ovato, flosculis femineis nudis paucis. *Flosculi feminei (inter hermaphroditos) 2 s. 3, vix petaloidei, ligulati, albi. Filius.*

953. SENECIO. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Cal.*
1215. cylindricus, calyculatus: squamis apice sphacelatis.

* *Floribus flosculosis.*

hieracifolius. 1. S. Coroll. nudis, fol. amplexicaulibus laceris, caule herbaceo erecto. *Mant.* 469. *

purpureus. 5. S. Coroll. nudis, fol. lyratis hirtis; superioribus lanceolatis dentatis. *Berg. cap.* 276.

persicifolius. 3. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis integerrimis basi dentatis.

virgatus. 4. S. coroll. nudis, fol. lyratis subtus tomentosis, pedunc. unifloris: squamis subulatis.

Digitized by Google

losis. *Ger. prov. 196. t. 7.* Doronicum helveticum humile, crassis foliis. *Bauh. pin. 185. prodr. 97. Varietates progressivas α-ε vidit D. Jacquin, at omnes negat convenire D. Haller.*

longifolius. 34. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus sparsis, caule fruticoso. *Mant. 470. Berg. cap. 279.*

byzantinus. 35. S. coroll. radiantibus, fol. oblongis remote dentatis spinoso-denticulatis supra nudis, caule herbaceo. Solidago isatidis folio. *Raj. suppl. 177. n. 46. 58?* Jacobaea sicula, caule rigido ramoso, foliis ad marginem laciniatis, floribus parvis luteis. *Raj. suppl. 178. n. 49?* Hieracium montanum Conyzae s. Dentariae folio. *Bocc. sic. Statura S. rigidi. sed omnibus partibus longe angustior.*

halimifolius. 36. S. coroll. radiantibus, fol. obovatis carnosis dentatis, caule fruticoso.

ilicifolius. 37. S. coroll. radiantibus, fol. sagittatis amplexicaulibus dentatis, caule herbaceo. *Berg. cap. 281. Folia suprema hastata.*

rigidus. 39. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus spatulatis repandis erosis scabris, caule fruticoso. *Seb. mus. 1. t. 22. f. 5. Caulis rigidus, scaber, inamoenus. Folia rigida, supra quasi oleo oblinita, non tamen glabra; subtus incana, villosiuscula. Flores parvi radio luteo pentapetalo: flosculis remotis integris.*

polifolius. 40. S. coroll. radiantibus, fol. ovatis spatulatis integris obtusis, adultioribus supra glabris, caule fruticoso.

954. ASTER. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Cor.*
1224. radii plures 10. *Cal.* imbricati squamae inferiores patulae.

* *Fruticosi.*

taxifolius. 2. A. suffruticosus, fol. decurrentibus subulatis canaliculatis ciliatis, flor. terminalibus. *Berg. cap. 286.*

reflexus. 3. A. fruticosus, fol. ovatis subimbricatis recurvatis serrato-ciliatis, flor. terminalibus. *Berg. cap. 285.*

Digitized by Google

285. Aſter africanus frutefcens, ſplendentibus parvis et reflexis foliis. *Comm. hort. 2. p. 51. t. 28. Caulis prolifer. Radius ſanguineus.*

crinitus. 4. A. fruticuloſus, fol. ovato-oblongis acutis ſubtus tomentoſis, calyc. pilo terminatis. *Folia exquiſite acuminata.*

fruticuloſus. 5. A. fruticoſus, fol. linearibus punctatis. pedunc. unifloris nudis. *Berg. cap.* 287.

*** Herbacei Integrifolii, Pedunculis nudis.*

tenellus. 6. A. fol. ſubfiliformibus aculeato-ciliatis, pedunc. nudis, calyc. hemiſphaericis aequalibus. *Mant.* 471. * Aſter parvus aethiopicus, chamaemeli floribus, tamariſci aegyptiaci foliis tenuiſſime denticulatis. *Pluk. alm. 56. t. 271. f. 4. Raj. ſuppl. 164. n. 84.*

alpinus. 7. A. fol. ſpatulatis hirtis: radicalibus obtuſis, caul. ſimpliciſſimo unifloro. *Folia caulina 2, rarius 3. Gouan. Calyx aequalis.*

ſibiricus. 8. A. fol. lanceolatis venoſis ſcabris extimo ſerratis, caul. ſtriatis, pedunc. tomentoſis.

Tripolium. 9. A. fol. lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inaequatis, flor. corymboſis.

Amellus. 10. A. fol. lanceolatis obtuſis ſcabris trinerviis integris, pedunc. nudiuſculis corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis. *Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello. Virg.*

divaricatus. 11. A. ramis divaricatis, fol. ovatis ſerratis, floralibus integerrimis obtuſiuſculis amplexicaulibus.

**** Herbacei Integrifolii, pedunculis ſquamoſis.*

hyſſopifolius. 37. A. fol. linearibus integerrimis obliquatis acutis margine ſcabris, pedunc. ſubnudis. *Mant.* 114. 517.

dumoſus. 12. A. fol. linearibus integerrimis, caule paniculato, flor. terminalibus.

ericoides. 13. A. fol. linearibus integerrimis, caul. paniculato, pedunc. racemoſis: pedicellis folioſis.

tenuifolius. 14. A. fol. ſublinearibus integerrimis, pedunc. folioſis.

linariifolius. 15. A. fol. linearibus integerrimis mucronatis ſcabris carinatis, pedunc. folioſis.

linifo-

Digitized by Google

linifolius. 16. A. fol. linearibus acutis integerrimis, caule corymboso ramosissimo. *Folia lanceolata, sensim versus apicem attenuata. Pedunculi squamis subulatis minimis.*

acris. 17. A. fol. lanceolato-linearibus strictis integerrimis planis, flor. corymbosis fastigiatis, pedunc. foliosis.

concolor. 18. A. fol. ovatis sessilibus integerrimis, caule simplicissimo, racemo terminali.

rigidus. 19. A. fol. linearibus alternis, flor. terminalibus solitariis.

novae-angliae. 21. A. fol. lanceolatis alternis integerrimis semiamplexicaulibus, flor. confertis terminalibus, caule hispido.

undulatus. 20. A. fol. amplexicaulicus undulatis subtus tomentosis, flor. racemosis adscendentibus.

grandiflorus. 32. A fol. amplexicaulibus lingulatis integerrimis, ramis unifloris, calyc. squarrosis. *Mill. ic.* 282. *Catesby hunc in Europam primus introduxit.*

* * * * *Herbacei Serratifolii, pedunculis laevibus.*

cordifolius. 22. A. fol. cordatis serratis petiolatis, caule corymboso; pedunc. aphyllis, cal. laevibus. *Caulis sublaevis, superne magis ramosus. Folia Radicalia cordata, acute serrata, subtus pilosiuscula; Caulina inferiora ovata, serrata petiolis marginatis; suprema spatulato-lanceolata, amplexicaulia. Panicula corymbosa. Pedunculi nudi. Calyces imbricati, arcti. Radius exalbidus, vix purpurascens, 12-petalus.*

puniceus. 23. A. fol. semiamplexicaulibus lanceolatis serratis scabris, pedunc. alternis subunifloris, calyc. discum superantibus.

annuus. 24. A. fol. lanceolatis: inferioribus crenatis, caule corymboso, pedunc. nudis, calyc. hemisphaericis. *Oed. dan.* 486.

vernus. 25. A. fol. radicalibus lanceolatis integerrimis obtusis, caul. subnudo filiformi subramoso, pedunc. nudis.

* * * * * *Herbacei Serratifolii, pedunculis squamosis.*

indicus. 26. A. fol. ovato-oblongis serratis: floralibus ovali-lanceolatis integerrimis, ramulis unifloris.

laevis.

laevis. 27. A. fol. lanceolatis sessilibus laevibus subserratis, pedunc. foliosis subdivisis.

mutabilis. 28. A. fol. lanceolatis serratis, calyc. squarrosis, panic. subfastigiata.

Tradescanti. 29. A. fol. lanceolato-linearibus medio serratis, pedunc. foliosis, caule racemoso, calyc. erectis.

novi belgii. 30. A. fol. lanceolatis subserratis sessilibus, caule paniculato, ramulis unifloris solitariis, calyc. squarrosis.

tardiflorus. 31. A. fol. spatulato-lanceolatis serratis oblongis: basi flexuosis semiamplexicaulibus, caul. prostratis, flor. terminalibus.

miser. 33. A. fol. serratis: ramorum integerrimis, flor. ovatis: disco radiis longiore.

macrophyllus. 34. A. fol. serratis: radicalibus maximis cordatis trinervatis; caulinis ovatis sessilibus.

chinensis. 35. A. fol. ovatis angulatis dentatis petiolatis, caul. patentibus foliosis terminalibus. *Differt nonnihil a congeneribus.*

955. SOLIDAGO. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. 1232. *Cor.* radii circiter 5. *Cal.* squamae imbricatae, clausae.

sempervirens. 1. S. fol. lanceolatis subcarnosis glaberrimis margine scabriusculis, panic. corymbosa.

canadensis. 2. S. paniculato-corymbosa, racem. recurvatis, flor. adscendentibus, fol. trinerviis subserratis scabris.

altissima. 3. S. paniculato-corymbosa, racem. recurvis, flor. adscendentibus, fol. enerviis serratis.

lateriflora. 4. S. panic. corymbosa: racem. recurvis adscendentibus, caule inferne ramoso floriferoque.

bicolor. 14. S. racem. spicatis, fol. subserratis, florum radio bicolore. *Mant. 114.*

lanceolata. 13. S. corymb. terminalibus, fol. lineari-lanceolatis integerrimis trinerviis. *Mant. 114.*

caesia. 5. S. panic. corymbosa, racem. supra densioribus, caule glabro laevi.

mexicana. 9. S. caule obliquo, pedunc. erectis foliolatis ramosis fol. lanceolatis integerrimis.

flexicaulis. 7. S. caule flexuoso, fol. ovatis acuminatis serratis, racem. lateralibus simplicibus.

latifolia.

Digitized by Google

latifolia. 8. S. caule erecto, fol. ovatis acuminatis ferratis, racem. lateralibus fimplicibus.
Virgaurea. 9. S. caule fubflexuofo angulato, racem. paniculatis erectis confertis.
minuta. 10. S. caule fimpliciffimo, fol. caulinis integerrimis, pedunc. axillaribus unifloris.
rigida. 11. S. fol. caulinis ovatis fcabris integerrimis, ram. alternis faftigiatis, corymb. terminalibus.
noveboracenfis. 12. S. fol. radicalibus ovato-oblongis petiolatis, caule nudiufculo ramofo faftigiato.

957. CINERARIA. *Recept.* nudum. *Pappus* fimplex. 1242. *Cal.* fimplex, polyphyllus, aequalis.

geifolia. 1. C. pedunc. ramofis, fol. reniformibus fuborbiculatis fublobatis dentatis petiolatis. *Berg. cap.* 289.
cymbalarifolia. 2. C. fol. lyratis: impari reniformi denticulato; caulinis fummis amplexicaulibus lobatis integerrimis.
fibirica. 3. C. racem. fimplici, fol. cordatis obtufis denticulatis laevibus, caul. fimpliciffimo monophyllo. *Mant.* 472. * *Bracteae 2, oblongae, emarcefcentes.*
glauca. 4. C. racem. fimplici, fol. fpatulato-cordatis integerrimis, caul. fimpliciffimo. *Folia colore Crambes maritimae, fubcarnofa glauca petiolis marginato-fpatulatis.*
fonchifolia. 5. C. fol. amplexicaulibus finuatis difformibus.
paluftris. 6. C. flor. corymbofis, fol. lato-lanceolatis dentato-finuatis, caul. villofo. *Oed dan.* 573.
alpina. 7. C. umbella involucrata, pedunc. communi nudiufculo, fol. oblongis villofis. *Mant.* 472.
aurea. 8. C. flor. corymbofis, fol. lanceolatis ferratis fubtus tomentofis.
maritima. 9. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis tomentofis: laciniis finuatis, caul. frutefcente.
canadenfis. 10. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis fubvillofis: laciniis finuatis, caule herbaceo.
linifolia. 11. C. pedunc. unifloris, fol. fparfis, caule fruticofo.
purpurata. C. caule fubbifloro, fol. obovatis fubtomentofis. *Mant.* 285. *

Amelloi-

Amelloides. 13. C. pedunc. unifloris, fol. oppofitis ovatis nudis, caul. fuffruticofo. *Berg. cap. 290. Amello lychnitidi fimilis. Radius caeruleus. Folia petiolata ovato-oblonga, viridia, nec cinerea.*

956. INULA. *Recept.* nudum. *Pappus* fimplex. *Antherae* bafi in fetas duas defінentes.
1236.

Helenium. 1. I. fol. amplexicaulibus ovatis rugofis fubtus tomentofis, calycum fquamis ovatis.

odora. 4. I. fol. amplexicaulibus dentatis hirfutiffimis: radicalibus ovatis; caulinis lanceolatis, caule paucifloro. *Folia mollia: caulina amplexicaulia. Flos 1 f. 2 pedunculatus.*

Oculus-Chrifti. 5. I. fol. amplexicaulibus oblongis integris hirfutis, caule pilofo corymbofo.

britannica. 6. I. fol. amplexicaulibus lanceolatis ferratis diftinctis fubtus villofis, caule ramofo erecto villofo. *Oed. dan. 413.*

dyfenterica. 7. I. fol. amplexicaulibus cordato-oblongis, caule villofo paniculato, fquamis calycinis fetaceis. *Oed. dan. 410.*

undulata. 24. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis undulatis. *Mant. 115.*

indica. 8. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis ferratis, pedunc. unifloris filiformibus, flor. globofis. *Folia fubfcabra, fubtus fubtomentofa. Calyx cum difco corollae conficit globum. Flos luteus difco flavo.*

Pulicaria. 9. I. fol. amplexicaulibus undulatis, caule proftrato, flor. fubglobofis radio breviffimo.

arabica. 22. I. fol. oblongis feffilibus, pedunc. filiformibus, calycib. cylindricis. *Mant. 115.*

fpiraeifolia. 10. I. fol. fubfeffilibus ovato-oblongis nudis reticulatis confertis ferrulatis, flor. terminalibus fubfeffilibus.

fquarrofa. 14. I. fol. feffilibus ovalibus laevibus reticulato-venofis fuberenatis, cal. fquarrofo. *Caulis pubefcens. ftriatus, faepe uniflorus. Folia feffilia, fcabriufcula, nuda, fubferrata, margine magis fcabra. Flos terminalis, feffilis. Calyx foliolis lanceolatis, exterioribus majoribus.*

falicina. 11. I. fol. lanceolatis recurvis ferrato-fcabris, ramis angulatis, flor. inferioribus altioribus.

hirta.

Digitized by Google

hirta. 12. I. fol. sessilibus lanceolatis recurvis subserrato-scabris, caul. teretiusculo subpiloso, flor. inferioribus altioribus. *Folia utrinque hirta lanugine subrufa.*

mariana. 16. I. fol. sessilibus lanceolatis subserratis pilosis, pedunc. subunifloris subviscosis: foliolis linearibus.

germanica. 13. I. fol. sessilibus lanceolatis recurvis scabris, flor. subfasciculatis.

ensifolia. 15. I. fol. sessilibus linearibus acuminatis nervosis glabris sparsis, caule subunifloro.

crithmifolia. 17. I. fol. linearibus carnosis tricuspidatis.

provincialis. 18. I. fol. subserratis subtus tomentosis: radicalibus petiolatis ovatis, caule erecto unifloro.

montana. 19. I. fol. lanceolatis hirsutis integerrimis, caule unifloro, calyce brevi imbricato.

aestuans. 2. I. fol. spatulatis subtus tomentosis.

bifrons. 3. I. fol. decurrentibus oblongis denticulatis, flor. congestis terminalibus subsessilibus.

caerulea. I. fol. decurrentibus obovatis subserratis, caule suffruticoso, flor. sessilibus terminalibus. *Mant.* 471. Inula cernua. *Berg. cap. 288. Antherae caudatae. Radius caeruleus.*

aromatica. 20. I. fol. linearibus integerrimis tomentosis sparsis, caul. fruticoso.

pinifolia. 21. I. fol. subulato-linearibus triquetris confertissimis, caul. fruticoso. *Mant.* 472. *

foetida. 22. I. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, corymb. ramosis, radiis florum brevissimis. Pseudo-Helichrysum melitense, retusis foliis viridibus, flore luteo radiato. *Moris. hist. 3. p. 90. (Exclusa Milleri figura.) Affinis Senec. foetido. Habitus Cinerariae.*

958. ARNICA. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Corollulae* radii filamentis 5 absque antheris.
1245.

montana. 1. A. fol. ovatis integris: caulinis geminis oppositis. *Oed. dan. t.* 63.

pilosellоides. 2. A. fol. integerrimis ellipticis villosis, scapo unifloro aphyllo lanato, calyce radium aequante.

scorpioides. 3. A. fol. alternis serratis. *Semina omnia papposa.*

mariti-

Digitized by Google

maritima. 4. A. fol. lanceolatis: inferioribus ferratis, caule foliofo multifloro.
crocea. 5. A. fol. ovatis repando-denticulatis fubtus tomentofis. *Folia quibusdam cordata.*
Gerbera. 6. A. fol. pinnatifidis: lobis rotundatis.
coronopifolia. 7. A. fol. pinnatis: laciniis linearibus.

959. DORONICUM. *Recept.* nudum. *Pappus* fimplex.
1247. *Calycis* fquamae duplicis ordinis aequales, difco longiores. *Sem.* radii nuda pappoque deftituta.

pardalianches. 1. D. fol. cordatis obtufis denticulatis: radicalibus petiolatis; caulinis amplexicaulibus. *Semina radii nuda. Caulis ramofus.*
plantagineum. 2. D. fol. ovatis acutis fubdentatis, ramis alternis. *Caulis ramofus.*
Bellidiaftrum. 4. D. caule nudo fimpliciffimo unifloro. *Semina papposa Turr.*

960. PERDICIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* fimplex.
1248. *Corollulae* bilabiatae.

femiflofculare. 1. P. flore femiflofculofo, fcapo unifloro nudo.
radiale. 2. P. flor. fubradiatis, calyc. exteriore tetraphyllo, caule fruticofo.
brafilienfe. 3. P. flor. fubradiatis, calyc. fimplicibus, caule herbaceo. *Mant.* 115.

961. HELENIUM. *Recept.* nudum: *Radii* paleaceum.
1248. *Pappus* 5-ariftatus. *Cal.* fimplex, multipartitus. *Corollulae* radii femitrifidae.

autumnale. 1. H. fol. ferratis. *Speciem alteram foliis integerrimis Mill. dict. non vidi.*

Digitized by Google

962. BELLIS. *Recept.* nudum, conicum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemisphaericus: squamis aequalibus. *Sem.* obovata.
1248.

perennis. 1. B. scapo nudo. *Oed. dan.* 503.
annua. 2. B. caule subfolioso. (*Excluso Triumfetti et Bocconis synonymo.*)

1322. BELLIUM. *Recept.* nudum. *Sem.* conica corona paleacea 8-phylla. *Pappoque* aristato. *Cal.* foliolis aequalibus.

bellidioides. B. scapis nudis filiformibus. *Mant.* 285. * Bellis annua minima. *Triumf. obs.* 82. *t.* 82. *t.* 82. Bellis maritima minima, roris solis folio, cyrenaica. *Bocc. mus.* 149. *t.* 107. *Raj. suppl.* 222.
minutum. B. caule folioso. *Mant.* 286. * Pectis minuta. *Sp. plant.* 1250. Bellis cretica fontana omnium minima. *Tournef. Cor.* 37. *Vaill. Act.* 547. *Planta inter omnium minutissimas.*

964. TAGETES. *Recept.* nudum. *Pappus* aristis 5, erectis. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus, tubulosus. *Flosculi* radii 4, persistentes.
1249.

patula. 1. T. caule subdiviso patulo.
erecta. 2. T. caule simplici erecto, pedunc. nudis unifloris.
minuta. 3. T. caule simplici recto, pedunculis squamosis multifloris.

963. LEYSERA. *Recept.* subpaleaceum. *Pappus* paleaceus; disci etiam plumosus. *Cal.* scariosus.
1249.

gnaphalodes. 1. L. fol. sparsis, flor. pedunculatis. *Seb. mus.* 2. *t.* 66. *f.* 6. *Caulis prolifer. Folia sparsa, filiformia, villoso-incana, setis brevissimis sparsis glanduliferis. Pedunculi terminales solitarii, purpurei. Calyces turbinati squamis omnibus scariosis. Margines foliorum ciliati glandulis pilo insidentibus. Semina omnia coronata margine membranaceo, sed insuper disci semina papposa. Receptaculum radii paleaceum, disci nudum. Dav. Royen.*

Callicornia.

Digitized by Google

Callicornia. L. fol. trifariis, flor. ſubſeſſilibus. *Mant.* 286. Callicornia gnaphalodes. *Burm. prodr.* 24. *Pluk. phyt.* 350. *f.* 4.

paleacea. 2. L. fol. triquetris apice calloſis recurvatis. *Roy.* Leyſera ericoides. *Berg. cap.* 294. *Folia raris pilis obſita, interius ſulco tomentoſo exarata. Receptaculum totum paleis longitudine fere florum. Seminum corona omnis membranacea; nec ulla papposa. Hinc* Buphthalmis *charactere conuenit, ſed adeo ſimilis priori, ut facie vix diſtinguatur.*

974. ZINNIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ariſtis 2 erectis. *Cal.* ovato-cylindricus, imbricatus. *Floſcula* radii 5. perſiſtentes, integri.
1269.

pauciflora. 1. Z. flor. ſeſſilibus. Verbeſina fol. oppoſitis ovatis acutis integerrimis ſcabris. *Acta petrop.* 1763. *p.* 325. *t.* 13. *Flores lutei.*

multiflora. 2. Z. flor. pedunculatis. *Linn. dec.* 23. *t.* 12. *Jacq. obſ.* 2. *t.* 40. *Caulis hirtus; Folia petiolata; radius ruber. Habitat in Loviſania.*

965. PECTIS. *Recept.* nudum. *Pappus* ariſtatus. *Cal.* 5-phyllus, cylindricus. *Floſculi* radiantes 5.
1250.

ciliaris. A. P. fol. linearibus ciliatis.

punctata. 2. P. fol. linearibus integerrimis ſubtus punctatis.

linifolia. 3. P. fol. linearibus integerrimis utrinque laevibus.

966. CHRYSANTHEMUM. *Recept.* nudum. *Pappus* marginatus. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus: ſquamis marginalibus membranaceis.
1251.

* *Leucanthema.*

fruteſcens. 1. C. fruticoſum, fol. carnoſis linearibus pinnatis dentatis apice trifidis.

ſerotinum. 3. C. fol. lanceolatis ſuperne ſerratis utrinque acuminatis.

Digitized by Google

atratum. 5. C. fol. omnibus cuneiformibus oblongis incifis carnofis. *Folia Radicalia cuneiformia, apice lobata; Caulina lanceolata, ferrata. Caulis uniflorus. Calyx margine atro.*

alpinum. 11. C. fol. cuneiformibus pinnatifidis: laciniis integris, caul. unifloris. *Ger. prov.* 206. *Calycis fquamae nigrae fcariofae.*

Leucanthemum. 4. C. fol. amplexicaulibus oblongis: fuperne ferratis; inferne dentatis. β. Bellis montana, folio obtufo crenato. *Bauh. pin. 261. prodr. 121. Barr. ic. 458. f. 2. Ger. prov. 206.* γ. Leucanthemum vulgare, caule villis canefcente. *Tournef. inft.* 492. *Semina nigra ftriis albis capitulo luteo cylindrico cavo.*

montanum. 6. C. fol. imis fpatulato-lanceolatis ferratis: fummis linearibus. *Varietas* C. Leucanthemi *fecundum Gerardum.*

graminifolium. 7. C. fol. linearibus fubintegerrimis.

monfpelienfe. 9. C. fol. imis palmatis: foliolis linearibus pinnatifidis.

Balfamita. 8. C. fol. ovatis oblongis ferratis auriculatis. *Simillimum Tanaceto Balfamitae, fed radiatum. Caulis fubangulatus, ramofus. Folia lanceolato-ovata, obtufiufcula, ferrata, fubtomentofa, petiolata, auricula utrinque parva. Flos Afteris annui. Calyx fere Achilleae. Corolla lutea radio albo. Pappus nullus.*

inodorum. 10. C. fol. pinnatis multifidis, caul. ramofo diffufo.

achilleae 22. C. fol. bipinnatis: pinnis imbricatis, caul. ftricto multifloro. Parthenium foliis tenuiffimis, achilleae caefuris. *Mich. gen.* 34. *t.* 29. *Habitat in* Italia. ♃. Caulis *erectus, fubangulatus, pedalis, multiflorus.* Folia *Millefolii, fed octuplo majora: punctis eminentibus vix confpicuis adfperfa; fubtus pilis albis raris; apicibus mucrone terminali albido.*

corymbofa. 2. C. fol. piunatis incifo-ferratis, caule multifloro.

** *Chryfanthema.*

indicum. 12. C. fol. fimplicibus ovatis finuatis angulatis ferratis acutis.

arcticum. 13. C. fol. fimplicibus cuneiformibus fubpalmatis multifidis obtufis. *pecti-*

Digitized by Google

pectina-tum. 17. C. fol. pinnatis linearibus parallelis acutis integerrimis, pedunc. ſolitariis unifloris.

ſegetum. 15. C. fol. amplexicaulibus: ſuperne laciniatis; inferne dentato-ſerratis.

myconis. 14. C. fol. lingulatis obtuſis ſerratis, calyc. ſquamis aequalibus. *Caulis erectus, laevis, teretiuſculus. Folia extrorſum latiora, obtuſa, obtuſe ſerrata, laevia, ſemiamplexicaulia. Pedunculus terminalis, ſtriatus, obſcurior, apice non incraſſatus. Calyx ſquamis apice ſcarioſis. Corolla ſaturate lutea. Radius brevis, tridentatus. Seminum corona membranacea.*

italicum. 20. C. fol. bipinnatis ſerratis, florum radiis longitudine diſci, caul. procumbente. *Mant.* 116.

millefolia-tum. 21. C. fol. bipinnatis dentatis, caule decumbente, corollae radiis diſco brevioribus. Anthemis millefolia. *Sp. pl.* 1263. *Diſcus omnino absque paleis. Differt a C. bipinnato diſci corollarum diametro non ſuperante longitudinem calycis, at C. bipinnatum diſco duplo latiore gaudet. Affinis C. italico.*

bipinna-tum. 18. C. fol. bipinnatis ſerratis villoſis, radiis diſco brevioribus.

corona-rium. 16. C. fol. pinnatis inciſis extrorſum latioribus.

floſculo-ſum. 19. C. floſculis omnibus uniformibus hermaphroditis. β. Cotula grandis. *Sp. pl.* 1257. *Mant.* 473. * *ſempervirens. Folia obovata, ſinuato-dentata, rigidula. Flos terminalis, ſolitarius. G.*

967. MATRICARIA. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. 1255. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus: marginalibus ſolidis, acutiuſculis.

Parthe-nium. 1. M. fol. compoſitis planis: foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis.

maritima. 2. M. receptaculis hemiſphaericis, fol. bipinnatis ſubcarnoſis: ſupra convexis, ſubtus carinatis.

ſuaveolens. 5. M. receptac. conicis, radiis deflexis, ſquamis calycinis margine aequalibus.

Chamo-milla. 3. M. receptac. conicis, radiis patentibus, ſquamis calycinis margine aequalibus.

Digitized by Google

argentea. 4. M. foliis bipinnatis, pedunc. solitariis.
Asteroides. 7. M. fol. lanceolatis integris glabris obliquis. *Mant.* 116.

968. COTULA, *Recept.* subnudum. *Pappus* marginatus.
1256. *Corollulae* disci 4-fidae; radii fere nullae.

Anthemoides. 1. C. fol. pinnato - multifidis dilatatis, flor. flosculosis *Murr. Goett.* 230. *β.* Artemisia nilotica.. *Sp. pl.* 1188. *Caulis pilosus. Folia pinnatifida, incisa. Pedunculi longi, solitarii, uniflori. Flos globosus, cernuus, luteus. Calyx non imbricatus.*
aurea. 4. C. fol. pinnato - setaceis multifidis, flor. flosculosis cernuis. (*Exclusis C. B. et Lob. synonymis.*) *Flores absque paleis flosculis quadrifidis.*
stricta. C. fol. pinnatifidis planis nudis punctatis, caule erecto stricto, flor. radiatis. *Mant.* 287. * *Syst. nat.* 12. *p.* 734. Lidbeckia pectinata. *Berg. cap.* 306. *t.* 5. *f.* 9.
coronopifolia. 3. C. fol. lanceolato - linearibus amplexicaulibus dentatis, flor. flosculosis. *Oed. dan.* 341.
viscosa. 5. C. fol. lyrato-pinnatis, flor. radiatis.
turbinata. 6. C. receptaculis subtus inflatis turbinatis, flor. radiatis. *Mant.* 473.
tanacetifolia. 10. C. fol. tripinnatis: lacinulis acutis, caule erecto, flor. flosculosis corymbosis. *Flosculi feminei vix ulli; disci quadrifidi.* ⊙.
Verbesina. 7. C. fol. oppositis trinerviis cordatis crenatis, flor. radiatis pedunculatis binis. *Mant.* 473. *
capensis. C. fol. pinnatis subcarnosis teretiusculis: infimis subbipinnatis, flor. radiatis. *Mant.* 287. Matricaria capensis. *Mant.* 115. Matricaria africana. *Berg. cap.* 296. Chamaemelum africanum annuum, petalis florum brevibus magisque sparsis. *Raj. suppl.* 224. * Chamaemelum leucanthemum crassioribus foliis e Cap. b. spei. *Pluk. mant.* 45. *Corollulae radii distantes, subpedicellatae, lineatae, neutrae. Planta Chamomillae similis.*

969.

969. ANACYCLUS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* emarginatus. *Semin.* lateribus membranaceis.
1258.

creticus. 1. A. fol. decompofitis linearibus: laciniis divifis planis.

orientalis. 2. A. fol. compofitis fetaceis acutis rectis. *Receptaculum nudum Vaill. ergo dubii generis. Defcriptio deficit.*

aureus. A. fol. bipinnatis teretiufculis incanis, excavato-punctatis. *Mant.* 287. Chamaemelum luteum capite aphyllo *Bauh. pin.* 135. Chamaemelum aureum peregrinum, capite fine foliis. *Bauh. hift. 3. p. 119.* Anthemis Chryfanthemum herbariorum. *Lob. ic. 771.*

valentinus. 3. A. fol. decompofitis linearibus: laciniis divifis teretiufculis acutis, flor. flofculofis. *Confer.* Anthemis valentina, *cui corollae fimiliter ariftatae, fed Calyx minus fcariofus; forte fola varietas eft.*

970. ANTHEMIS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemifphaericus, fubaequalis. *Flofculi* radii plures quam 5.
1259.

* *Radio difcolore f. albo.*

Cota. 1. A. florum paleis rigidis pungentibus. *Mant.* 474. * *Till. pif. t. 19 rectius.*

altiffima. 2. A. erecta, fol. pinnatis: pinnarum bafibus denticulo reflexo afperis. *Mant.* 474.

maritima. 3. A. fol. pinnatis denticulatis carnofis nudis punctatis, caule proftrato, calyc. fubtomentofis.

tomentofa. 4. A. fol. pinnatifidis obtufis planis. pedunculis hirfutis foliofis, calyc. tomentofis. *Corollae laciniis 2 exterioribus majoribus. Caules pedales uniflori. Folia tomentofo-fericea.*

mixta. 5. A. fol. fimplicibus dentato-laciniatis.

alpina. 9. A. fol. dentato-pinnatis integerrimis linearibus, caule villofo unifloro, petalis ovatis, paleis fphacelatis.

chia. 6. A. fol. pinnatifidis laciniatis, pedunc. nudis fubvillofis. Chamaemelum chium vernum, folio craffiore, flore magno. *Tournef. cor.* 37.

Digitized by Google

nobilis. 7. A. fol. pinnato-compositis linearibus acutis subvillosis. (*Excluso Tournef.*)

arvensis. 8. A. receptac. conicis: paleis setaceis, sem. coronato-marginatis.

Cotula. 10. A. receptac. conicis: paleis setaceis, sem. nudis.

Pyrethrum. 13. A. caul. simplicibus unifloris decumbentibus, fol. pinnato-multifidis. *Mill. fig. t.* 38.

* * *Radio concolore s. luteo.*

valentina. 14. A. caule ramoso, fol. pubescentibus tripinnatis setaceis, calyc. villosis pedunculatis.

repanda. 15. A. fol. simplicibus ovato-lanceolatis repando-crenatis.

americana. 13. A. fol. triternatis, pedunc. terminalibus ramo longioribus.

tinctoria. 16. A. fol. bipinnatis serratis subtus tomentosis, caule corymboso.

arabica. 17. A. caule decomposito, calyc. ramiferis.

971. ACHILLEA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. 1264. *Cal.* ovatus, imbricatus. *Flosculi* radii circiter 4.

* *Corollis flavis.*

Santolina. 1. A. fol. setaceis dentatis: denticulis subintegris subulatis reflexis.

Ageratum. 2. A. fol. lanceolatis obtusis acute serratis.

falcata. 3. A. fol. linearibus dentatis obtusis planis: denticulis crenatis.

tomentosa. 4. A. fol. pinnatis hirsutis: pinnis linearibus dentatis.

pubescens. 5. A. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis incisis serratis subtus lanigeris.

abrotanifolia. 6. A. fol. pinnatis supradecompositis: laciniis linearibus distantibus.

bipinnata. 7. A. fol. bipinnatis tomentosis: foliolis ovatis integris.

aegyptiaca. 8. A. fol. pinnatis: foliolis obtuse lanceolatis serrato-dentatis.

* * *Corollis radio albis.*

macrophylla. 10. A. fol. pinnatis planis inciso-serratis: extimis majoribus coadunatis.

impatiens.

impatiens. 11. A. fol. pinnatis: pinnis diſtantibus lineari-lanceolatis: baſi ſurſum acutis.

Clavennae. 12. A. fol. laciniatis planis obtuſis tomentoſis.

Ptarmica. 13. A. fol. lanceolatis acuminatis argute ſerratis.

alpina. 14. A. fol. lanceolatis dentato-ſerratis; denticulis tenuiſſime ſerratis.

atrata. 15. A. fol. pinnulis pectinatis integriuſculis, pedunc. villoſis. Achillea foliis pinnatifidis acutis trifidis. *Hall. act. 6. p.* 114. *n.* 89.

nana. 16. A. fol. pinnatis dentatis hirſutiſſimis, flor. glomerato-umbellatis. *Hall. act. 6. p. 116. n. 89.*

magna. 17. A. fol. bipinnatis ſubpiloſis: laciniis linearibus dentatis: auriculis decuſſatis.

Millefolium. 18. A. fol. bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caul. ſuperne ſulcatis.

nobilis. 19. A. fol. bipinnatis: inferioribus nudis planis, ſuperioribus obtuſis tomentoſis, corymb. convexis confertiſſimis.

odorata. 20. A. fol. bipinnatis ovalibus nudiuſculis, corymb. faſtigiatis confertis. *Varietatem A. nobilis credidit Gerard.*

cretica. 21. A. fol. linearibus: pinnis ſubrotundis retrorſum imbricatis, caule tomentoſo.

972. TRIDAX. *Recept.* paleaceum. *Pappus* multiradiatus ſimplex. *Cal.* imbricatus, cylindricus. *Corollulae* radii 3-partitae.
1268.

procumbens. 1. Tritax.

978. AMELLUS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* imbricatus. *Corollulae* radii indiviſae.
1276.

lychnitis. 1. A. fol. oppoſitis lanceolatis obtuſis tomentoſis, pedunc. unifloris. *Mant. 476. Berg. cap. 298.*

umbellatus. 2. A. fol. oppoſitis tripliperviis ſubtus tomentoſis, flor. umbellatis.

1321. ECLIPTA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus *Corollulae* diſci 4-fidae.

erecta. E. caul. erecto, fol. baſi deflexis ſeſſilibus. *Mant. 286.* Verbeſena alba. *Sp. plant. 1272. Mant. 475.* * *Eclypta Rumph. amb. 6. t. 18. f. 1.*

Digitized by Google

prostrata. E. caul. prostrato, fol. subundulatis subpetiolatis. *Mant.* 128. Verbesina prostrata. *Spec. plant.* 286. *Mant.* 475. *

973. SIGESBECKIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* exterior 5-phyllus, proprius, patens. *Radius* dimidiatus.
1269.

orientalis. 1. S. petiol. sessilibus, calyc. exterioribus linearibus majoribus patentibus.

occidentalis. 2. S. petiol. decurrentibus, calyc. nudis. *Mant.* 475. * *An Milleriae generis? (Excluso Plukenetii synonymo).*

975. VERBESINA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* aristatus. *Cal.* 2-plici ordine. *Flosculi* radii circiter 5.
1270.

alata. 1. V. fol. alternis decurrentibus undulatis obtusis.

chinensis. 2. V. fol. alternis petiolatis ovato-lanceolatis serratis.

virginica. 3. V. fol. alternis lanceolatis petiolatis, flor. corymbosis.

Lavenia. 8. V. fol. oppositis ovatis trinerviis glabris petiolatis, sem. tricornibus. Putumba. *Rheed. mal.* 10. *p.* 125. *t.* 63.

biflora. 9. V. fol. oppositis oblongo-ovatis triplinerviis acuminatis serratis, pedunc. geminis bifloris. Eclipta. *Rumph. amb.* 6. *p.* 43. *t.* 13. *f.* 1. Vallia-manga-nari. *Rheed. mal.* 10. *t.* 79.

calendulacea. 12. V. fol. oppositis lanceolatis obtusiusculis, pedunc. longis unifloris, calyc. simplicibus. Pee Cajoni. *Rheed. mal.* 10. *p.* 83. *t.* 42.

nodiflora. 7. V. fol. oppositis ovatis serratis, calyc. oblongis sessilibus; caulinis lateralibus.

fruticosa. 6. V. fol. oppositis ovatis serratis petiolatis, caule fruticoso.

Digitized by Google

977. BUPHTHALMUM. *Recept.* paleaceum. *Pappus* margo obſoletus. *Seminum* latera, praeſertim radii, marginata. *Stigma* floſcul. hermaphroditicorum indiviſum.
1273.

* *Aſteriſci T.*

fruteſcens. 1. B. fol. oppoſitis lanceolatis, petiol. bidentatis, caule fruticoſo. *Folia ſupra venoſa, ſubtus laevia; Caulina dentibus 2 ſubulatis: ramea edentula.*

arboreſcens. 2. B. fol. oppoſitis lanceolatis utrinque tomentoſis edentulis integerrimis, caule fruticoſo. *Plum. ic. 106. f. 2.*

ſpinoſum. 4. B. calycibus acute folioſis, fol. alternis lanceolatis amplexicaulibus integerrimis. *Radius multiplex, tenuiſſimus.*

aquaticum. 5. B. calyc. obtuſe folioſis ſeſſilibus axillaribus, fol. alternis oblongis obtuſis, caul. herbaceo.

maritimum. 6. B. calyc. obtuſe folioſis pedunculatis, fol. alternis ſpatulatis, caul. herbaceo. *Stigma hermaphroditicum etiam bifidum. Willich.*

durum. 9. B. fol. alternis lanceolatis integerrimis, caule ſuffruticoſo.

* * *Aſteroidea. T.*

ſalicifolium. 7. B. fol. alternis lanceolatis ſubſerratis villoſis, calyc. nudis, caul. herbaceo.

grandiflorum. 8. B. fol. alternis lauceolatis ſubdenticulatis glabris, calyc. nudis, caul. herbaceo. *Pappus eſt margo ciliaris et Calyx aequalis; an itaque potius Inulae ſeminibus ſubnudis?*

ſpecioſiſſimum. 11. B. fol. alternis amplexicaulibus ovatis nudis ſerratis ſubciliatis, caul. unifloro. *Mant. 117. 517.* * *An Silphii ſpecies?*

Helianthoides. 10. B. fol. oppoſitis ovatis ſerratis triplinerviis, calyc. folioſis, caul. herbaceo.

* *Leyſera paleacea.*

POLY-

Digitized by Google

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

979. HELIANTHUS. *Recept.* paleaceum planum. *Pappus* 2-phyllus. *Cal.* imbricatus, subsquarrosus.
1276.

annuus. 1. H. fol. omnibus cordatis trinervatis, pedunc. incrassatis, flor. cernuis.

indicus. H. fol. omnibus cordatis trinervatis, pedunc. aequalibus, calyc. foliosis. *Mant.* 117.

multiflorus. 2. H. fol. inferioribus cordatis trinervatis: superioribus ovatis.

tuberosus. 3. H. fol. ovato-cordatis triplinerviis.

decapetalus. 5. H. caule inferne laevi, fol. lanceolato-cordatis triplinerviis, radiis decapetalis, pedunc. scabris.

frondosus. 4. H. calyc. squarrosis undulatis frondosis; radiis octo-petalis, fol. ovatis, caul. inferne scabro.

strumosus. 6. H. radice fusiformi: *an varietas H. gigantei? Pluk. alm.* 99.

giganteus. 8. H. fol. alternis lanceolatis scabris basi ciliatis, caule stricto scabro. *Moris. loc. cit. t.* 7. *f.* 66. *rectius.*

altissimus. 7. H. fol. alternis latiuscule lanceolatis scabris, petiol. ciliatis, caul. stricto glabro. *Moris. loc. cit. t.* 7. *f.* 7.

laevis. 9. H. fol. oppositis trinerviis lanceolatis serratis laevibus, caule pedunculisque glabris.

angustifolius. 10. H. fol. alternis linearibus. *Caulis purpurascens, sesquipedalis. Folia linearia, acuminata, scabra, margine revoluta. subtus pallida. Corollae discus fuscus; radius saturate luteus, emarginatus.*

divaricatus. 11. H. fol. oppositis sessilibus ovato-oblongis trinerviis panic. dichotoma.

atrorubens. 12. H. fol. oppositis spatulatis crenatis triplinerviis scabris, squamis calycinis erectis longitudine disci.

980. RUDBECKIA. *Recept.* paleaceum, conicum. *Pappus* margine 4-dentato. *Cal.* 2-plici ordine squamarum.
1279.

laciniata. 1. R. fol. compositis laciniatis.

triloba. 2. R. fol. spatulatis: inferioribus trilobis, superioribus indivisis.

hirta. 3. R. fol. indivisis spatulato-ovatis, radii petalis emarginatis. Rudbeckia ramis indivisis unifloris, foliis ovato-lanceolatis, hirta. *Buttn. cun.* 227.

purpurea. 4. R. fol. lanceolato-ovatis alternis indivisis, radii petalis bifidis. *Radius femineus purpureus dependens.*

oppositifolia. 4. R. fol. oppositis lanceolato-ovatis serratis, radii petalis bifidis.

angustifolia. 6. R. fol. oppositis linearibus integerrimis.

981. 1281. COREOPSIS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* bicornis. *Cal.* erectus, polyphyllus, basi radiis patentibus cinctus.

verticillata. 1. C. fol. decomposito-pinnatis linearibus.

coronata. 2. C. fol. pinnatis serratis lineatis glabris.

leucantha. 6. C. fol. pinnatis serratis, radio florum diversi colore.

chrysantha. 5. C. fol. ternatis ovato-oblongis serratis, radio florum concolore.

tripteris. 9. C. fol. subternatis integerrimis.

alba. 8. C. fol. subternatis cuneatis serratis.

reptans. 3. C. fol. serratis ovatis: summis ternatis, caule repente.

auriculata. 7. C. fol. integerrimis ovatis: inferioribus ternatis.

lanceolata. 10. C. fol. lanceolatis integerrimis ciliatis.

Bidens. 4. C. fol. lanceolatis serratis oppositis amplexicaulibus.

alternifolia. 11. C. fol. lanceolatis serratis alternis petiolatis decurrentibus.

983. 1285. OSMITES. *Recept.* paleaceum. *Pappus* obsoletus. *Cor.* radii ligulatae. *Cal.* imbricatus, scariosus.

Bellidiastrum. 1. O. fol. linearibus carnosis, caul. scariosis.

camphorina. 2. O. fol. lanceolatis subserratis basi dentatis. *Mant.* 477. Bellis camphorifera africana aquatica. flore albo. *Seb. mus.* 1. *p.* 143. *t.* 90. *f.* 2. *β.* Anthemis leucantha. *Spec. plant.* 1261.

Asteriscoides. 3. O. fol. lanceolatis punctatis, caul. foliosis. *Berg. cap.* 477. *Caulis fruticosus, crassus, cicatrisatus. Folia linearia apice serrata.*

981.

Digitized by Google

981. **GORTERIA.** *Recept.* nudum. *Pappus* lanatus. *Cor.*
1283. radii ligulatae. *Cal.* imbricatus. squamis spinosis.

personata. 1. G. fol. lanceolatis integris sinuatisque, caul. erecto, flor. pedunculatis. *Berg cap.* 300.

rigens. 2. G. scapis unifloris, fol. lanceolatis pinnatifidis, caul. depresso. *Berg. cap.* 304.

squarrosa. 3. G. fol. lanceolatis decurrentibus adnatis ciliato-spinulosis, flor. sessilibus. *Mant.* 470. * *Radius floris luteus folia deorsum imbricata.*

setosa. G. fol. lanceolatis decurrentibus adnatis ciliato-spinosis, flor. terminalibus. *Mant.* 287. * *Flores pedunculati: radio subtus violaceo. Folia recurvata, nec deorsum imbricata.*

ciliaris. 4. G. fol. imbricatis bifariam ciliatis; ciliis exterioribus spinaque terminali reflexis. *Stupendum naturae opus.*

1271. **ZOEGEA.** *Recept.* setosum. *Pappus* setaceus. *Cor.* radii ligulatae. *Cal.* imbricatus.

Leptaurea. Zoegea. *Mant.* 117. *Radius ligulatus distinguit a Centaurea. Conferatur* Centaurea *Gmel. itin.* 1. *p.* 126. *t.* 20.

984. **CENTAUREA.** *Recept.* setosum. *Pappus* simplex.
1285. *Cor.* radii infundibuliformes, longiores, irregulares.

* Jaceae: *calycibus laevibus inermibus.*

Crupina. 1. C. calyc. inermibus; squamis lanceolatis, fol. pinnatis serratis subciliatis. *Semen saepius* 1. *s.* 2. *in flore.*

moschata. 2. C. calyc. inermibus subrotundis glabris: squamis ovatis, fol. lyrato-dentatis. *An species* 2 *distinctae?*

erucifolia. 3. C. calyc. inermibus: squamis lanceolatis, fol. lanceolatis subdentatis. Jacea major exotica. *Pluk. phyt.* 39. *f.* 3. *mala.*

Lippii. 4. C. calyc. inermibus: squamis mucronatis, fol. subdecurrentibus lyrato-dentatis. Herba *palmaris, facie fere Cyani;* Caulis *ramosissimus:* Folia *saepius sessilia, rarius decurrentia.* Calyces

Digitized by Google

ces *pedunculati*, *imbricati squamis apice mucrone scarioso*. Corollae *purpureae Radio magno*. Flosculi *radii* 9-12, *lineares*, 3-*s*. 4-*partiti*; *Flosc. disci totidem.*

alpina. 6. C. calyc. inermibus: squamis ovatis obtusis, fol. pinnatis glabris integerrimis: impari serrato.

Centaureum. 7. C. calyc. inermibus: squamis ovatis, fol. pinnatis: foliolis serratis decurrentibus.

. Cyani: *calycinis squamis serrato-ciliatis.*

phrygia. 8. C. calyc. recurvato-plumosis, fol. indivisis oblongis scabris. *Oed.* 520.

capillata. 10. C. calyc. recurvato-plumosis, fol. imis pinnatis dentatis; summis lanceolatis. (*Exclusis ambabus observationibus ad Confer.*)

uniflora. 62. C. calyc. recurvato-plumoso, fol. lanceolatis subdentatis tomentosis. *Mant.* 118.

linifolia. 63. C. calyc. recurvato-plumosis, fol. linearibus sparsis. *Mant.* 117.

pectinata. 9. C. calyc. recurvato plumosis: fol. lyratis denticulatis; rameis lanceolatis integerrimis. (*Exclusa Jacea molli. C. B.*)

nigra. 11. C. calyc. ciliatis: squamula ovata: ciliis capillaribus erectis, fol. lyrato-angulatis flor. flosculosis. *Similis C. Jaceae, sed absque radio neutro.*

pullata. 12. C. calyc. ciliatis verticillato-foliosis, fol. lyratis dentatis obtusis.

montana. 13. C. calyc. serratis, fol. lanceolatis decurrentibus, caule simplicissimo.

Cyanus. 14. C. calyc. serratis, fol. linearibus integerrimis: infimis dentatis.

paniculata. 15. C. calyc. ciliatis: squamis planis, fol. bipinnatis: rameis pinnatifidis linearibus, caul. paniculato. Centaurea micranthus. *Gmel. sib.* 1. *p.* 135. *t.* 23. *f.* 1.

spinosa. 16. C. calyc. subciliato, ramis spinosis.

ragusina. 17. C. calyc. ciliatis, fol. tomentosis pinnatifidis: foliolis obtusis ovatis integerrimis: exterioribus majoribus.

cineraria. 18. C. calyc. ciliatis terminali-sessilibus, fol. tomentosis bipinnatifidis: lobis acutis.

argentea. 19. C. calyc. serratis, fol. tomentosis: radicalibus pinnatifidis: foliolis inauritis. *Flores lutei. Folia alba ut C. cinerariae.*

sibiri-

Digitized by Google

sibirica. 20. C. calyc. ciliatis, fol. tomentosis indivisis pinnatifidisque integerrimis, caule declinato.

sempervirens. 21. C. calyc. ciliatis, fol. lanceolatis serratis: infimo dente substipulatis; inferioribus hastatis. *Bocc. sic. 73. t. 39. f. 3. Dodart. mem. 85. Flores flosculosi. Folia basi dente elongato, unde quasi stipulis instructus caulis.*

Scabiosa. 22. C. calyc. ciliatis, fol. pinnatifidis: pinnis lanceolatis.

Stoebe. 24. C. calyc. ciliatis oblongis, fol. pinnatifidis linearibus integerrimis.

acaulis. 25. C. calyc. ciliatis, fol. lyratis: caule subnullo.

* * * Rhapontica: *calycinis squamis aridis scariosis.*

orientalis. 23. C. calyc. scariosis ciliatis, fol. pinnatifidis: pinnis lanceolatis. *Similis C. scabiosae, sed corollae luteae.*

Behen. 26. C. calycibus scariosis, fol. radicalibus lyratis: lobis oppositis; caulinis amplexicaulibus.

repens. 28. C. calyc. scariosis, fol. lanceolatis subpetiolatis dentatis, pedunc. filiformibus aphyllis.

Jacea. 29. C. calyc. scariosis laceris, fol. lanceolatis: radicalibus sinuato-dentatis: ramis angulatis. *Oed.* 519.

amara. 27. C. calyc. scariosis, fol. lanceolatis integerrimis, caul. decumbentibus. *Varietas C. Jaceae secundum Ger. prov.* 188.

alba. 30. C. calyc. scariosis integris mucronatis, fol. pinnato-dentatis: caulinis linearibus basi dentatis.

splendens. 31. C. calyc. scariosis obtusis, fol. radicalibus bipinnatifidis; caulinis pinnatis: dentibus lanceolatis.

Rhapontica. 32. C. calyc. scariosis, fol. ovato-oblongis denticulatis integris petiolatis: subtus tomentosis. *Mant.* 478.

babylonica. C. calyc. scariosis, fol. subtomentosis decurrentibus indivisis: radicalibus lyratis. *Mant.* 460. Serratula babylonica. *Sp. plant.* 1148.

glastifolia. 33. C. calyc. scariosis, fol. indivisis integerrimis decurrentibus.

conifera. 34. C. calyc. scariosis, fol. tomentosis: radicalibus lanceolatis; caulinis pinnatifidis, caule simplici.

* * * * Stoebae:

Digitized by Google

**** Stoebae: *calycinis spinis palmatis.*

sonchifolia. 35. C. calyc. palmato-spinosis, fol. subdecurrentibus spinulosis repando-dentatis. *Mant. 478.*

seridis. 36. C. calyc. palmato-spinosis; fol. decurrentibus tomentosis oblongis: infimis sinuato-dentatis.

romana. 37. C. calyc. palmato-spinosis, fol. decurrentibus inermibus: radicalibus pinnatifidis: impari maximo.

sphaerocephala. 38. C. calyc. palmato-spinosis, fol. ovato-lanceolatis petiolatis dentatis.

Isnardi. 39. C. calyc. palmato-spinosis, fol. lyrato-dentatis hispidis subamplexicaulibus, flor. sessilibus terminalibus.

napifolia. 40. C. calyc. palmato-spinosis: fol. decurrentibus sinuatis spinulosis: radicalibus lyratis. Jacea cyanoides, alato caule. *Herm. par. 189. t. 189.*

aspera. 41. C. calyc. palmato-trispinosis, fol. lanceolatis dentatis. *β.* Carduus pumilus supinus, Jaceae folio incano et tenui. *Bocc. rar. 919.* (*Excluso Hermann. t. 189.*) *Calycis spinae 3-5-plices.*

**** Calcitrapae: *calycinis spinis compositis.*

Benedicta. 42. C. calyc. duplicato-spinosis lanatis involucratis, fol. semidecurrentibus denticulato-spinosis.

eriophora. 43. C. calyc. duplicato-spinosis lanatis, fol. semidecurrentibus integris sinuatisque, caule prolifero. *Mant. 478.* *

aegyptiaca. 64. C. calyc. duplicato-spinosis sublanatis, fol. sessilibus lanceolatis integris dentatisque, caul. prolifero. *Mant. 118.*

Calcitrapa. 44. C. calyc. subduplicato-spinosis sessilibus, fol. pinnatifidis linearibus dentatis, caule piloso. *Spinae calicis albae.*

Calcitrapoides. 45. C. calyc. subduplicato-spinosis, fol. amplexicaulibus lanceolatis indivisis serratis.

solstitialis. 46. C. calyc. duplicato-spinosis solitariis, fol, rameis decurrentibus inermibus lanceolatis, radicalibus lyrato-pinnatifidis. *Calycis spinae albae.*

melitensis. 47. C. calyc. duplicato-spinosis confertis terminalibus fol. decurrentibus lanceolatis sinuosis inermibus.

sicula. 48. C. calyc. ciliato-spinosis terminalibus, fol. decurrentibus lyratis inermibus incanis.

centau-

centauroides. 39. C. calyc. ciliatis ſpinoſis, fol. lyrato-pinnatis integerrimis: lacinia impari majore. *Calycis ſquamae ciliatae ſpina terminali, ſed interiores ſquamae ſcarioſae, muticae, ciliatae.*

collina. 51. C. calyc. ciliatis inermibus ſpinoſis, fol. radicalibus bipinnatifidis, caul. acutangulo.

rupeſtris. 50. C. cal. ciliatis ſpinoſis, fol. bipinnatis linearibus.

* * * * * Crocodiloidea; *ſpinis ſimplicibus.*

Verutum. 52. C. calyc. ſimpliciſſime ſpinoſis: dentibus duobus oppoſitis, fol. lanceolatis integris decurrentibus. *Mant. 478.*

ſalmantica. 54. C. calyc. ſetula ſubſpinoſa exſtante glabris, fol. lyrato-runcinatis ſerratis. *Jacq. hort. t. 64. Mant. 478.* *

cichoracea. 53. C. calyc. ſetaceo-ſpinoſis, fol. decurrentibus indiviſis ſerrato-ſpinoſis.

muricata. 55. C. calyc. ſimpliciſſime ſpinoſis, fol. inferioribus pinnatifidis; ſuperioribus lanceolatis, pedunc. longiſſimis.

peregrina. 56. C. calyc. ſetaceo-ſpinoſis, fol. lanceolatis petiolatis: inferne dentatis.

radiata. C. calyc. ſubinermibus ſubariſtatis radiatis. fol. pinnatifidis. Xeranthemum erucifolium. *Sp. plant. 1201. Calyx anguſtus ſquamis interioribus longioribus. Floſculos diſtincte non obſervavi.*

nudicaulis. 58. C. calyc. ſetaceo-ſpinoſis: fol. indiviſis: ſuperioribus ſubdentatis, caule nudiuſculo unifloro ſimplici. *Ger. prov. 187. t. 5.*

Crocodilium. 57. C. calyc. ſcarioſis ſimpliciſſime ſpinoſis, fol. pinnatifidis integerrimis: lacinia extima majore dentata.

pumila. 59. C. calyc. ſimpliciſſime ſpinoſis, foliis dentato-pinnatis villoſis, caule nullo.

tingitana. 60. C. calyc. margine ſpinoſis, fol. lanceolatis indiviſis ſerrato-ſubſpinoſis. †

galactites. 61. C. calyc. ſetaceo-ſpinoſis, fol. decurrentibus ſinuatis ſpinoſis ſubtus tomentoſis.

POLY-

Digitized by Google

POLYGAMIA NECESSARIA.

985. MILLERIA. *Recept.* nullum. *Pappus* nullus. *Cal.*
1301. 3-valvis. *Radius* corollae dimidiatus.

hirſuta. 21. A. fol. cordatis obtuſiuſculis hirtis, flor. ſolitariis pendulis recurvatis ſubtruncatis.

clematitis. 20. A. fol. cordatis, caule erecto, flor. axillaribus confertis. *Tipula pennicornis foecundat flores. D. Schreber.*

1023. PISTIA. Monogyna. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala, lingulata, integra. *Antherae* 6. ſ. 8, filamento inſidentes. *Capſ.* 1-locularis, in fundo corollae.
1365.

Stratiotes. 1. PISTIA fol. obcordatis. *Jacq. amer.* 234. Plantago aquatica. *Rumph. amb.* 6. *t.* 74. *Radiculis natat ut Lemna, cui affinis.*

DECANDRIA.

1024. KLEINHOVIA. Monogyna. *Cal.* 5-phyllus, *Petala* 5. *Nectarium* campanulatum, pedunculatum, ſtaminiferum. *Capſ.* inflata, 5-cocca.
1365.

Hoſpita. 1. KLEINHOVIA.

1025.

Digitized by Google

1025. HELICTERES. Pentagyna. *Cal.* 1-phyllus, obliquus. *Petala* 5. *Nectarium* foliolis 5. *Capsulae* 5, intortae.
1366.

baruensis. 5. H. decandra, fol. cordatis serratis, fruct. contorto apicibus rectis. *Mant. 122.*

Isora. 1. H. decandra, fol. cordatis serratis, fruct. toto contorto. *Jacq. amer. 236.* Helicteres villosa et fruticosa, fol. cordatis acuminatis serratis. *Brown. jam. 330.*

angustifolia. 3. H. . . . fol. lanceolatis integerrimis, fructu ovato recto. *Osb. it. 232. t. 5.*

pentandra. H. pentandra, fol. ovatis, floralibus coloratis. *Mant. 294.* * Spiriploca. *Allamand mss.*

carthaginensis. 2. H. polyandra, fol. cordatis serratis, fructu oblongo recto.

apetala. 4. H. dodecandra apetala, fol. quinquelobis, siliquis divaricatis. *Jacq. amer. 238. t. 181. f. 98. Stamina 14.*

DODECANDRIA.

1232. CYTINUS. Monogyna. *Cal.* 4-fidus, superus. *Cor.* 0. *Antherae* 16, sessiles. *Bacca* 8-locularis, polysperma.

Hypocistis. 1. Cytinus. Asarum Hypocistis. *Sp. pl. 633.* Thyrsine. *Gleditsch verm. Abhandl. T. 1. 226. Tab. 2.*

POLYANDRIA.

1027. XYLOPIA. Monogyna. *Cal.* 1-phyllus. *Petala* 6. *Stam.* exteriora 6 crassiora. *Drupa* sicca.
1367.

muricata. 1. X. pedunculis multifloris, fructibus muricatis.

glabra. 2. X. pedunculis subunifloris, fructibus glabris.

Digitized by Google

1026. GREWIA. Monogyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5: basi squama nectarifera. *Bacca* 4-locularis.
1367.

occidentalis. 1. G. fol. subovatis, flor. solitariis.

orientalis. 2. G. fol. sublanceolatis, flor. solitariis. *Praecedenti affinis.*

asiatica. 3. G. fol. cordatis. *Mant.* 122. Microcos lateriflora. *Sp. pl.* 734.

Microcos. 4. G. fol. ovato-oblongis, flor. paniculatis. Microcos paniculata. *Spec. pl.* 733.

1238. AMBROSINIA. *Spatha* monophylla dissepimento divisa: *Stamina* interioris, *Pistilla* exterioris lateris.

Bassii. 1. AMBROSINIA. *Gen. plant.* 579.
Arisarum potamogeiti folio. *Bocc. sic.* 50. *t.* 26. *Moris. hist.* 3. *p.* 544. *s.* 13. *t.* 6. *f.* 19. *Raj. hist.* 1097. *Habitat* Panormi *et in* Barbaria ♃.

1028. ARUM. *Spatha* monophylla, cucullata. *Spadix* supra nudus, inferne femineus, medio stamineus.
1367.

* *Acaulia: fol. compositis.*

Dracunculus. 1. A. fol. pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis aequantibus spatham spadice longiorem.

Dracontium. 2. A. fol. pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis superantibus spatham spadice breviorem.

pentaphyllum. 3. A. acaule, fol. quinatis.

triphyllum. 4. A. acaule, fol. ternatis, flor. dioicis.

* * *Acaulia, fol. simplicibus.*

Colocasia. 5. A. acaule, fol. peltatis ovatis repandis: basi emarginatis. *Catesb. car.* 2. *p.* 45. *t.* 45.

esculentum. 6. A. acaule, fol. peltatis ovatis integerrimis: basi emarginatis.

macrorrhizon. 7. A. acaule, fol. peltatis cordatis repandis: basi bipartitis.

Digitized by Google

peregrinum. 8. A. acaule, fol. cordatis obtusis mucronatis: angulis rotundatis.

divaricatum. 9. A. acaule, fol. cordatis hastatis divaricatis. *Spatha revoluta. Spadix subulatus.*

trilobatum. 10. A. caule fol. sagittato-trilobis, flore sessili. *An sola varietas A. divaricati.*

sagittifolium. 11. A. acaule. fol. sagittatis triangulis; angulis divaricatis acutis.

maculatum. 12. A. acaule, fol. hastatis integerrimis, spadice clavato. *Oed. dan. 505.*

virginicum. 13. A. acaule, fol. hastato-cordatis acutis: angulis obtusis.

proboscideum. 14. A. acaule, fol. hastatis, spatha declinata filiformi-subulata.

Arisarum. 16. A. acaule, fol. cordatis oblongis, spathae apertura ovata. Arisarum serpentinum. *Barr. ic. t. 573. Spatha superne integra, subinflexa; inferne integra, nec convoluta.*

ovatum. 17. A. acaule, fol. ovato-oblongis, spatha scabra.

tenuifolium. 15. A. acaule, fol. lanceolatis, spadice setaceo declinato.

*** *Caulescentia.*

arborescens. 18. A. caulescens rectum, fol. sagittatis.

seguinum. 19. A. caulescens suberectum, fol. lanceolato-ovatis. *Mill. ic. t. 295. Folia interdum pertusa, ut Dracontii pertusi.*

hederaceum. 20. A. caulescens radicans, fol. cordatis oblongis acuminatis, petiolis teretibus.

lingulatum. 21. A. caulescens repens, fol. cordato-lanceolatis: petiolis marginato-membranaceis.

auritum. 22. A. caulescens radicans, fol. ternatis: lateralibus unilobatis.

1029. DRACONTIUM. *Spatha* cymbiformis. *Spadix* tectus. *Cal.* o. *Petala* 5. *Baccae* polyspermae.
1372.

polyphyllum. 1. D. scapo brevissimo, petiolo radicato lacero, foliolis tripartitis: laciniis pinnatifidis.

spinosum. 2. D. fol. sagittatis, pedunculis petiolisque aculeatis.

foetidum. 8. D. fol. subrotundis. *An Pothos potius species.*

camtschat-

Digitized by Google

camtſchat-ceuſe. 4. D. fol. lanceolatis.

pertuſum. 5. D. fol. pertuſis, caule ſcandente. *Mill. ic.* 197. *t.* 296.

1030. CALLA. *Spatha* plana. *Spadix* tectus floſculis. 1374. *Cal.* o. *Petala* o. *Baccae* polyſpermae.

aethiopica. 1. C. fol. ſagittato-cordatis, ſpatha cucullata, ſpadice ſuperne maſculo. *Lederm. microſc.* 37. *t.* 18, 19.

paluſtris. 2. C. fol. cordatis, ſpatha plana, ſpadice undique hermaphrodito. *Oed. dan.* 422.

1031. POTHOS. *Spatha.* *Spadix* ſimplex, tectus. *Cal.* 1373. o. *Petala* 4. *Stam.* 4. *Baccae* diſpermae.

ſcandens. 1. P. petiolis latitudine foliorum, caule radicante.

acaulis. 7. P. fol. lanceolatis integerrimis enerviis. *Sp. plant.* 1675.

lanceolata. 1. p. fol. lanceolatis integerrimis trinerviis, ſcapo apice triquetro.

crenata. 2. P. fol. lanceolatis crenatis.

cordata. 3. P. fol. cordatis.

pinnata. 4. P. fol. pinnatifidis.

palmata. 5. P. fol. palmatis.

1032. ZOSTERA. *Spadix* linearis, altero latere fructifero. 1374. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stam.* alterna. *Sem.* ſolitaria, alterna.

marina. 1. Z. pericarpiis ſeſſilibus. *Oed. dan. t.* 15.

oceanica. 2. Z. pericarpiis pedicellatis oliviformibus. *Mant.* 123.

Digitized by Google

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

1203. CHARA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 3-fidum. *Sem.* 1.

1034. ZANNICHELLIA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Pist.* 4. *Sem.* 4.

1035. CERATOCARPUS. ♂ *Cal.* 2-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Sem.* 1, *inferum.*

1036. ELATERIUM. ♂ *Cal.* o. *Cor.* hypocrateriform.
♀ *Cal.* o. *Cor.* hypocrateriform. *Capſ.* infera, pulpoſa, 1-locularis, polyſperma.

1033. CYNOMORIUM. ♂ *Cal.* amenti. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* amenti. *Cor.* o. *Styl.* 1. *Sem.* 1. ſubrotundum.

* *Callitriche verna.*

DIANDRIA.

1037. ANGURIA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Pomum* biloculare, polyſpermum.

1038. LEMNA. ♂ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 1. *Capſ.* 1-locularis.

* *Gunnera.*

TRIANDRIA.

1042. ZEA. ♂ *Glum.* 2-flora. *Glum.* 2-valvis.
♀ *Glum.* 1-flora. *Gl.* 2-valvis. *Styl.* 1. *Sem.* 1, nudum, ſubrotundum.

1044. TRIPSACUM. ♂ *Glum.* 4-flora. *Glum.* 2-valvis.
♀ *Glum.* 2-f. 4-part. *Gl.* 2-valvis *Styl.* 2. *Sem.* 1, gluma ſinu perforata.

Digitized by Google

1043. Coix. ♂ *Glum.* 2-flora. *Glum.* 2-valvis.
♀ *Glum.* 2-flora. *Gl.* 2-valvis. *Styl.* 2-fid.
Sem. 1, tectum nuce.

1045. Olyra. ♂ *Glum.* 1-flora. *Glum.* 2-valvis.
♀ *Glum.* 1-flora. *Gl.* 2-valvis. *Styl.* 2-fid.
Sem. 1, nudum.

1046. Carex. ♂ *Ament.* 1-florum. *Cor.* nulla.
♀ *Ament.* 1-florum. *Cor.* 1. *Styl.* 1.
Sem. 1, tunicatum.

1041. Sparganium. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-phyllus, *Cor.* 0. *Stigm.* 2.
Sem. 1-sperma.

1040. Typha. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* capillaris. *Cor.* 0. *Styl.* 1.
Sem. 1, pappigerum.

1047. Axyris. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Sem. 1, subrotundum.

1050. Phyllanthus. ♂ *Cal.* 6-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6-partitus. *Cor.* 0. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.

1048. Tragia. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Styl.* 3-fid.
Caps. 3-cocca.

1049. Hernandia. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* truncatus. *Cor.* 6-petala.
Drupa excavata.

1039. Omphalea. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Anth. immersae receptaculo.
♀ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Stigm.* 3-fid.
Caps. 3-locul. 1-sperma.

* *Amaranthi varii.*

TETRANDRIA.

1054. Urtica. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Nect. cyathiforme.
♀ *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 0. *Stig.* villos.
Sem. 1, ovatum.

1055. Morus. ♂ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Sem. 1, baccatum.

Digitized by Google

1053. Buxus. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 2-petala.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 3-pet. *Stigm.* 3.
Caps. 3-locularis.

1052. Betula. ♂ *Ament.* 3-florum. *Cor.* 4-partita.
♀ *Ament.* 2-florum. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Sem. 1. ovatum.

1051. Centella. ♂ *Involucr.* 4-phyllum, multiflorum.
Petal. 4,
♀ *Involucr.* 2-phyllum. *Styli* 2.
Pericarp. inferum, 2-loculare.

1274. Serpicula. ♂ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.*
Nux torulosa.

1328. Littorella. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Stam.* longissima
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-fida. *Stylus* longissimus. *Sem.* nux.

1275. Cicca. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 4-fid.
Caps. 4-cocca.
* *Plantago uniflora.*

PENTANDRIA.

1277. Nephelium. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 0.
Anth. bifidae.
♀ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 0.
Styli 2, inter germina.

1056. Xanthium. ♂ *Cal.* comm. polyph. *Cor.* 5-fida.
Filam. connexa.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Drupa 2-locularis.

1057. Ambrosia. ♂ *Cal.* comm. 1-phyll. *Cor.* 5-fida.
♀ *Cal.* 1-flor. 2-phyll. *Cor.* 0. *Styl.* 1.
Nux 5-denta.

1058. Parthenium. ♂ *Cal.* comm. 5-phyll. *Cor.* disci super.
♀ *Cal.* idem mari. *Cor.* radii ligulat.
Styl. 1. *Sem.* 1.

1326. Clibadium. ♂ *Cal.* comm. imbricatus. *Cor.* disci 5-fidae.
♀ *Cal.* idem mari. *Cor.* radii 3-fidae.
Drupae umbilicatae.

1059. Iva. ♂ *Cal.* comm. 5-phyll. *Cor.* disci super.
♀ *Cal.* idem mari. *Cor.* radii 0.
Styl. 2. *Sem.* 1.

1060.

Digitized by Google

1060. AMARANTHUS. ♂ *Cal.* propr. 5-phyll. *Cor.* nulla. *Stam.* 3. f. 5.
♀ *Cal.* propr. 5-phyll. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Capſ.* circumſciſſa.

1276. LEEA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida.
♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Styl.* 1. *Peric.* 6-loculare. *Sem.* ſolitaria.
* *Dioſma.*

HEXANDRIA.

1062. ZIZANIA. ♂ *Cal. Glum.* nulla. *Cor. Glum.* 2-valvis.
♀ *Cal. Glum.* nulla. *Cor. Gl.* 2-valvis. *Styl.* 2. *Sem.* 1 corolla circumſciſſa.

1063. PHARUS. ♂ *Cal. Glum.* 1-flora. *Cor. Gl.* 2-valvis.
♀ *Cal. Glum.* 1-flora. *Cor. Gl.* 2-valvis. *Styl.* 1. *Sem.* 1.
* *Rumex ſpinoſus.*

HEPTANDRIA.

1064. GUETTARDA. ♂ *Cal.* cylindric. *Cor.* 7-fida.
♀ *Cal.* cylindric. *Cor.* 7-fida. *Styl.* 1. *Drupa* ſicca.

POLYANDRIA. (plura quam 7.)

1156. BEGONIA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala. *Styli* 3, bifidi. *Capſ.* infera, 3-locularis, polyſperma.

1067. SAGITTARIA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 24 circiter.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-pet. *Piſt.* 100. *Sem.* numeroſa.

1066. MYRIOPHYLLUM. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* 8.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Piſt.* 4. *Sem.* 4.

1065. CERATOPHYLLUM. ♂ *Cal.* ſub 7-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* 18 circiter.
♀ *Cal.* ſub 7-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Sem.* 1.

1068. THELIGONUM. ♂ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* nulla. *Stam.* 12 circiter.
♀ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Sem.* 1, corticatum.

Digitized by Google

1069. POTERIUM.	♂	*Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-partita. *Stam.* 32 circiter.	
	♀	*Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-pet. *Sem.* 2, obducta.	*Pist.* 2.
1072. FAGUS.	♂	*Cal.* 5-fidus. *Cor.* nulla. *Stam.* 12 circiter.	
	♀	*Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Caps.* 2-sperma.	*Styl.* 3.
1070. QUERCUS.	♂	*Cal.* 5-fidus. *Cor.* nulla. *Stam.* 10. circiter.	
	♀	*Cal.* integer. *Cor.* o. *Nux* coriacea.	*Styl.* 5.
1071. JUGLANS.	♂	*Ament.* imbricat. *Cor.* 6-partita. *Stam.* 18 circiter.	
	♀	*Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-pet. *Drupa* coriacea.	*Styl.* 2.
1074. CORYLUS.	♂	*Ament.* imbricat. *Cor.* nulla. *Stam.* 8.	
	♀	*Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Nux* nuda.	*Styl.* 2.
1073. CARPINUS.	♂	*Ament.* imbricat. *Cor.* nulla. *Stam.* 10.	
	♀	*Cal.* 6-fidus. *Cor.* o. *Nux* nuda.	*Pist.* 2.
1075. PLATANUS.	♂	*Ament.* globos. *Cor.* obsoleta. *Anther.* circumnata.	
	♀	*Ament.* globos. *Cor.* 5-pet. *Sem.* 1, papposum.	*Styl.* 1.
1076. LIQUIDAMBAR.	♂	*Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* plurima.	
	♀	*Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Caps.* polysperma.	*Styl.* 2.

MONADELPHIA.

1087. HURA.	♂	*Cal.* 2-phyllus. *Cor.* nulla. *Anther.* 20, sessiles.	
	♀	*Cal.* cylindricus. *Cor.* o. *Caps.* 10-cocca.	*Pist.* 1.
1077. PINUS.	♂	*Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* plurima.	
	♀	*Ament.* strobilac. *Cor.* o. *Nuces* 2, alatae.	*Pist.* 2.

1079

Digitized by Google

1070. CUPRESSUS. ♂ *Amentum.* *Cor.* nulla.
Anther. 4, sessiles.
♀ *Ament.* strobilac. *Cor.* o. *Stigm.* 2.
Nux angulata.

1078. THUJA. ♂ *Amentum.* *Cor.* nulla.
Anther. 4.
♀ *Ament* strobilac. *Cor.* o *Pist.* 2.
Nux cincta alâ.

1082. ACALYPHA. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Stam. 12 circiter.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.

1081. DALECHAMPIA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
Nectar. lamellatum. *Stam.* multa.
♀ *Cal.* 10-phyllus. *Cor.* nulla.
Stylus 1. *Caps.* 3-cocca.

1080. PLUKENETIA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala.
Stam. 8.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-pet. *Styl.* 1.
Caps. 4-cocca.

279. CUPANIA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 5.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Styl. 3-fidus. *Caps.* Seminibus 6, arillatis.

1083. CROTON. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 15.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.

1085. RICINUS. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla.
Stam. multa.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.

1084. JATROPHA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 5-fida.
Stam. 10.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.

1086. STERCULIA. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla.
Stam. 15 circiter.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Pist.* 1.
Caps. 5.

Digitized by Google

1088, HIPPOMANE. ♂ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o.
Antherae 2, bifidae.
♀ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o.
Stigm. 3-plex. *Drupa* 1-ſperma aut *Capſ.* 3-cocca.

1279. STILLINGIA. ♂ *Cal.* multiflorus. *Cor.* 1-petala.
Stam. 2.
♀ *Cal.* uniflorus. *Cor.* . . . .
Stylus 3-fidus. *Germen* tricoccum inter calycem et corollam.

1278. GNETUM. ♂ *Amentum* ex calyculis peltatis.
Cor. o. *Anther.* 2.
♀ *Amenti* ejusdem. *Stylus* 3-fidus.
Drupa 1-ſperma.

SYNGENESIA

1089, TRICHOSANTHES. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida, ciliata!
Filam. 3.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pom. oblongum.

1090. MOMORDICA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.
♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pom. elaſticum!

1092. CUCUMIS. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pomum. *Sem.* argutis.

1091. CUCURBITA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pomum. *Sem.* marginatis.

1094. SICYOS. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Drupa monoſperma.

1093. BRYONIA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita.
Filam. 3.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-p. *Styl.* 3-f.
Bacca.

GYNAN-

Digitized by Google

GYNANDRIA.

1095. ANDRACHNE. ♂ *Cal.* 5 phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 3. *Capſ.* 3-locul. 2-ſperma.

1330. AGYNEIA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Anth.* 3.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Germen* perforatum. *Stylus Stigmaque* nulla.

MONAN-

Digitized by Google

MONANDRIA.

1034. ZANNICHELLIA. MASCULI. *Cal.* o. *Cor.* o.
1375. FEMINEI. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Germina* circiter 4. *Sem.* totidem.

palustris. 1. ZANNICHELLIA. *Oed. dan.* 67.

1035. CERATOCARPUS. MASC. *Cal.* 2-partitus. *Cor.* o. *Filamentum* longum.
1375 FEM. *Cal.* 2-phyllus, germini adnatus. *Cor.* o, *Styli* 2. *Sem.* 2-corne, compressum.

arenarius. 1. CERATOCARPUS.

1033. CYNOMORIUM. MASC. *Cal.* Amentum imbricatum. *Cor.* o.
1375 FEM. *Cal.* in eodem amento. *Cor.* o. *Stylus* 1, *Sem.* 1, subrotundum.

coccineum. 1. CYNOMORIUM. *Tota planta est unicum amentum.*

1203. CHARA. MASC. *Cal.* o. *Coroll.* o. *Anthera* germini subjecta.
1624. FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1.

tomentosa. 1. C. aculeis caulinis ovatis.
vulgaris. 2. C. caul. laevibus, frondibus interne dentatis. *Baccae oblongae, polyspermae.* *Weis.*
hispida. 3. C. caul. aculeis capillaribus confertis. *Oed. dan.* 154.
flexilis. 4. C. caul. articulis inermibus diaphanis superne latioribus.

Digitized by Google

1036. **ELATERIUM.** Masc. *Cal.* o. *Cor.* hypocrateriformis.
1375. Fem. *Cal.* o. *Cor.* hypocr. *Caps.* infera, 1-locularis, 2-valvis.

carthaginense. 1. E. fol. cordatis angulatis.
trifoliatum. 2. E. fol. ternatis incisis. *Mant.* 123.

DIANDRIA.

1037. **ANGURIA.** Masc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
1376. Fem. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Pomum* inferum, 2-loculare, polyspermum.

trilobata. 1. A. fol. trilobis. *Fructus muricatus.*
pedata. 2. A. fol. pedatis serratis.
trifoliata. 3. A. fol. ternatis integerrimis.

1038. **LEMNA.** Masc. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla.
1376. Fem. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Caps.* unilocularis.

trisulca. 1. L. fol. petiolatis lanceolatis.
minor. 2. L. fol. sessilibus utrinque planiusculis, radic. solitariis. Lenticula palustris. *Bauh. pin.* 362. *Vaill. paris.* 114. *t.* 20. *f.* 3. *Floret quotannis sub canicula.*
gibba. 3. L. fol. sessilibus subtus hemisphaericis, radic. solitariis. *Varietas praecedentis secundum Gerardum* 122.
polyrhiza. 4. L. fol. sessilibus, radic. confertis. *Vaill. paris. t.* 20. *f.* 2.
arrhiza. L. fol. geminis eradicatis. *Mant.* 294. Lemna omnium minima arrhiza. *Mich. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 4.

TRIAN-

Digitized by Google

TRIANDRIA.

1040. TYPHA. 1377. Masc. Amentum cylindricum. *Cal.* obsoletus, 3-phyllus. *Cor.* o.
Fem. Amentum, cylindricum, infra masculos. *Cal.* capillo villoso. *Cor.* o. *Sem.* 1, insidens pappo capillari.

latifolia. 1. T. fol. subensiformibus, spica mascula femineaque approximatis.
angustifolia. 2. T. fol. semicylindricis, spica mascula femineaque remotis.

1041. SPARGANIUM. 1378. Masc. Amentum subrotundum. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o.
Fem. Amentum subrotundum. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 2-fidum. *Drupa* exsucca, 1-sperma.

erectum. 1. S. fol. erectis triquetris. *Mant.* 494.
natans. 2. S. fol. decumbentibus planis. *Oed. dan.* 260. *Mant.* 494.

1042. ZEA. 1378. Masc. in distinctis spicis. *Cal.* Gluma 2-flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
Fem. *Cal.* Gluma 2-valvis. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Stylus* 1, filiformis, pendulus. *Sem.* solitaria, receptaculo oblongo immersa.

Mays. 1. Zea.

1044. TRIPSACUM. 1378. Masc. *Cal.* Gluma 4-flora. *Cor.* Gluma membranacea.
Fem. *Cal.* Gluma sinubus perforatis. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Styli* 2. *Sem.* 1.

dactyloides. A. T. spicis androgynis.
hermaphroditum. B. T. spica hermaphrodita.

Digitized by Google

1043. COIX. Masc. in ſpicis remotis. *Cal.* Gluma 2-flo-
1378. ra, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
Fem. *Cal.* Gluma 2-flora. *Cor.* Gluma mutica. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* calyce oſſificato tectum.

Lacryma. 1. C. ſeminibus ovatis. Catriconda. *Rheed. mal. 12. p. 133. t. 70.*

1045. OLYRA. Masc. *Cal.* Gluma uniflora, ariſtata.
1379. *Cor.* Gluma mutica.
Fem. *Cal.* Gluma uniflora, patula, ovata. *Stylus* 2-fidus. *Sem.* cartilagineum.

latifolia. A. OLYRA.

1046. CAREX. Masc. Amentum imbricatum. *Cal.* 1-
1379. phyllus. *Cor.* 0.
Fem. Amentum imbricatum. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 0. *Nectarium* inflatum, 3-dentatum. *Stigm.* 3. *Sem.* triquetrum, intra nectarium.

* *Spica unica ſimplici.*

dioica. 1. C. ſpica ſimplici dioica. *Oed. dan.* 166. (*Excluſo ſynonymo Scheuchzeri.*

capitata. 2. C. ſpica ſimplici androgyna ovata: ſuperne maſcula, capſulis imbricato-patulis. *Oed. dan.* 379.

pulicaris. 3. C. ſpica ſimplici androgyna: ſuperne maſcula, capſulis divaricatis retroflexis.

ſquarroſa. 4. C. ſpica ſimplici androgyna: inferne maſcula, capſulis imbricatis horizontalibus.

cyperoideus. C. umbella ſubcapitata, flor. ſimpliciſſimis ſubulatis, involucro tetraphyllo elongato. Carex bohemica aquatica annua, cyperi facie, caule molli, capitulis in glomeratam ſpicam digeſtis. *Mich. gen.* 70. *t.* 33. *f.* 19. Scirpus ſpica multipartita, feminibus caudatis. *Gmel. ſib. 1. p.* 81. Cyperus minor capitulis inflexis. *Buxb. cent. 4. p. 34. t. 61. Habitat in* Sibiria, Bohemia. *miſit. DD. Schreber Prof. Erlang. De Genere nil novi. Radix perennis, Culmi pedales, triquetri.*

Digitized by Google

queir. *Capitulum terminale e glomerulis pluribus. Glumae exteriores singuli glomeruli masculae; interiores femineae. Stamina 3 alba. Pistillum nectario longius, stylo bifido. Schreber.*

* * *Spicis androgynis.*

baldensis. 5. C. spicis ternis congestis sessilibus ovatis triquetris androgynis, involucro diphyllo.

arenaria. 6. C. spica composita, spiculis androgynis: inferioribus remotioribus foliolo longiori instructis, culmo triquetro. *Oed. dan.* 425.

uliginosa. 7. C. spica composita, spiculis androgynis: inferioribus remotioribus foliolo longiori instructis, culmo tereti. *Mant.* 494.

leporina. 8. C. spica composita, spiculis ovatis sessilibus approximatis alternis androgynis nudis.

vulpina. 10. C. spica supradecomposita inferne laxiore, spiculis ovatis androgynis glomeratis: superne masculis. *Oed. dan* 308.

brizoides. 9. C. spica composita disticha nuda, spiculis androgynis oblongis contiguis, culmo nudo.

muricata. 11. C. spiculis subovatis sessilibus remotis androgynis, capsulis acutis divergentibus spinosis. *Oed. dan.* 284.

loliacea. 13. C. spiculis subovatis sessilibus remotis androgynis, capsulis ovatis teretiusculis muticis divaricatis.

remota. 14. C. spicis ovatis subsessilibus remotis androgynis, bracteis culmum aequantibus. Carex axillaris. *Sp. plant.* 1382. *Oed. dan.* 370. *Mich. gen.* 70. *t.* 33. *f.* 16. *β.* Carex axillaris. *Sp. plant.* 1382.

elongata. 15. C. spiculis oblongis sessilibus remotis androgynis, capsulis ovatis acutis.

canescens. 16. C. spiculis subrotundis remotis sessilibus obtusis androgynis, capsulis ovatis obtusiusculis. *Oed. dan.* 285.

paniculata. 17. C. racemo composito, spiculis androgynis. Carex angustifolia, caule triquetro, spica multiplici fusca. *Mich. gen.* 68. *t.* 33. *f.* 7.

indica. C. spicis androgynis cylindricis paniculatis pinnatis flosculis aliquot infimis femineis. *Mant.* 574.

* * * *Spicis sexu distinctis: femineis sessilibus.*

flava. 18. C. spicis confertis subsessilibus subrotundis: mascula lineari, capsulis acutis recurvis.

pedata.

Digitized by Google

pedata. 19. C. ſpicis femineis ſeſſilibus oblongis: inferiore axillari, fol. ſubfiliformibus.

digitata. 20. C. ſpicis linearibus erectis, maſcula breviore inferioreque, bracteis aphyllis, capſulis diſtantibus.

montana. 23. C. ſpicis femineis ſeſſilibus ſubſolitariis ovatis maſculae approximatis, culmo nudo, capſulis pubeſcentibus.

tomentoſa. 38. C. ſpicis femineis ſubpedunculatis, capſulis ſubgloboſis tomentoſis. *Mant.* 123.

globularis. 22. C. ſpica maſcula oblonga, feminea ſeſſili ovata folio florali breviori approximata.

filiformis. 23. C. ſpica maſcula oblonga, femineis ſeſſilibus oblongis: inferiore foliolo proprio breviore.

pilulifera. 24. C. ſpicis terminalibus confertis ſubrotundis: maſcula oblonga.

ſaxatilis. 25. C. ſpicis tribus ovatis ſeſſilibus alternis; maſcula oblonga. *Oed. dan. t.* 403?

**** *Spicis ſexu diſtinctis: femineis pedunculatis.*

atrata. 26. C. ſpicis androgynis terminalibus pedunculatis: florentibus erectis; fructiferis pendulis.

limoſa. 27. C. ſpicis ovatis pendulis: maſcula longiore erectiore, radice repente. *Oed. dan.* 158? Gramen Cyperoides ſpica pendula minus. *Bauh. pin.* 85.

capillaris. 28. C. ſpicis pendulis: maſcula erecta, femineis oblongis diſtichis, capſulis nudis acuminatis. *Oed. dan. t.* 168.

palleſcens. 29. C. ſpicis pendulis: maſcula erecta, femineis ovatis imbricatis, capſulis confertis obtuſis. *Folia pubeſcentia.*

panicea. 30. C. ſpicis pedunculatis erectis remotis: femineis linearibus, capſulis obtuſiuſculis inflatis. *Oed. dan.* 261.

folliculata. 31. C. ſpicis terminalibus pedunculatis: maſcula femineaque, capſulis ſubulatis longitudine ſpicae.

Pſeudo-Cyperus. 32. C. ſpicis pendulis, pedunculis geminatis.

caeſpitoſa. 34. C. ſpicis erectis cylindricis ternis ſubſeſſilibus: maſcula terminali, culmo triquetro.

diſtans. 33. C. ſpicis remotiſſimis ſubſeſſilibus; bractea vaginali, capſulis angulatis mucronatis.

 *****

Digitized by Google

* * * * * * *Spicis sexu distinctis: masculis pluribus.*

acuta. 35. C. spicis masculis pluribus, femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis.

vesicaria. 36. C. spicis masculis pluribus, femineis pedunculatis, capsulis inflatis acuminatis.

hirta. 37. C. spicis remotis: masculis pluribus, femineis subpedunculatis erectis, capsulis hirtis. *Oed. dan.* 379.

* * * * * * * *Spicis masculis distinctis a flore femineo.*

lithosperma. C. spicis paniculatis masculis, flor. femineis solitariis, sem. globosis nitidis. Schoenus lithospermus. *Sp. plant.* 65. *Spicae masculae parvae, multiflorae. Flores feminei solitarii, a masculis remoti in eodem gramine. Stylus trifidus.*

1047. AXYRIS. Masc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
1389. Fem. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 2. *Sem.* 1.

Ceratoides. 1. A. fol. lanceolatis tomentosis, flor. femineis lanatis. *Gmel. sib.* 3. *p.* 17. *t.* 3. *f.* 2.

Amaranthoides. 2. A. fol. ovatis, caule erecto spicis simplicibus. *Gmel. sib.* 3. *p.* 21. *t.* 3.

hybrida. 3. A. fol. ovatis, caule erecto, spicis conglomeratis. *Gmel. sib.* 3. *p.* 23. *t.* 4. *f.* 1.

prostrata. 4. A. fol. obovatis, caule subdiviso, flor. capitatis. *Gmel. sib.* 3. *p.* 24. *t.* 4. *f.* 2. *Zimm. goett.* 35.

1039. OMPHALEA. Masc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o.
1377. *Receptac.* ovatum, cui Antherae innatae.
Fem. *Cal.* et *Cor.* maris. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* carnosa, 3-locularis. *Sem.* 1.

diandra. A. O. fol. ovatis.

triandra. B. O. fol. oblongis.

Digitized by Google

1048. TRAGIA. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0.
1390. FEM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stylus* 3-fidus. *Caps.* 3-cocca, 3-locularis. *Sem.* solitaria.

volubilis. 1. T. fol. cordato-oblongis, caule volubili.
involucrata. 2. T. bracteis femineis pentaphyllis pinnatifidis.
Mercurialis. 3. T. fol. ovatis. Croton foliis cordatis serratis petiolatis, floribus spicatis. *Gron. virg.* 153.
urens. 5. T. fol. lanceolatis obtusis subdentatis.
Chamaelea. 4. T. fol. lanceolatis obtusis integerrimis.

1049. HERNANDIA. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Coroll.* 3-petala.
1391. FEM. *Cal.* truncatus, integerrimus. *Cor.* 6-petala. *Drupa* cava, ore aperta: nucleo mobili.

sonora. 1. H. foliis peltatis. *Brown. jam.* 373. *Jacq. amer.* 245.
ovigera. A. H. foliis ovatis basi petiolatis.

1050. PHYLANTHUS. MASC. *Cal.* 6-partitus, campanulatus. *Cor.* 0.
1392. FEM. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* 0. *Styli* 3, bifidi. *Caps.* 3-locularis. *Sem.* solitaria.

grandifolia. 1. P. caule arboreo, fol. ovatis obtusis integerrimis.
Niruri. 3. P. foliol. pinnatis floriferis, flor. pedunculatis, caule herbaceo erecto.
Urinaria. 4. P. foliol. pinnatis floriferis, flor. sessilibus, caule herbaceo procumbente.
bacciformis. P. fol. pinnatis foliolis senis, flor. femineo terminali. *Mant.* 294. ✿ *Flos femineus figura et magnitudine Floris uvae ursi.*
maderaspatensis. 5. P. foliolis alternis cuneiformibus mucronatis.
Emblica. 6. P. fol. pinnatis floriferis, caule arboreo, fructu baccato.

Digitized by Google

TETRANDRIA.

1051. CENTELLA. MASC. *Involucr.* 4-phyllum, 5-florum. *Petala* 4.
1393. FEM. *Involucr.* 2-phyllum, 1-florum. *Petala* 4. Germen inferum. *Styli* 2. *Pericarp.* 2-loculare.

villosa. 1. C. fol. cordatis.
glabrata. 2. C. fol. lanceolatis.

1274. SERPICULA. MASC. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.
FEM. *Cal.* 4-partitus. *Peric.* Nux tomentosa.

repens. 1. fol. linearibus. *Mant.* 124. Serpicula serpyllifolia *Burm. prodr.* 26. *Caulis repens.*

1328. LITTORELLA. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Stam.* longa.
FEM. *Cal.* nullus. *Cor.* sub 4-fida. *Stylus* longus. *Sem.* nucleus.

lacustris. LITTORELLA. *Berg. act. holm.* 1768. 341. *Oed. dan.* 170. Plantago uniflora. *Sp. plant.* 167. *Femina ex eadem radice cum mare.*

1275. CICCA. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
FEM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 4. *Caps.* 4-cocca.

disticha. 1. CICCA. *Mant.* 124.

1052. BETULA. MASC. *Cal.* 1-phyllus, 3-fidus, 3-florus. *Cor.* 4-partita.
1393. FEM. *Cal.* 1-phyllus, sub 3-fidus, 2-florus. *Sem.* utrinque membrana alata.

alba. 1. B. fol. ovatis acuminatis serratis.
nigra. 2. B. fol. rhombeo-ovatis acuminatis duplicato-serratis.

lenta.

Digitized by Google

lenta. 3. B. fol. cordatis oblongis acuminatis serratis.
nana. 4. B. fol. orbiculatis crenatis. *Oed. dan.* 91.
pumila. 6. B. fol. obovatis crenatis. *Mant.* 124.
Alnus. 5. B. pedunculis ramosis.

1053. BUXUS. Masc. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 2. *Germinis* rudimentum.
1394. Fem. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 3. *Styli* 3. *Caps.* 3-rostris, 3-locularis. *Sem.* 2.

sempervirens. 1. Buxus.

1054. URTICA. Masc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Nectarium* centrale, cyathiforme.
1395. Fem. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 0. *Sem.* 1, nitidum.

* *Oppositifoliae.*

pilulifera. 1. U. fol. oppositis ovatis serratis, amentis fructiferis globosis.
balearica. 2. U. fol. oppositis cordatis serratis; amentis fructiferis globosis.
Dodartii. 3. U. fol. oppositis ovatis subintegerrimis, amentis fructiferis globosis.
pumila. 4. U. fol. oppositis ovatis, racemis bipartitis brevissimis.
grandifolia. 7. U. fol. oppositis ovatis, stipulis cordatis indivisis, racemis paniculatis longitudine foliorum.
urens. 5. U. fol. oppositis ovalibus.
dioica. 9. U. fol. oppositis cordatis, racemis geminis.
cannabina. 8. U. fol. oppositis tripartitis incisis.
alienata. 19. U. fol. oppositis ovatis integerrimis lineatis. Parietaria Zeylanica. *Sp. plant.* 1492. Caulis *palmaris, scaber, teres, rigidulus, erectiusculus.* Rami *oppositi, horizontales, diffusi.* Folia *petiolata, nutantia, scabra praesertim margine.* Stipulae *utrinque binae.* Flores *axillares, sessiles:* Masculi *bini. Cal. 4-partitus. Stam. 4, alba.* Femineus *masculis adsidens, Stylo 1, longo, pubescente, albo. Fructus ovatus, emarginatus, sulcatus 8 torulis. Semen glaberrimum, ovatum, atrum basi alba.* Plantula *sempervirens.*

Digitized by Google

Ex floribus masculis Urtica; *ex Femineis et fructu* Parietaria; *adeoque intermedia.*

cylindrica. 9. U. fol. oppositis oblongis, amentis cylindricis solitariis indivisis sessilibus.

parietaria. 11. U. fol. oppositis lanceolatis integerrimis: hinc angustioribus.

ciliaris. 10. U. fol. oppositis ovatis ciliatis, racemis divaricatis. *Plum. ic.* 120. *f.* 2.

* * *Alternifoliae.*

aestuans. 12. U. fol. alternis cordatis, racem. dichotomis, fruct. orbiculato-corymbosis,

capitata. 13. U. fol. alternis cordatis, glomerulis spicatis.

divaricata. 14. U. fol. alternis ovatis, racemis compositis divaricatis.

canadensis. 15. U. fol. alternis cordato-ovatis, amentis ramosis distichis erectis.

interrupta. 16. U. fol. alternis ovato-cordatis serratis petiolo subbrevioribus, spicis solitariis interruptis. *Rumph. amb.* 6. *t.* 20.

nivea. 12. U. fol. alternis suborbiculatis utrinque acutis subtus tomentosis. *Rumph. amb.* 5. *t.* 79.

baccifera. 18. U. fol. alternis cordatis dentatis aculeatis, caule fruticoso, calyc. femineis baccatis.

1055. MORUS. MASC. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o.
1398. FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 2. *Cal.* baccatus. *Sem.* 1.

alba. 1. M. fol. oblique cordatis laevibus.

nigra. 2. M. fol. cordatis scabris.

papyrifera. 3. M. fol. palmatis, fructibus hispidis.

rubra. 4. M. fol. cordatis subtus villosis, amentis cylindricis.

indica. 5. M. fol. ovato-oblongis utrinque aequalibus inaequaliter serratis.

tatarica. 6. M. fol. ovato-oblongis utrinque aequalibus aequaliter serratis. *In Wolgae et Tanais inundatis. Pro serico praestantissimo. Forster.*

tinctoria. 7. M. fol. oblongis hinc productioribus, spinis axillaribus. *Jacq. amer.* 247. *t.* 180. *Species 2 habet Millerus:* TINCTORIA M. fol. oblique cordatis acuminatis hirsutis. *Mill. dict.* ZANTOXYLUM M. fol. ovato-oblongis acuminatis obliquis, ramis aculeatis. *Mill. dict. Prior magis tinctoria.*

PEN-

Digitized by Google

PENTANDRIA.

1277. NEPHELIUM. Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* nulla.
Fem. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Germina* 2. *Styli* 2 singulis. *Drupae* siccae, 2, muricatae, 1-spermae.

lappaceum. 1. Nephelium. *Mant.* 125.

1056. XANTHIUM. Masc. *Cal.* communis imbricatus.
1400. *Cor.* 1-petalae, 5-fidae, infundibulif. *Recept.* paleaceum.
Fem. *Cal.* involucrum 2-phyllum, 2-florum. *Cor.* o. *Drupa* sicca, muricata, 2-fida. *Nucleus* 2-locularis.

strumarium. 1. X. caule inermi, fol. cordatis trinervatis.
orientale. 2. X. caule inermi, fol. cuneiformi-ovatis subtrilobis. *Linn. dec.* 33. *t.* 17.
spinosum. 3. X. spinis ternatis, fol. trilobis.

1057. AMBROSIA. Masc. *Cal.* communis, 1-phyllus.
1401. *Cor.* 1-petalae, 3-fidae, infundibulif. *Recept.* nudum.
Fem. *Cal.* 1-phyllus, integer, ventre 5-dentato, 1-florus, *Cor.* o. *Nux* e calyce indurato, 1-sperma.

trifida. 1. A. fol. trilobis serratis.
elatior. 2. A. fol. bipinnatifidis, racemis paniculatis terminalibus glabris.
artemisifolia. 3. A. fol. bipinnatifidis: primoribus ramulorum indivisis integerrimis.
maritima. 4. A. fol. multifidis, spicis solitariis pilosis subsessilibus.

Digitized by Google

1058. PARTHENIUM. MASC. *Cal.* communis, 5-phyllus. *Cor.* disci monopetalae.
1402. FEM. *Cor.* radii 5, singulae 2, masculae: intermedia feminea supera. *Sem.* nudum.

Hysterophorus. 1. P. fol. composito-multifidis.

integrifolium. 2. P. fol. ovatis crenatis.

1059. IVA. MASC. *Cal.* communis, 3-phyllus. *Cor.* disci 1-petalae, 5-fidae. *Recept.* pilis distinctum.
1402. FEM. *Cal.* flosculi radii 5. *Cor.* 0. *Styli* 2. longi. *Sem.* nudum, obtusum.

annua. 1. I. fol. lanceolato-ovatis, caule herbaceo.

frutescens. 2. I. fol. lanceolatis, caule fruticoso.

1329. CLIBADIUM. MASC. *Cal. communis* imbricatus. *Cor.* disci 5-fidae.
FEM. *Cal. communis* idem. *Cor.* radii feminei 3 s. 4. *Sem.* Drupa umbilicata.

surinamense. CLIBADIUM. *Mant.* 294. Clibadium foetidum. *Allam. mss. Folia opposita.*

1060, AMARANTHUS. MASC. *Cal.* 3-s. 5-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 3-s. 5.
1403. FEM. *Cal.* 3-s. 5-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Caps.* 1-locularis, circumscissa. *Sem.* 1.

* *Triandri.*

albus. 9. A. glomerulis triandris axillaribus bipartitis, bracteis subulatis, fol. ovatis emarginatis lineatis strictis. Blitum maritimum minus, calycibus aculeatis. *Till. pis.* 25.

graecizans. 10. A. glomerulis triandris axillaribus, fol. lanceolatis repandis obtusis. *Affinis admodum A. albo.*

melan-

melancholicus. 4. A. glomerulis triandris axillaribus subrotundis sessilibus, fol. lanceolatis acuminatis. *Folia in caldario natae, laetissime sanguinea.*

tricolor. 3. A. glomerulis triandris axillaribus subrotundis amplexicaulibus, fol. lanceolato-ovatis coloratis.

polygamus. 2. A. glomerulis diandris subspicatis ovatis, flor. hermaphroditis femineisque, fol. lanceolatis.

gangeticus. 5. A. glomerulis triandris subspicatis ovatis, fol. lanceolato-ovatis emarginatis.

mangostanus. 7. A. glomerulis triandris subspicatis rotundatis, fol. rhombeis.

tristis. 6. A. glomerulis triandris rotundatis subspicatis, fol. ovato-cordatis emarginatis petiolo brevioribus.

lividus. 8. A. glomerulis triandris subspicatis rotundatis, fol. rotundato-ovatis retusis. *Affinis A. oleraceo.*

oleraceus. 1. A. glomerulis triandris pentandrisque, fol. ovatis obtusissimis emarginatis rugosis.

Blitum. 11. A. glomerulis lateralibus: floribus trifidis, fol. ovatis retusis, caule diffuso.

viridis. 11. A. glomerulis triandris, flor. masculis trifidis, fol. ovatis emarginatis, caule erecto.

deflexus. A. flor. triandris, spicis frutescentibus nutantibus carnosis, caule diffuso. *Mant.* 295. * *Folia ovata subundulata, lineata, saepius emarginata cum setula.*

polygonoides. 13. A. glomerulis triandris axillaribus, fol. ovatis, emarginatis, flor. femineis infundibuliformibus obtusis.

* * *Pentandri.*

hybridus. 15. A. racemis pentandris decompositis congestis nudis, spiculis conjugatis.

paniculatus. 16. A. racemis pentandris supradecompositis: partialibus patentibus.

sanguineus. 19. A. racemis pentandris compositis erectis: lateralibus patentissimis, fol. ovato-oblongis.

retroflexus. 21. A. racemis pentandris lateralibus terminalibusque: caule flexuoso villoso, ramis recurvatis.

flavus. 18. A. racemis pentandris compositis: summo infimisque nutantibus, fol. obovatis mucronatis.

hypochondriacus. 20. A. racemis pentandris compositis confertis erectis, fol. ovatis mucronatis.

cruentus. 17. A. racemis pentandris decompositis remotis patulo-nutantibus, fol. lanceolato-ovatis.

Digitized by Google

caudatus. 14. A. racemis pentandris decompositis cylindricis pendulis longissimis.

spinosus. 22. A. racemis pentandris cylindricis erectis, axillis spinosis. *Rumph. amb.* 5. *t.* 83.

1276. LEEA. Masc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida nectario cylindrico tubi.
Fem. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida cum nectario. *Peric.* sexloculare. *Sem.* solitaria.

aequata. 1. L. caule tereti pubescente. *Mant.* 124.
crispa. 2. L. caule angulato fimbriato. *Mant.* 124.

HEXANDRIA.

1062. ZIZANIA. Masc. *Cal.* 0. *Cor.* Gluma 2-valvis, mutica, femineis mixta.
1408.
Fem. *Cal.* 0. *Cor.* Gluma 1-valvis, cucullata, aristata. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1, corolla plicata vestitum.

aquatica. 1. Z. paniculata effusa.
palustris. Z. panicula inferne racemosa mascula, superne spicata feminea *Mant.* 295. * Zizania sylvestris assurgens tenuis ramosa, panicula laxa racemosa. *Brown. jam.* 340.
terrestris. 2. Z. paniculata subracemosa.

1063. PHARUS. Masc. *Cal.* Gluma 2-valvis, uniflora. *Cor.* Gluma bivalvis.
1408.
Fem. *Cal.* Gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* Gluma univalvis, longa involvens. *Sem.* 1.

latifolius. A. Pharus.

Digitized by Google

HEPTANDRIA.

1064. GUETTARDA. MASC. *Cal.* cylindricus. *Cor* 7-
1408. fida, infundibuliformis.
FEM. *Cal.* cylindricus. *Cor.* 7-fida. *Pist.* 1. *Drupa* ficca.

speciosa. 1. GUETTARDA.

POLYANDRIA. *Stamina ultra VII.*

1065. CERATOPHYLLUM. MASC. *Cal.* multipartitus.
1409. *Cor.* 0. *Stam.* 16-20.
FEM. *Cal.* multipartitus. *Cor.* 0. *Pist.* 1. *Styl.* 0. *Sem.* 1, nudum.

demersum. 1. C. fol. dichotomo-bigeminis, fruct. trifpinofis.
submersum. 2. C. fol. dichotomo-trigeminis, fruct. muticis *Oed. dan.* 510.

1066. MYRIOPHYLLUM. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.*
1409. 0. *Stam.* 8.
FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Pist.* 4. *Stylus* 0. *Sem.* 4, nuda.

spicatum. 1. M. flor. mafculis interrupte fpicatis. *Spica aphylla.*
verticillatum. 2. M. flor. omnibus verticillatis hermaphroditis. *Folia quaterna. Flores hermaphroditi.* Turra.

1067. SAGITTARIA. MASC. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-pe-
1410. tala. *Filamenta* fere 24.
FEM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Pist.* multa. *Sem.* multa, nuda.

sagittifolia. 1. S. fol. fagittatis acutis. *Oed. dan.* 172.
obtusifolia. 2. S. fol. fagittatis obtufis, caul. ramofo.
lancifolia. 4. S. fol. lanceolato-ovatis. *Jacq. amer.* 248.
trifolia. 3. S. fol. ternatis.

Digitized by Google

1156. BEGONIA. Masc. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala. Petalis cordatis: 2 oppositis obcordatis. *Stam.* numerosa.
Fem. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala, ut mascula. *Styli* 3, bifidi: *Caps.* infera, triangularis, inaequalis, 3-locularis, polysperma.

obliqua. 1. Begonia. *Mant.* 502. *Jacq. obs.* 2. *t.* 35. *Forte plures species huius generis nondum distinctae.*

1098. THELIGONUM. Masc. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o.
1411. *Stam.* fere 12.
Fem. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o. *Pist.* 1. *Caps.* coriacea, 1-locularis, 1-sperma.

Cynocrambe. 1. Theligonum. *In India orientali communis.*

1069. POTERIUM. Masc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-par-
1411. tita. *Stam.* 30-40.
Fem. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-partita. *Pist.* 2. *Bacca* e tubo corollae indurato.

Sanguisorba. 1. P. inerme, caulibus subangulosis.
hybridum. 2. P. inerme, caulibus teretibus strictis.
spinosum. 3. P. spinis ramosis.

1070. QUERCUS. Masc. *Cal.* 5-fidus fere. *Cor.* o.
1412. *Stam.* 5-10.
Fem. *Cal.* 1-phyllus, integerrimus, scaber. *Cor.* o. *Styli* 2-5. *Sem.* 1, ovatum.

Phellos. 1. Q. fol. lanceolatis integerrimis glabris.
molucca. 2. Q. fol. lanceolato-ovatis glabris integerrimis.
Ilex. 3. Q. fol. ovato-oblongis indivisis serratisque subtus incanis, cortice integro. *β.* Quercus gramuntia. *Sp. pl.* 1418. *Gerard. grov.* 531.

Digitized by Google

Suber. 5. Q. fol. ovato-oblongis indivisis serratis subtus tomentosis, cortice rimoso fungoso.

coccifera. 6. Q. fol. ovatis indivisis spinoso-dentatis utrinque glabris.

Prinus. 7. Q. fol. ovatis utrinque acuminatis sinuato-serratis: denticulis rotundatis uniformibus.

nigra. 8. Q. fol. cuneiformibus obsolete trilobis.

rubra. 9. Q. fol: obtuse sinuatis setaceo-mucronatis.

alba. 10. Q. fol. oblique pinnatifidis: sinubus angulisque obtusis.

Esculus. 11. Q. fol. pinnatifidis: laciniis lanceolatis remotis acutis, postice angulatis. *Mant.* 496.

Robur. 12. Q. fol. deciduis oblongis superne latioribus: sinubus acutioribus, angulis obtusis. *β.* Quercus latifolia femina. *Bauh. pin.* 418. *It. wgoth.* 214. *Mant.* 496.

Ægilops. 13. Q. fol. fol. ovato-oblongis glabris serrato-repandis.

Cerris. 14. Q. fol. oblongis lyrato-pinnatifidis: laciniis transversis acutis; subtus subtomentosis.

1071. JUGLANS. MASC. *Cal.* 1-phyllus, squamiformis. 1415. *Cor.* 6-partita. *Filamenta* 18.

FEM. *Cal.* 4-fidus, superus. *Cor.* 4-partita. *Styli* 2. *Drupa* nucleo sulcato.

regia. 1. J. foliolis ovalibus glabris subserratis subaequalibus. *Habitat in* Persia. *D. Lerche. Mant.* 496.

alba. 2. J. foliolis septenis lanceolatis serratis: impari sessili.

nigra. 4. J. foliolis quindenis lanceolatis: exterioribus minoribus, geminis superaxillaribus.

cinerea. 3. J. foliolis undenis lanceolatis basi altera breviore.

baccata. 5. J. foliolis ternis.

1072. FAGUS. MASC. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. 1416. *Cor.* 0. *Stam.* 12.

FEM. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capsula* (Calyx antea) muricata, 4-valvis. *Sem.* 2.

Castanea. 1. F. fol. lanceolatis acuminato-serratis subtus nudis.

pumila.

Digitized by Google

pumila. 2. F. fol. lanceolato-ovatis acute ſerratis ſubtus tomentoſis, amentis filiformibus nodoſis.
ſylvatica. 3. F. fol. ovatis obſolete ſerratis.

1073. CARPINUS. 1416. MASC. *Cal.* 1-phyllus: ſquama ciliata. *Cor.* 0. *Stam.* 20.
FEM. *Cal.* 1-phyllus: ſquama ciliata. *Cor.* 0. *Germina* 2. *Styli* ſingulis 2. *Nux* ovata.

Betulus. 1. C. ſquamis ſtrobilorum planis.
Oſtrya. 2. C. ſquamis ſtrobilorum inflatis. *Mant.* 496.

1074. CORYLUS, 1417. MASC. *Cal.* 1-phyllus: 3-fidus, ſquamiformis, 1-florus. *Cor.* 0. *Stam.* 8.
FEM. *Cal.* 2-phyllus: lacerus. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Nux* ovata.

Avellana. 1. C. ſtipulis ovatis obtuſis.
Colurna. 2. C. ſtipulis linearibus acutis.

1075. PLATANUS. 1417. MASC. *Cal.* Amentum globoſum. *Cor.* vix manifeſta. *Antherae* filamentum circumnatae.
FEM. *Cal.* Amentum globoſum. *Cor.* polypetala. *Styli* ſtigmate recurvo. *Sem.* ſubrotunda, ſtylo mucronata, baſi pappoſa.

orientalis. 1. P. fol. palmatis.
occidentalis. 2. P. fol. lobatis.

1076. LIQUIDAMBAR. 1418. MASC. *Cal.* communis 4-phyllus. *Cor.* 0. *Filam.* numeroſa.
FEM. *Cal.* in globum, 4-phylli. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Capſ.* multae in globum, bivalves, polyſpermae.

Styraciflua. 1. L. fol. palmato-angulatis: lobis indiviſis acutis.
peregrinum. 2. L. fol. oblongis alternatim ſinuatis.

ADEL-

Digitized by Google

MONADELPHIA.

1077. **PINUS.** Masc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stam.*
1418. plurima. *Antherae* nudae.
Fem. *Cal.* ſtrobili: ſquama 2-flora. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Nux* ala membranacea excepta.

* *Foliis pluribus ex eadem baſi vaginali.*

ſylveſtris. 1. P. fol. geminis: primordialibus ſolitariis glabris.
Pinea. 2. P. fol. geminis: primordialibus ſolitariis ciliatis.
Taeda. 3. P. fol. trinis. *Obſ.* Pinus fol. trinis longiſſimis et Pinus fol. trinis, ſtrobilis longioribus: ſquamis rigidioribus *Milleri*, *diverſa ſpecies a Taeda; ſed qua nota, praeter foliorum longitudinem.*
Cembra. 4. P. fol. quinis laevibus. *Scop. ann.* 2. *p.* 65.
Strobus. 5. P. fol. quinis margine ſcabris, cortice laevi.
Cedrus. 6. P. fol. faſciculatis acutis.
Larix. 7. P. fol. faſciculatis obtuſis.

* * *Foliis ſolitariis et baſi diſtinctis.*

Picea. 8. P. fol. ſolitariis emarginatis.
Balſamea. 9. P. fol. ſolitariis ſubemarginatis: ſubtus linea dupli-ci punctata.
canadenſis. 10. P. fol. ſolitariis linearibus obtuſiuſculis ſubmembranaceis.
Abies. 11. P. fol. ſolitariis ſubulatis mucronatis laevibus bifariam verſis.
orientalis. 12. P. fol. ſolitariis tetragonis.

1078. **THUJA.** Masc. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o.
1421. *Stam.* 4.
Fem. *Cal.* ſtrobili: ſquama 2-flora. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Nux* 1, cincta ala emarginata.

occidentalis. 1. T. ſtrobilis laevibus: ſquamis obtuſis. *Rami patuli.*
orientalis. 2. T. ſtrobilis ſquarroſis: ſquamis acutis. *Rami erecti.*
aphylla. 3. V. ſtrobilis quadrivalvibus, fol. turbinatis vaginantibus, hinc mucronatis. β. Thuja cupreſſoides. *Mant.* 125.*

1079.

Digitized by Google

1079. CUPRESSUS. MASC. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* 1422. o. *Antherae* 4, sessiles absque filamentis.
FEM. *Cal.* strobili: squama 1-flora. *Cor.* o. *Styli?* puncta concava. *Nux* angulata.

sempervirens. 1. C. fol. imbricatis, frondibus quadrangulis.
disticha. 2. C. fol. distichis patentibus.
Thyoides. 3. C. fol. imbricatis, frondibus ancipitibus.
juniperoides. 4. C. fol. oppositis decussatis subulatis patulis.

1080. PLUKENETIA. MASC. *Cal.* o. *Petala* 4. *Stam.* 1423. 8. *Nectaria* 4, barbata.
FEM. *Cal.* o. *Petala* 4. *Stylus* longissimus stigmate peltato 4-lobo. *Caps.* 4-cocca.

volubilis. 1. PLUKENETIA.

1081. DALECHAMPIA. *Involucrum* commune exterius 1423. foliolis 4, interius foliis 2 trifidis.
MASC. *umbellula* 10-flora: *involucello* 2-phyllo: paleis numerosis. *Perianth. proprium* 5-phyllum. *Cor.* nulla. *Filam.* plurima, connata.
FEM. *Flosculi* 3. *Involucello* 3-phyllo. *Perianth. proprium* foliolis 11. *Cor.* o. *Stylus* filiformis. *Caps* 3-cocca. *Mant.* 169.

scandens. 1. D. fol. trifidis. *Mant.* 496. *

1082.

Digitized by Google

1082. ACALYPHA. Masc. *Cal.* 3 f. 4-phyllus. *Cor.* 0.
1423. *Stam.* 8-16.
Fem. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Caps.* 3-cocca, 3-locularis. *Sem.* 1.

virginica. 1. A. involucris femineis cordatis incisis, fol. ovato-lanceolatis petiolo longioribus.
virgata. 2. A. spicis femineis involucris cordatis serratis; masculis distinctis aphyllis, fol. lanceolato-ovatis.
indica. 3. A. involucris femineis cordatis subcrenatis, fol. ovatis petiolo brevioribus.
australis. 4. A. involucris femineis integerrimis, fol. lanceolatis obtusis.

1083. CROTON. Masc. *Cal.* cylindricus, 5 dentatus.
1424. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 10-15.
Fem. *Cal.* polyphyllus. *Cor.* 0, *Styli* 3, bifidi. *Caps.* 3-locularis. *Sem.* 1.

variegatum. 3. C. fol. lanceolatis integerrimis glabris pictis petiolatis.
Cascarilla. 4. C. fol. lanceolatis acutis integerrimis petiolatis subtus tomentosis, caule arboreo.
Benzoë. C. fol. linearibus subrepandis nudis: venis rubris. *Mant.* 297. * *Frutex mihi non floruit; ex statura eum retuli ad Croton; in fructificationem inquirant; quibus obvia.*
castaneifolium. 1. C. fol. lanceolatis obtusis serratis petiolatis glabris.
palustre. 2. C. fol. ovato-lanceolatis plicatis serratis scabris.
glabellum. 5. C. fol. ovatis obtusiusculis integerrimis laevibus, fructibus pedunculatis.
tinctorium. 6. C. fol. rhombeis repandis, capsulis pendulis, caule herbaceo. *Burm. ind. t.* 62. *f.* 1. *Cal.* 5-*phyllus. Petala* 5, *lanceolata. Stam.* 8, *monadelpha.*
glandulosum. 7. C. fol. oblongis serratis basi biglandulosis, fructibus sessilibus.
argenteum. 8. C. fol. cordato-ovatis subtus tomentosis integris serratis. *Fructus capitulum Bracteis* 3, *ovalibus, hirsutis, dentatis.*

Digitized by Google

sebiferum. 9. C. fol. rhombeo-ovatis acuminatis integerrimis glabris. *Foliola latiora quam longa, involuta; basis folii glandulis 2.*

Tiglium. 10. C. fol. ovatis glabris acuminatis serratis, caule arboreo.

aculeatum. 45. P. frond bipinnatis: pinn. lunulatis ciliato-dentatis, stipit. strigoso. Filix mas, pinnulis latis auriculatis spinosis. *Moris. hist. 3. p. 580. s. 14. t. 3. f. 15.*

rhaeticum. 46. P. frond. bipinnatis: foliol. pinnisque remotis lanceolatis: serraturis acuminatis.

noveboracense. 47. P. frond. bipinnatis: pinn. oblongis integerrimis parallelis, stipit. laevi.

pubescens. 48. P. frond. bipinnatis pilosis: pinn. lanceolato-ovatis subincisis acutis: extimis confluentibus.

marginale. 49. P. frond. bipinnatis: pinn. basi sinuato-repandis, fructificat. marginalibus.

bulbiferum. 50. P. frond. bipinnatis: foliol. remotis: pinn. oblongis obtusis serratis subtus bulbiferis.

fragile. 51. P. frond. bipinnatis: foliol. remotis: pinn. subrotundis incisis. *Oed. dan. 401.*

caffrorum. P. frond. bipinnatis; pinnis ovatis inciso-denticulatis subtus paleaceis margine reflexis, fructificat. marginalibus. *Mant. 307.*

fragrans.

Digitized by Google

fragrans. P. frond. bipinnatis: pinnis ovatis ſublobatis obtuſis ſubtus nudis margine reflexis, fructific. marginalibus. *Mant. 307.*

regium. 52. P. frond. bipinnatis: foliol. ſuboppoſitis: pinn. alternis laciniatis.

leptophyllum. 53. P. frond. bipinnatis: ſterilibus breviſſimis: pinnis cuneiformi-lobatis.

Baromez. 54. P. frond. bipinnatis: pinn. pinnatifidis lanceolatis ſerratis, radicibus lanatis.

* * * * * * *Spinis ſparſis aculeata aut arboreſcentia.*

arboreum. 55. P. frond. bipinnatis ſerratis, caudice arboreo inermi.

ſpinoſum. 56. P. frond. bipinnatis ſerratis, caudice arboreo aculeato.

horridum. 57. P. frond. ſupradecompoſitis, pinn. ſemiſagittatis: baſi connexis, apice ſerratis, caudice aculeato.

pyramidale. 58. P. frond. ſupradecompoſitis: pinn. terminalibus lanceolatis longiſſimis ſerratis, ſtipit. inferne aculeato.

aſperum. 59. P. frond. ſupradecompoſitis: pinn. obtuſis apice ſerratis: terminalibus acuminatis, caudic. arboreo aculeato.

muricatum. 60. P. frond. bipinnatis: pinn. ovatis denticulato-ſpinoſis.

villoſum. 61. P. frond. bipinnatis hirſutis: pinn. oblongis obtuſis: terminalibus acuminatis.

decuſſatum. 62. P. frond. bipinnatis: pinn. horizontalibus integerrimis obtuſis: terminalibus lanceolatis.

* * * * * * * *Fronde ſupradecompoſita.*

Dryopteres. 63. P. frond. ſupradecompoſitis: foliol. ternis bipinnatis.

ſpeluncae. 64. P. frond. ſupradecompoſitis piloſis: foliol. lanceolatis pinnatis: pinn. oppoſitis pinnatifidis.

Digitized by Google

1180. **ADIANTUM.** *Fructific.* in maculis terminalibus,
1556. sub replicato margine frondis.

* *Fronde simplici.*

reniforme. 1. A. frond. reniformibus simplicibus stipitatis multifloris.

philippense. 2. A. frond. reniformibus simplicibus alternis petiolatis lobatis multifloris.

* * *Fronde composita.*

radiatum. 3. A. frond. digitata: foliol. pinnatis: pinn. unifloris.

pedatum. 4. A. frond. pedatis: foliol. pinnatis: pinn. antice gibbis incisis fructificantibus.

lancea. 5. A. frond. pinnatis: pinnis oppositis oblongis: terminalibus triangulari-hastatis. †

trilobum. 6. A. frond. compositis: pinn. tripartitis obtusis incisis multifloris.

serrulatum. 7. A. frond. pinnatis; pinn. obtusis obovatis serratis unifloris.

caudatum. A. frond. pinnatis falcatis apice caudatis. *Mant.* *308.** Adiantum caule reflexo: pinnulis alternis striatis in summo crenatis et frugiferis. *Burm. zeyl. 8. t. 5. f. 1. apex frondis saepe radicans.*

* * * *Fronde decomposita.*

flabellulatum. 8. A. frond. decompositis: pinnis alternis rhombeis rotundatis multifloris, stipit. supra pubescentibus.

trifoliatum. 9. A. frond. decomposita: foliol. alternis ternatis linearibus unifloris.

chusanum. 10. A. frond. decompositis: pinn. alternis pinnatifidis: lobis inaequalibus.

Capillus veneris. 12. A. frond. decompositis: foliol. alternis: pinn. cuneiformibus lobatis pedicellatis.

villosum. 13. A. frond. bipinnatis, pinn. rhombeis antice extusque fructificantibus, stipit. villoso. *Mant.* 505.*

pulverulentum. 14. A. frond. bipinnatis: pinn. ovalibus antice truncatis unifloris, stipit. hirto.

cristatum. 11. A. frond. bipinnatis: foliol. infimis bipartitis: pinn. lunatis superne multifloris.

truncatum. A. frond. decompositis, foliolis pinnatis: pinnis alternis cuneatis subfalcatis truncatis integerrimis.

Digitized by Google

mis. † *Burm. ind.* 255. *t.* 66. *f.* 4. Pinnae alternae, sessiles oblique truncatae, angulo inferiore mucronato.

* * * * *Fronde supradecomposita.*

clavatum. 15. A. frond. supradecompositis: foliol. alternis: pinn. cuneiformibus integerrimis alternis unifloris.

aculeatum. 16. A. frond. supradecompositis: pinn. palmatis multifloris, stipit. aculeato.

trapeziforme. 17. A. frond. supradecompositis: foliol. alternis: pinn. rhombeis incisis utrinque fructificantibus.

hexagonum. 18. A. frond. supradecompositis: pinn. sexangularibus emarginatis integerrimis utrinque unifloris.

pteroides. 20. A. frond. supradecomposita: pinn. ovatis integris crenulatis, stipit. laevi. *Mant.* 130.

aethiopicum. 19. A. frond. supradecompositis; pinn. rotundatis integris crenulatis, petiolulis capillaribus. *Berg. cap.* 359.

1181. TRICHOMANES. *Fructific.* solitariae, stylo seta-
1560. ceo terminatae, margini ipsi frondis insertae.

* *Fronde simplici.*

membranaceum. 1. T. frond. simplicibus oblongis laceris.

crispum. 2. T. frond. pinnatifidis lanceolatis: pinn. parallelis subserratis.

polypodioides. 3. T. frond. lanceolatis pinnatifidis repandis, flor. solitariis terminalibus.

* * *Fronde composita.*

hirsutum. 4. T. frond. pinnatis: pinn. alternis pinnatifidis pilosis.

pyxidiferum. 5. T. frond. subbipinnatis: pinn. alternis confertis lobatis linearibus.

tunbrigense. 6. T. frond. pinnatis: pinn. oblongis dichotomis decurrentibus dentatis.

adiantoides. 7. T. frond. pinnatis: pinn. ensiformibus acuminatis inciso-serratis: serraturis bifidis.

* * * *Fronde supradecomposita.*

scandens. 8. T. frond. supradecompositis: foliol. alternis: pinn. alternis oblongis serratis.

Digitized by Google

chinense. 9. T. frond. supradecomposita: foliis pinnisque alternis lanceolatis: pinnis laciniis cuneiformibus.

canariense. 10. T. frond. supradecompositis tripartitis: foliol. alternis: pinnis alternis pinnatifidis. *β.* Polypodium lusitanicum. *Sp. pl.* 156.

capillaceum. 11. T. frond. supradecompositis: pinn. filiformibus linearibus unifloris.

1182. MARSILEA. Flores *Masculi* supra frondem. 1562.

Fructif. *Feminea* ad radicem, subrotunda, quadricapsularis.

natans. 1. M. fol. oppositis simplicibus. *Mant.* 506.

quadrifolia. 2. M. fol. quaternis integerrimis. *Capsulae edentulae.*

minuta. M. fol. quaternis denticulatis. *Mant.* 302. *Capsulae bidentatae.*

1183. PILULARIA. Flores *Masculi* ad latus frondis. 1563.

Fructif. *Feminea* ad radicem, globosa, quadrilocularis.

globulifera. 1. PILULARIA. *Oed. dan.* 223.

1184. ISOETES. Fl. *Masculi Anthera*, intra basin frondis. 1563.

Fl. Feminei *Capsula* bilocularis, intra basin frondis.

lacustris. ISOETES. *Oed. dan.* 191.

MUSCI.

1185. LYCOPODIUM. *Anthera* bivalvis, sessilis. *Calyptra* nulla. 1569.

linifolium. 1. L. fol. alternis remotis lanceolatis, flor. axillaribus.

nudum. 2. L. fol. subnullis, spicis dichotomis; flor. distantibus. *Mant.* 506. *

Phleg-

Digitized by Google

Phlegmaria.	3. L. fol. verticillato-quaternis, ſpicis terminalibus dichotomis.
clavatum.	4. L. fol. ſparſis filamentoſis, ſpic. teretibus pedunculatis geminis. *Oed. dan. 126.*
rupeſtre.	5. L. fol. ſparſis filamentoſis, ſpic. terminalibus tetragonis.
Selaginoides.	6. L. fol. ſparſis ciliatis lanceolatis, ſpic. ſolitariis terminalibus folioſis. *Oed. dan. 70.*
alopecuroides.	7. L. fol. ſparſis ciliatis linearibus, ſpic. terminalibus folioſis.
inundatum.	8. L. fol. ſparſis integerrimis, ſpic. terminalibus folioſis. *Oed. dan. 336.*
Selago.	9. L. fol. ſparſis octofariis, caule dichotomo erecto faſtigiato, flor. ſparſis. *Oed. dan. 104.*
obſcurum.	10. L. fol. ſparſis decurrentibus, ſarmentis repentibus, ſurculis erectis dichotomis.
annotinum.	11. L. fol. ſparſis quinquefariis ſubſerratis, caule annotino-articulatis, ſpic. terminalibus glabris erectis. *Oed. dan. t. 127.*
cernuum.	12. L. fol. ſparſis curvatis, caul. ramoſiſſimo, ſpic. nutantibus.
Bryopteris.	13. L. fol. ſparſis imbricatis: ramulis convolutis.
ſanguinolentum.	14. L. fol. quadrifariis imbricatis, caul. repentibus dichotomis, ſpic. ſeſſilibus tetragonis.
alpinum.	15. L. fol. quadrifariam imbricatis acutis, caul. erectis bifidis, ſpic. ſeſſilibus teretibus. *Oed. dan. 79.*
complanatum.	16. L. fol. bifariis connatis: ſuperficialibus ſolitariis, ſpic. geminis pedunculatis. *Oed. dan. 78.*
carolinianum.	17. L. fol. bifariis patulis: ſuperficialibus ſolitariis, ſcapis longiſſimis monoſtachyis.
helveticum.	18. L. fol. bifariis patulis: ſuperficialibus diſtichis, ſpicis geminis pedunculatis.
denticulatum.	24. L. fol. bifariis: ſuperficialibus imbricatis, ſurcul. repentibus, flor. ſparſis. *Varietatem L. helvetici ſuſpicatur Haller.*
apodum.	19. L. fol. bifariis alternis minoribus, caul. repente, ſpic. ſeſſilibus.
flabellatum.	20. L. fol. bifariis: ſuperficialibus diſtichis, caul. erecto tereti.
canaliculatum.	21. L. fol. bifariis: ſuperficialibus diſtichis, caul. erecto canaliculato.

Digitized by Google

plumofum. 22. L. fol. bifariis patentibus: fuperficialibus femiovatis ciliatis, furc. erectiufculis, fpic. terminalibus tetragonis feffilibus.
ornithopodioides. 23. L. fol. bifariis patentibus: fuperficialibus diftichis, furc. repentibus, fpic. feffilibus.
circinale. 25. L. foliis bifariis: fuperficialibus geminis, ramulis conuolutis. Lycopodium fquamofum hifpidum extremitatibus conuolutis. *Dill. mufc.* 473. *t.* 66. *f.* 11. Mufcus filicinus elegans. *Pluk. alm.* 247. *t.* 100. *f.* 3. *Morif. hift.* 3. *p.* 628. *f.* 15. *t.* 7. *f.* 51. *Rami ramulis pinnati et circinales, vt in Filicibus nuper erumpentibus. Fructificatio nec mihi vifa.*

1186. PORELLA. *Anthera* multilocularis, foraminofa, 1569. non operculata. *Calyptra* nulla.

pinnata. 1. PORELLA. †

1187. SPHAGNUM. *Anthera* operculata: ore laevi. 1569. *Calyptra* nulla.

paluftre. 1. S. ramis deflexis. *Oed. dan.* 474. *Antherae diffiliunt cum fono et crepitu.*
alpinum. 2. S. fubramofum erectum. *An Bryi fpecies?*
arboreum. 3. S. ramofum repens, antheris fecundis lateralibus.

1189. PHASCUM. *Anthera* operculata: ore ciliata. 1570. *Calyptra* minuta.

pedunculatum. P. acaule, anthera pedunculata. *Hudf. ang.* 391. Bryum ampullaceum, foliis ferpylli pellucidis, collo craffiore. *Dill. mufc.* 344. *t.* 44. *f.* 4.
acaulon. 1. P. acaule, anthera feffili, fol. ovatis acutis. *Oed. dan.* 249. *f.* 3.
fubulatum. 2. P. acaule, anthera feffili, fol. fubulato-fetaceis patulis. *Oed. dan.* 249. *f.* 1, 2.
caulefcens. 3. P. caulefcens erectum, fol. lanceolatis alternis.
repens. 4. P. caulefcens repens, antheris lateralibus feffilibus.

1190.

PHASCUM acaulon, *obfervante D. Schmiedelio*, et fubulatum, *obfervante D. Schrebero gerunt Calyptram, adeoque poffent commode Bryis affociari.*

Digitized by Google

1190. FONTINALIS. *Anthera* operculata. *Calyptra* ses-
1571. silis, perichaetio inclusa.

antipyretica. 1. F. fol. complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus.
minor. 2. G. fol. ovatis concavis trifariis acutis passim geminis, antheris terminalibus.
squamosa. 3. F. fol. imbricatis subulato-lanceolatis, antheris lateralibus.
pennata. 4. F. fol. bifariis patentibus, antheris lateralibus.

1188. BUXBAUMIA. *Anthera* operculata, hinc mem-
1570. branacea. *Calyptra* caduca (*Schmiedel*); intra operculum sacculus pollinis.

aphylla. BUXBAUMIA. *Oed. dan.* 44.

1191. SPLACHNUM. *Anthera* insidens Apophysi ma-
1572. ximae coloratae. *Calyptra* caduca,
Stella feminea in distincto individuo.

rubrum. 1. S. umbraculo orbiculari hemisphaerico.
luteum. 2. S. umbraculo orbiculari plano.
ampullaceum. 3. S. umbraculo ampullaceo obovato. *Oed. dan* 192.
vasculosum. 4. S. umbraculo ampullaceo subgloboso.

1192. POLYTRICHUM. *Anthera* operculata, apophysi
1573. minimae insidens. *Calyptra* villosa.
Stella feminea in distincto individuo.

commune. 1. P. caule simplici, anthera parallelipippeda.
alpinum. 2. P. caule ramosissimo, pedunculis terminalibus. *Oed. dan.* 296.
urnigerum. 3. P. caule ramosissimo: pedunculis axillaribus.

1593.

Digitized by Google

1593. MNIUM. *Anthera* operculata. *Calyptra* laevis.
1574. *Fem.* capitulum nudum, pulverulentum, remotum.

pellucidum. 1. M. caule ſimplici, fol. ovatis.

androgynum. 4. M. caule ramoſo, androgynum. *Oed. dan. t. 299.*

ramoſum. M. caule ramoſo erecto, pedunc. femineis axillaribus. *Hudſ. angl. 403.* Mnium majus, minus ramoſum, capitulis pulverulentis crebrioribus. *Dill. muſc. 235. t. 31. f. 4.*

fontanum. 2. M. caule ſimplici geniculis inflexo. *Oed. dan. 298.*

paluſtre. 3. M. caule dichotomo, fol. ſubulatis.

hygrometricum. 5. M. acaule, anthera nutante, calypt. reflexa tetragona.

purpureum. 6. M. caul. dichotomo: axillis pedunculiferis, anth. erecta, fol. carinatis.

ſetaceum. 7. M. anth. erectis, opercul. filiformibus longitudine antherarum.

cirratum. 8. M. fol. arefactione revolutis.

annotinum. 9. M. fol. ovatis acuminatis pellucidis, pedunc. ſubradicalibus anther. nutantibus.

hornum. 10. M. anth. pendulis, pedunc. curvato, ſurculo ſimplici, foliolis margine ſcabris.

capillare. 19. M. anth. pendulis, fol. ovatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis. *Bryum capillare. Sp. pl. 1586.*

crudum. 11. M. anth. pendulis, calyptr. recurvata, fol. pellucidis.

pyriforme. 12. M. anth. pendulis turbinatis, ſtipite filiformi, flor. femineis ſetiferis.

Polytrichoides. 13. M. calyptra villoſa.

ſerpyllifolium. 14. M. pedunc. aggregatis, fol. patentibus pellucidis.

punctatum. α. M. pedunc. aggregatis, fol. obovatis integerrimis obtuſis punctatis.

cuſpidatum. β M. pedunc. aggregatis, fol. alternis acutis ſerratis.

proliferum. γ. M. pedunc. aggregatis, fol. roſaceo-congeſtis lanceolatis acutis.

undulatum. δ. M. pedunc. aggregatis, fol. oblongis undulatis.

triquetrum. 15. M. fol. trifariis patulis ſubulato-lanceolatis carinatis. β. Bryum lanceolatum bimum, ſetis et capſulis oblongis pendulis. *Dill. muſc. 405.*

Digitized by Google

405. *t. 15. f. 73.* γ. Bryum paluſtre complicatum rubens, capſulis turbinatis pendulis. *Dill. muſc.* 406. *t. 51. f. 74. Hudſ.*

trichomanis. 16. M. fol. diſtichis integerrimis.

fiſſum. 17. M. fol. diſtichis bifidis. Jungermannia foliis bidentatis apice frugiferis. *Hall. flor. 1864.*

Jungermannia. 18. M. fol. diſtichis, pinnis ſubtus auriculatis.

1594. BRYUM. *Anthera* operculata. *Calyptra* laevis.
1579. *Filamentum* e tuberculo terminali ortum.

* *Antheris ſeſſilibus.*

apocarpum. 1. B. anth. ſeſſilibus terminalibus, calyptr. minima. *Vaill. t. 27. f. 15. Oed. dan. 480.*

ſtriatum. 2. B. anth. ſeſſilibus ſparſis, calyptr. ſtriatis ſurſumve piloſis.

* * *Antheris pedunculatis erectis.*

pomiforme. 3. B. anth. erectis ſphaericis.

pyriforme. 4. B. anth. erectis obovatis. calyptr. ſubulata, ſurc. acaulibus, fol. ovatis muticis.

extinctorium. 5. B. anth. erecta oblonga minori, calyptris laxis aequalibus.

ſubulatum. 6. B. anth. erectis ſubulatis; ſurc. acaulibus.

rurale. 7. B. anth. erectiuſculis, fol. piliferis recurvis.

murale. 8. B. anth. erectis, fol. piliferis rectiuſculis, ſurc. ſimplicibus caeſpitoſis.

ſcoparium. 9. B. anth. erectiuſculis, pedunc. aggregatis, fol. ſecundis recurvatis, caule declinato.

undulatum. 10. B. anth. erectiuſculis, pedunc. ſubſolitariis, fol. lanceolatis carinatis undulatis patentibus ſerratis. *Oed. dan. 477.*

glaucum. 11. B. anth. erectiuſculis: operculo arcuato, fol. erectis imbricatis, ſurc. ramoſis.

albidum. 12. B. anth. erectis: fol. lingulatis obtuſiuſculis patulis.

pellucidum. 13. B. anth. erectiuſculis, fol. recurvis acutis, caul. hirſuto.

imberbe.

Digitized by Google

imberbe. B. anth. erectis ore dilatatis, fol. carinatis. *Hudſ. angl.* 309. Bryum tenue imberbe pallidum, fol. crebrioribus. *Dill. muſc.* 382. *t.* 48. *f.* 46.

unguiculatum. B. anth. erectis oblongis, pedunc. axillaribus, ſurculis in ſummitate craſſioribus. *Dill. muſc.* 383. *t.* 48. *f.* 47. Muſcus capillaris, capitulis erectis lageniformibus. *Buxb. cent.* 2. *p.* 9. *t.* 2. *f.* 9.

aciculare. 14. B. anth. erectis: operculo aciformi, fol. erectis ſubſecundis.

flexuoſum. 15. B. anth. erectis, fol. ſetaceis, pedunc. flexuoſis.

heteromallum. 16. B. anth. erectis, fol. ſetaceis ſecundis. *Oed. dan.* 479.

tortuoſum. 15. B. anth. erectis, fol. ſetaceis imberbibus: arefactione retortis.

truncatulum. 18. B. anth. erectis ſubrotundis: operc. mucronato.

viridulum. 19. B. anth. erectis ovatis, fol. lanceolatis acuminatis imbricato-patulis.

paluſtre. B. anth. erectis ſubrotundis axillaribus, fol. ſubulatis diſtantibus. *Hudſ. angl.* 411. Bryum paluſtre aeſtivum, confervae facie. *Dill. muſc.* 375. *t.* 47. *f.* 36.

paludoſum. 20. B. acaulon, fol. ſetaceis, anth. obtuſiſſimis patulis.

hypnoides. 21. B. anth. erectis, ſurc. rectiuſculo, ramis lateralibus brevibus fertilibus. *Oed. dan.* 476.

verticillatum. 22. B. anth. erectis, pedunc. arefactione confertis, fol. piliferis, ſurc. faſtigiatis.

aeſtivum. 23. B. anth. erectis ſubrotundis axillaribus, fol. ſubulatis diſtantibus.

Celſii. 24. B. anth. erectiuſculis, pedunc. longiſſimis, fol. ſetaceis, ſurc. acaulibus.

trichodes. 25. B. anth. erectiuſculis: ore ciliato abſque annulo, pedunc. longiſſimo.

ſquarroſum. 26. B. anth. obliquis, fol. quinquefariis imbricatis recurvis; caul. ferrugineo-tomentoſo. *Buxbaum bene.*

*** *Antheris nutantibus.*

argenteum. 27. B. anth. pendulis, ſurc. cylindricis imbricatis laevibus.

pulvinatum. 28. B. anth. ſubrotundis, pedunc. reflexis, fol. piliferis.

caeſpiticium.

Digitized by Google

caespiticium. 29. B. anth. pendulis, fol. lanceolatis acuminato-setaceis, pedunc. longissimis.

carneum. 30. B. anth. pendulis subglobosis, fol. acutis alternis.

simplex. 31. B. anth. nutante oblonga, fol. subulatis, surc. simplicissimo: medio pedunculifero. *Huds. angl. 309. sub rubro.*

alpinum. B. anth. pendula oblonga, fol. ovatis acuminatis carinatis, surcul. ramosis, axillis pedunculiferis. *Huds. angl. 414.* Bryum hypnoides pendulum sericeum, coma insigni atrorubente. *Dill. musc. 394. t. 50. f. 64.*

1595. HYPNUM. *Anthera* operculata. *Calyptra* laevis.
1587. *Filamentum* laterale ortum e perichaetio.

* *Frondibus pinnatis.*

spiniforme. 1. H. fronde simplicissima: foliolis patentibus subulatis, pedunc. radicalibus.

taxifolium. 2. H. frond. simplicissima pinnata, lanceolata basi pedunculifera. *Oed. dan. 473. f. 2.*

denticulatum. 3. H. frond. pinnata simplici: pinnis duplicatis basi pedunculifera.

bryoides. 4. H. frond. simplicissima pinnata lanceolata apice pedunculifera. *Oed. dan. 473. f. 1.*

acacioides. 5. H. frond. pinnata ramosa apice pedunculifera.

adiantoides. 6. H. frond. pinnata ramosa erecta medio pedunculifera.

complanatum. 7. H. frond. pinnata ramosa: foliolis imbricatis acutis complicatis compressis.

ornithopodioides. 8. H. frond. pinnata ramosa, fol. patentissimis ovatis carinatis mucronatis.

sylvaticum. H. frond. pinnata ramosa procumbens, foliolis acutis, medio pedunculifera. *Huds. angl.* Hypnum denticulatum pinnatum, pinnulis simplicibus rectioribus. *Dill. musc. 267. t. 34. f. 6.*

* * *Surculis vagis.*

lucens. 9. H. surc. ramosis, frond. subpinnatis: foliolis punctatis.

rugosum. 43. H. surc. vagis erectiusculis: fol. secundis recurvatis basi rugosis. *Mant. 131.*

undulatum. 10. H. surc. ramosis, frond. subpinnatis: fol. undulatis complicatis. (*Excluso Halleri synonymo*)

crispum.

Digitized by Google

crispum. 11. H. surc. ramosis, frond. subpinnatis: fol. undulatis planis.

triquetrum. 12. H. ramis vagis recurvis, fol. ovatis recurvatis patulis.

rutabulum. 13. H. ram. vagis subrepentibus, fol. ovatis mucronatis imbricatis.

* * * *Surculis pennatis.*

filicinum. 14. H. surc. pennatis: ramulis distantibus, fol. imbricatis incurvis acutis secundis.

proliferum. 15. H. surc. proliferis plano-pinnatis, pedunc. aggregatis. (Minoribus non splendentibus, lege, majoribus splendentibus).

delicatulum. 16. H. surc. subproliferis plano-pinnatis cuspidatis, pedunc. aggregatis.

parietinum. 17. H. surc. plano-pinnatis continuatis, pedunc. aggregatis. (*et 4. t.* lege: *et 4. Vaill. parif. t. 28. f. 1. etc.*)

praelongum. 18. H. surc. subpinnatis decumbentibus: ramul. remotis, fol. ovatis, antheris cernuis.

Crista castrensis. 19. H. surc. pinnatis: ramul. approximatis: apicibus recurvis.

abietinum. 20. H. surc. pinnatis teretiusculis remotis inaequalibus.

plumosum. 21. H. surc. pinnatis repentibus, ramis confertis, fol. imbricatis subulatis, antheris erectis.

* * * * *Foliis reflexis.*

cupressiforme. 22. H. surc. subpinnatis, fol. secundis recurvis apice subulatis.

aduncum. 23. H. surc. erectiusculo-subramosis, fol. secundis recurvis subulatis, ram. recurvatis.

compressum. H. surc. pinnatis compressis, fol. acuminatis recurvis, anth. erectiusculis ovatis. *Hudf. angl.* 423. Hypnum filicinum sericeum molle et pellucidum, mucronibus aduncis. *Dill. musc.* 286. *t. 36. f. 22.*

scorpioides. 24. H. ram. vagis procumbentibus recurvis, fol. secundis acuminatis.

viticulosum. 25. H. surc. repentibus, ram. vagis teretibus, fol. patulis acuminatis.

squarrosum. 26. H. ram. vagis, fol. lanceolatis complicato-carinatis quinquefariam recurvatis.

palustre.

Digitized by Google

palustre. 27. H. surc. repentibus, ramis confertis erectis, fol. ovatis secundis, anth. erectiusculis.
loreum. 28. H. surc. reptantibus, ram. vagis erectis, fol. secundis, antheris subrotundis.

* * * * * *Surculis dendroidibus s. fasciculatis.*

dendroides. 29. H. surc. erecto, ram. fasciculatis terminalibus simpliciusculis, anth. erectis.
alopecurum. 30. H. surc. erecto, ram. fasciculatis terminalibus subdivisis, anth. subnutantibus.

* * * * * * *Surculis teretiusculis.*

curtipendulum. 31. H. surc. vagis teretibus, fol. ovatis acutis patulis, anth. pendulis.
purum. 32. H. surc. pinnato-sparsis subulatis, fol. ovatis obtusis conniventibus.
filifolium. H. surculis vagis ramosissimis: ramis filiformibus, anth. obliquis. *Hudf. angl.* 421. Hypnum sericeum ramosius et tenuius, caps. acuminatis. *Dill. musc.* 327. *t.* 42. *f.* 62.
illecebrum. 33. H. surc. ramisque vagis teretibus erectiusculis obtusis.
riparium. 34. H. surc. teretibus ramosis, fol. acutis patulis distantibus.
cuspidatum. 35. H. surc. vagis: apice foliis convolutis acuminato.

* * * * * * * *Surculis confertis.*

sericeum. 36. H. surc. repente, ram. confertis erectis, fol. subulatis, anth. erectis.
velutinum. 37. H. surc. repente, ram. confertis erectis, fol. subulatis, anth. subnutantibus. *Oed. dan.* 475.
serpens. 38. H. surc. repentibus, ram. filiformibus, fol. obliteratis.
sciuroides. 39. H. surc. erectis ramosis incurvatis.
gracile. H. surc. repentibus, ramis fasciculatis teretibus erectiusculis, anth. erectis ovatis. *Hudf. angl.* 430. Hypnum gracile ornithopoides. *Dill. musc.* 328. *t.* 41. *f.* 55.
myosuroides. 40. H. surc. ramosissimis: ram. subulatis utrinque attenuatis teretibus.
clavellatum. 41. H. repens, ram. erectis confertissimis, anth. incurvis: opercul. inflexis. *Dill. t.* 85.
julaceum. 42. H. ram. erectis teretibus imbricatis obtusis, perichaetiis longitudine fere pedunculorum.

Digitized by Google

crispum. 11. H. surc. ramosis, frond. subpinnatis: fol. undulatis planis.
triquetrum. 12. H. ramis vagis recurvis, fol. ovatis recurvatis patulis.
rutabulum. 13. H. ram. vagis subrepentibus, fol. ovatis mucronatis imbricatis.

*** *Surculis pennatis.*

filicinum. 14. H. surc. pennatis: ramulis distantibus, fol. imbricatis incurvis acutis secundis.
proliferum. 15. H. surc. proliferis plano-pinnatis, pedunc. aggregatis. (Minoribus non splendentibus, lege, majoribus splendentibus).
delicatulum. 16. H. surc. subproliferis plano-pinnatis cuspidatis, pedunc. aggregatis.
parietinum. 17. H. surc. plano-pinnatis continuatis, pedunc. aggregatis. (*et 4. t.* lege: *et 4. Vaill. paris. t. 28. f. 1. etc.*)
praelongum. 18. H. surc. subpinnatis decumbentibus: ramul. remotis, fol. ovatis, antheris cernuis.
Crista castrensis. 19. H. surc. pinnatis: ramul. approximatis: apicibus recurvis.
abietinum. 20. H. surc. pinnatis teretiusculis remotis inaequalibus.
plumosum. 21. H. surc. pinnatis repentibus, ramis confertis, fol. imbricatis subulatis, antheris erectis.

**** *Foliis reflexis.*

cupressiforme. 22. H. surc. subpinnatis, fol. secundis recurvis apice subulatis.
aduncum. 23. H. surc. erectiusculo-subramosis, fol. secundis recurvis subulatis, ram. recurvatis.
compressum. H. surc. pinnatis compressis, fol. acuminatis recurvis, anth. erectiusculis ovatis. *Hudſ. angl.* 423. Hypnum filicinum sericeum molle et pellucidum, mucronibus aduncis. *Dill. musc. 286. t. 36. f. 22.*
scorpioides. 24. H. ram. vagis procumbentibus recurvis, fol. secundis acuminatis.
viticulosum. 25. H. surc. repentibus, ram. vagis teretibus, fol. patulis acuminatis.
squarrosum. 26. H. ram. vagis, fol. lanceolatis complicato-carinatis quinquefariam recurvatis.

palustre.

Digitized by Google

palustre. 27. H. surc. repentibus, ramis confertis erectis, fol. ovatis secundis, anth. erectiusculis.
loreum. 28. H. surc. reptantibus, ram. vagis erectis, fol. secundis, antheris subrotundis.

* * * * * *Surculis dendroidibus s. fasciculatis.*

dendroides. 29. H. surc. erecto, ram. fasciculatis terminalibus simpliciusculis, anth. erectis.
alopecurum. 30. H. surc. erecto, ram. fasciculatis terminalibus subdivisis, anth. subnutantibus.

* * * * * * *Surculis teretiusculis.*

curtipendulum. 31. H. surc. vagis teretibus, fol. ovatis acutis patulis, anth. pendulis.
purum. 32. H. surc. pinnato-sparsis subulatis, fol. ovatis obtusis conniventibus.
filifolium. H. surculis vagis ramosissimis: ramis filiformibus, anth. obliquis. *Hudf. angl.* 421. Hypnum sericeum ramosius et tenuius, caps. acuminatis. *Dill. musc.* 327. *t.* 42. *f.* 62.
illecebrum. 33. H. surc. ramisque vagis teretibus erectiusculis obtusis.
riparium. 34. H. surc. teretibus ramosis, fol. acutis patulis distantibus.
cuspidatum. 35. H. surc. vagis: apice foliis convolutis acuminato.

* * * * * * * *Surculis confertis.*

sericeum. 36. H. surc. repente, ram. confertis erectis, fol. subulatis, anth. erectis.
velutinum. 37. H. surc. repente, ram. confertis erectis, fol. subulatis, anth. subnutantibus. *Oed. dan.* 475.
serpens. 38. H. surc. repentibus, ram. filiformibus, fol. obliteratis.
sciuroides. 39. H. surc. erectis ramosis incurvatis.
gracile. H. surc. repentibus, ramis fasciculatis teretibus erectiusculis, anth. erectis ovatis. *Hudf. angl.* 430. Hypnum gracile ornithopoides. *Dill. musc.* 328. *t.* 41. *f.* 55.
myosuroides. 40. H. surc. ramosissimis: ram. subulatis utrinque attenuatis teretibus.
clavellatum. 41. H. repens, ram. erectis confertissimis, anth. incurvis: opercul. inflexis. *Dill. t.* 85.
julaceum. 42. H. ram. erectis teretibus imbricatis obtusis, perichaetiis longitudine fere pedunculorum.

Digitized by Google

A L G A E.

1196. JUNGERMANNIA. MASC. pedunculatus, nudus. 1597. *Anthera* 4-valvis.
FEM. sessilis, nudus, seminibus subrotundis.

* *Frondibus pinnatis secundis.*

asplenioides. 1. J. frond. simpliciter pinnatis: fol. pinnatis ovatis subciliatis.

viticulosum. 2. J. frond. simpliciter pinnatis: fol. planis nudis linearibus. *Ger. prov.* 40.

polyanthos. 3. J. frond. simpliciter pinnatis: fol. integerrimis imbricatis convexis.

lanceolata. 4. J. frond. simpliciter pinnatis lanceolatis apice floriferis, fol. integerrimis.

bidentata. 5. J. frond. simpliciter pinnatis apice floriferis, fol. bidentatis.

bicuspidata. 6. J. frond. simplicitar pinnatis medio floriferis, fol. bidentatis.

quinquedentata. 7. J. frond. pinnatis ramosis apice floriferis, foliol. quinquedentatis.

** *Frondibus pinnatis: pinnulis articulatis superne tectis.*

undulata. 8. J. frond. supra bipinnatis apice floriferis; fol. subrotundis integerrimis undulatis. *Specimen meum convenit cum figura Vaillantiana, minus cum Dilleniana.* Folia *disticha posita, integerrima, patentia, approximata, minime imbricata, sed utrinque duplici ordine posita, alterna, magnitudine aequalia, ut inferiora non minora sint superioribus, nec inferiora cum superioribus basi coadunata, sed alterna et distincta; omnia laeviter undulata.*

nemorea. 9. J. frond. supra bipinnatis apice floriferis, fol. ciliatis.

resupinata. 10. J. frond. supra bipinnatis inferne floriferis; fol. crenulatis imbricatis rotundis.

albicans. 11. J. frond. supra bipinnatis apice floriferis; fol. linearibus recurvatis.

trilobata. 12. J. frond. subtus bipinnatis, fol. quadratis obsolete trilobis.

reptans. 13. J. frond. subtus bipinnatis apice reptantibus, fol. quadridentatis. *reptans.*

Digitized by Google

multiflora. J. frond. repente ramosa foliolis alternis geminis setaceis aequalibus. *Mant.* 310. * Jungermannia fronde simpliciter pinnata basi florifera, foliolis acutis. *Huds. angl.* 431. Lichenastrum multiflorum exile, foliolis exilissimis. *Dill. musc.* 481. t. 69. f. 4.

* * * *Frondibus imbricatis.*

complanata. 14. J. surc. repentibus: fol. inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ram. aequalibus.

dilatata. 15. J. surc. repentibus, fol. inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ram. apice latioribus.

tamarisci. 16. J. fol. imbricatis serie duplici: superioribus subrotundis convexis obtusis quadruplo majoribus.

platyphylla. 17. J. surc. procumbentibus subtus imbricatis, fol. cordatis acutis.

ciliaris. 18. J. surc. repentibus, fol. duplicato-imbricatis: inferne auriculatis ciliatis.

varia. 19. J. surc. erectiusculis bifariam imbricatis, fol. bipartitis.

* * * * *Surculis undique imbricatis: foliolis sparsis.*

julacea. 20. J. surc. teretibus, fol. undique imbricatis, flor. pedunculatis.

rupestris. 21. J. surc. teretibus, fol. subulatis secundis.

trichophyll. 22. J. surc. teretibus, fol. capillaceis aequalibus.

alpina. 23. J. surc. teretibus, fol. ovatis patentibus, calyc. imbricatis.

* * * * * *Acaules frondibus simplicibus.*

epiphylla. 24. J. acaulis, foliolo frondi innato. *Oed. dan.* 359.

pinguis. 25. J. acaulis, frond. oblonga sinuata pingui.

multifida. 26. J. acaulis, frond. bipinnatifida.

furcata. 27. J. acaulis, frond. lineari ramosa: extremitatibus furcatis obtusiusculis.

pusilla. 28. J. acaulis, frond. subpinnatifida: lobis imbricatis, perichaetio plicato.

1197. TARGIONIA. *Calyx* bivalvis, iucludens globum.
1603.

hypophylla. 1. Targionia.

1198. MARCHANTIA. Masc. *Calyx* peltatus, subtus tectus Corollis 1-petalis. *Antherae* multifidae.
1603.

Fem. *Calyx* sessilis, campanulatus, polyspermus.

polymorpha. 1. M. cal. communi decemfido. *Ex Antheris florisferis exit Lana lutea, quae ſponte movetur in Anthera, dum Pollen atomi inſtar exſtillat. DD. Sahlberg.*

chenopoda. 2. M. cal. communi dimidiato palmato quadrifido.

cruciata. 3. M. cal. communi quadripartito: laciniis tubuloſis.

tenella. 4. M. cal. communi hemiſphaerico apiculato: margine lamellis radiato.

hemiſphaerica. 5. M. cal. communi quinquefido hemiſphaerico, perichaetio nullo. *Capitulum hemiſphaericum ſubtus globulis 5 diſſilientibus pollenque effundentibus.*

conica. 6. M. cal. commun. quinqueloculari ſubovato. *Oed. dan. 274. Feminei flores in fronde, tamquam verrucae.*

androgyna. 7. M. cal. communi integro hemiſphaerico.

1199. BLASIA. 1605. MASC? *Cal.* cylindricus granis repletus.

FEM? *Cal.* nudus. Fructu ſubrotundo, foliis immerſo, polyſpermo.

puſilla. 1. BLASIA. *Oed. dan.* 45.

1200. RICCIA. 1605. *Cal.* o. niſi cavitatem veſicularem intra folii ſubſtantiam. *Cor.* o. *Anthera* cylindrica, ſeſſili, germini impoſita. *Piſt. Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis, antheram perforans. *Peric.* ſphaericum, coronatum anthera emarcida. *Sem.* haemiſphaerica, pedicellata. *Obſervante J. C. D. Schrebero.*

cryſtallina. 1. R. frond. ſuperficie papilloſis.

minima. 2. R. frond. glabris bipartitis acutis.

glauca. 3. R. frond. glabris canaliculatis bilobis obtuſis.

fluitans. 4. R. frond. dichotomis lineari-filiformibus.

natans. 5. R. frond. obcordatis ciliatis. Lichen parvus vernus cordiformis ima parte fimbriatus, lentis paluſtris mode aquis innatans. *Dill. muſc.* 536. *t.* 78. *f.* 18. *Raj. angl.* 116. Lens paluſtris, roris ſolis foliis cordatis. *Pet. muſ.* 652. *Habitat in ſtagnis* Angliae, Germaniae. *D. Schmiedel.*

Digitized by Google

1201. **ANTHOCEROS.** Masc. *Cal.* feffilis, cylindricus, integer. *Anthera* fubulata, longiffima, 2-valvis.
1606. Fem. *Cal.* 6-partitus. *Sem.* 3.

punctatus. 1. A. frond. indivifis finuatis punctatis. *Oed. dan.* 396.
laevis. 2. A. frond. indivifis finuatis laevibus.
multifidus. 3. A. frond. bipinnatifidis linearibus.

1202. **LICHEN.** Masc. *Receptaculum* fubrotundum, planiufculum, nitidum.
1696. Fem. *Farina* foliis adfperfa.

A. * *Leprofi tuberculati.*

fcriptus. 1. L. leprofus albicans, lineolis nigris ramofis characteriformibus.
geographicus. 2. L. leprofus flavefcens, lineolis nigris mappam referens.
atrovirens. 7. L. leprofus viridis margine tuberculisque atris.
byffoides. 90. L. leprofo-farinaceus, peltis ftipitatis fubglobofis. *Mant.* 133.
lacteus. 86. L. leprofus albus, tuberculis concoloribus hemifphaericis. *Mant.* 132.
rupicola. 85. L. leprofus albidus, tuberculis pallidis albo-marginatis. *Mant.* 132.
pertufus. 82. L. leprofus: verrucis fubteffellatis lævigatis pertufis poro uno alterove cylindrico. *Mant.* 131.
rugofus. 3. L. leprofus albicans, lineolis fimplicibus punctisque nigris confertis.
fanguinarius 4. L. leprofus cinereo-virefcens, tuberculis atris. *Mant.* 507. *Tubercula fubglobofa, magna, non nitida.*
fufco-ater. 5. L. leprofus fufcus, tuberculis atris.
vernalis. L. leprofus albidus, tuberculis fubrotundis ferrugineis *Syft. nat. 3. p. 234.* *
calcarius. 6. L. leprofus candidus, tuberculis atris.
cinereus. 87. L. leprofus tuberculis nigris albo marginatis. *Mant.* 132.
atroalbus. 8. L. leprofus niger, tuberculis atro alboque mixtis. *Difficile dicere, quinam color conftituat cruftam.*
ventofus. 9. L. leprofus flavus, tuberculis rubris. *Oed. dan.* 472. *f.* 1.
fagineus. 10. L. leprofus albus, tuberculis albis farinaceis.
carpineus. 11. L. leprofus cinereus, tuberculis albidis rugofis.
corallinus. 83. L. leprofus ramofus teres fafciculatus faftigiatus confertiffimus albus. *Mant.* 131.

Digitized by Google

ericetorum. 12. L. leproſus candidus, tuberculis incarnatis. *Hujus duplicem varietatem reperit D. Zoega:* Dilleniana *ſub juniperis, Pelta ſtipitata, inſtar minuti Agarici, pileo convexo;* Noſtra in *Sphagno Pelta ſeſſili, plana.*

B. * *Leproſi ſcutellati.*

candelarius. 13. L. cruſtaceus flavus, ſcutellis luteis. Lichen cruſtoſum orbiculis et ſcutellis flavis. *Dill. muſc.* 136. *t.* 18. *f.* 18.

gelidus. 91. L. cruſtaceus albicans, peltis tuberculoſis rugoſis teſtaceis. *Mant.* 133.

tartareus. 14. L. cruſtaceus exalbido-vireſcens, ſcutellis flaveſcentibus: margine albo.

palleſcens. 15. L. cruſtaceus albicans, ſcutellis pallidis.

ſubfuſcus. 16. L. cruſtaceus albicans, ſcutellis nigris: junioribus urceolatis cavis.

Parellus. 89. L. cruſtaceus albus, peltis concavis obtuſis pallidis. *Mant.* 132.

upſalienſis. 17. L. cruſtaceus, foliolis ſubulatis ſtriatis.

C. * *Imbricati.*

centrifugus. 18. L. imbricatus, foliolis obſolete multifidis laevibus albidis centrifugis, ſcutellis rufo-fuſcis.

ſaxatilis. 19. L. imbricatus, foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis badiis.

omphalodes. 20. L. imbricatus, foliolis multifidis glabris obtuſis incanis, punctis vagis eminentibus.

olivaceus. 21. L. imbricatus, foliolis lobatis nitidis lividis. *Peltae orbiculatae, elevatae, membranaceae, undique liberae.*

fahlunenſis. 22. L. imbricatus: foliolis linearibus dichotomis planiuſculis acutis nigris, ſcutellis atris.

ſtygius. 23. L. imbricatus, foliolis palmatis recurvis atris. *Scutella orbiculata, nigra, concava, margine obtuſo crenulato.*

criſpus. L. imbricatus, foliis lobatis truncatis crenatis atroviridibus, ſcutellis concoloribus. *Hudſ. angl.* 447. *n.* 26. Lichenoides gelatinoſum atrovirens criſpum et rugoſum. *Dill. muſc.* 139. *t.* 19. *f.* 23.

criſtatus. 24. L. imbricatus dentato-ciliatus, ſcutellis folio majoribus.

parietinus.

Digitized by Google

parietinus. 25. L. imbricatus, foliolis crispis fulvis, peltis concoloribus fulvis.
physodes. 26. L. imbricatus: laciniis obtusis subinflatis.
stellaris. 27. L. imbricatus: foliolis oblongis laciniatis angustis cinereis, scutellis pullis.

D. * *Foliacei.*

chrysophthalmus. L. foliaceus subimbricatus linearis lacerus ciliatus, peltis elevatis radiatis fulvis. *Mant. 311.* *
Burgessii. L. foliaceus subimbricatus crispus, peltis elevatis muricato-crispis fundo depresso plano. Lichen foliaceus erectiusculus pellucidus crispus, scutellis planis nitidis margine crispo. *Burgess. m. s. s.*
ciliaris. 28. L. foliaceus erectiusculus: laciniis linearibus ciliatis, scutellis pedunculatis crenatis.
islandicus. 29. L. foliaceus adscendens laciniatus: marginibus elevatis ciliatis. *Oed. dan. 155.*
nivalis. 30. L. foliaceus adscendens laciniatus crispus glaber lacunosus albus margine elevato. *Oed. dan. 227.*
pulmonarius. 31. L. foliaceus laciniatus obtusus glaber: supra lacunosus; subtus tomentosus.
furfuraceus. 32. L. foliaceus decumbens furfuraceus: laciniis acutis; subtus lacunosis atris.
ampullaceus. 33. M. foliaceus planiusculus lobatus crenatus, peltis globosis inflatis.
leucomelos. 34. L. foliaceus linearis ramosus nigro subciliatus, peltis subpedunculatis radiatis.
farinaceus. 35. L. foliaceus erectus compressus ramosus: verrucis marginalibus farinosis.
calicaris. 36. L. foliaceus erectus linearis ramosus lacunosus convexus mucronatus.
fraxineus. 37. L. foliaceus rectus oblongus lanceolatus sublaciniatus lacunosus glaber, scutellis subpedunculatis.
fuciformis. 38. L. foliaceus rectiusculus laevis subtomentosus ramosus: laciniis lanceolatis. *Mant. 507.* *
prunastri, 39. L. foliaceus erectiusculus lacunosus: subtus tomentosus albus. *Varietas Dill. musc. 159. t. 21. f. 54. Vaill. paris. t. 20. f. 7.*
iuniperinus. 40. L. foliaceus laciniatus crispus fulvus, peltis lividis.

Digitized by Google

caperatus. 41. L. pallide viridis rugosus margine undulatus. *Glaucescente-luteus parum foliaceus, raro scutella proferens.*

crocatus. L. foliaceus margine pulvereo-flavo. *Mant. 310.*

glaucus. 42. L. foliaceus depressus lobatus glaber margine crispo farinaceo. *Oed. dan. 598. Folia papyro tenuiora, albo-cinerascente glauca.*

fascicularis. 93. L. foliaceus gelatinosus, tuberculis turbinatis fasciculatis fronde majoribus. *Mant. 133.*

E. * *Coriacei.*

aquaticus. 43. L. coriaceus repens lobatus obtusus, peltis hemisphaericis maximis.

resupinatus. 44. L. coriaceus repens lobatus: peltis marginalibus posticis.

venosus. 45. L. coriaceus repens ovatus planus: subtus venosus villosus, peltis marginalibus horizontalibus.

aphtosus. 46. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus, verrucis sparsis, pelta marginali adscendente. *Folia siccata sunt glauca, virentia vero saturate viridia.*

arcticus. 47. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus laevis: subtus avenius villosus.

caninus. 48. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus: subtus venosus villosus, pelta marginali adscendente. *Folia quasi farina cinerea sunt tecta.*

sylvaticus. L. coriaceus repens laciniatus lacunosus, peltis marginalibus adscendentibus. *Hudſ. angl. 453. n. 47.* Lichen polyschides villosum et scabrum, peltis parvis. *Dill. musc. 199. t. 27. f. 101.*

horizontalis. 88. L. coriaceus repens planus subtus avenius, peltis marginalibus horizontalibus. *Hudſ. angl. 453. n. 48. Mant. 132. Oed. dan. 533.*

perlatus. L. coriaceus repens lobatus glaber subtus ater, scutellis pedunculatis integris. *Hudſ. angl. 448. n. 31.* Lichenoides glaucum perlatum subtus nigrum et cirrosum. *Dill. musc. 147. t. 20. f. 39.*

saccatus. 49. L. foliaceus repens subrotundus: peltis depressis subtus saccatis. *Oed. dan. 532. f. 3.* Lichen *immersus* foliaceus repens subrotundus planus peltis immersis. *Hudſ. angl. 535. n. 49.*

croceus. 50 L. coriaceus repens subrotundus planus: subtus venosus villosus croceus, peltis sparsis adnatis. *Oed. dan. 263.*

F. * *Un-*

Digitized by Google

F. * *Umbilicati, ſqualentes quaſi fuligine.*

miniatus. 51. L. umbilicatus gibbus punctatus ſubtus fulvus.

velleus. 52. L. umbilicatus ſubtus hirſutiſſimus.

puſtulatus. 53. L. umbilicatus ſubtus lacunoſus, furfure nigro adſperſus. *Oed. dan. 597. f. 2. Humidus vireſcit.*

proboſcideus. 54. L. umbilicatus, peltis turbinatis truncatis perforatis.

deuſtus. 55. L. umbilicatus undique laevis. *Dill. muſc. 219. t. 30. f. 117.*

polyphyllus. 56. L. umbilicatus polyphyllus undique laevis atrovirens crenatus.

polyrrhizus. 57. L. umbilicatus polyphyllus utrinque laevis polyrhizos. *Folia cinereo-glauca laevia, ſubtus hirta.*

G. * *Scyphiferi.*

cocciferus. 58. L. ſcyphifer ſimplex integerrimus, ſtipite cylindrico, tuberculis coccineis.

cornucopioides. 59. L. ſcyphifer ſimplex folio brevior, tuberculis coccineis.

pyxidatus. 60. L. ſcyphifer ſimplex crenulatus, tuberculis fuſcis.

fimbriatus. 61. L. ſcyphifer ſimplex denticulatus, ſtipite cylindrico.

gracilis. 62. L. ſcyphifer ramoſus denticulatus filiformis.

digitatus. 63. L. ſcyphifer ramoſiſſimus: ramis cylindricis, calycibus integris nodoſis.

cornutus. 64. L. ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus integris.

deformis. 65. L. ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus dentatis.

H. * *Fruticuloſi.*

rangiferinus. 66. L. fruticuloſus perforatus ramoſiſſimus, ramulis nutantibus. *Oed. dan. 539. 180.*

uncialis. 67. L. fruticuloſus perforatus, ramulis breviſſimis acutis.

ſubulatus. 68. L. fruticuloſus ſubdichotomus, ramis ſimplicibus ſubulatis.

globiferus. 92. L. fruticuloſus ſolidus laevis, tuberculis globoſis cavis terminalibus. *Mant.* 133. Lichen *globoſus* fruticuloſus ſolidus ramoſiſſimus, ramulis teretibus acutis furcatis, tuberculis terminalibus globoſis. *Hudſ. angl. 460. n. 75.*

paſchalis. 69. L. fruticuloſus ſolidus tectus, foliolis cruſtaceis. *Oed. dan. 151.*

fragilis. 70. L. fruticuloſus ſolidus, ramulis teretibus obtuſis.

Digitized by Google

Roccella. 71. L. fruticulosus solidus aphyllus subramosus, tuberculis alternis.

J. * *Filamentosi.*

plicatus. 72. L. filamentosus pendulus, ramis implexis, scutellis radiatis.

barbatus. 73. filamentosus pendulus subarticulatus, ramis patentibus.

divaricatus. L. filamentosus pendulus angulatus articulatus intus tomentosus, ramis divaricatis, peltis orbiculatis sessilibus. Lichen filamentosus pendulus, loris lacunosis glabris. *Scop. carn.* 75. Usnea mollis, ramis longis compressis. *Dill. musc.* 62. *t.* 12. *f.* 5. *Habitat* in Helvetiae, Missniae *cacuminibus Arborum acifoliarum. D. Schreber.*

Usnea. L. filamentosus pendulus compressus ramosus laevis. *Mant.* 131.

jubatus. 74. L. filamentosus pendulus: axillis compressis.

lanatus. 75. L. filamentosus ramosissimus decumbens implicatus opacus.

pubescens. 79. L. filamentosus ramosissimus decumbens implexus nitidus. *Habitat in rupibus nostris planiusculis, quos imbres diluunt.*

chalybeiformis. 77. L. filamentosus ramosus divaricatus decumbens implicato-flexuosus.

hirtus. 78. L. filamentosus ramosissimus erectus, tuberculis farinaceis sparsis.

vulpinus. 79. L. filamentosus ramosissimus erectus fastigiatus inaequali-angulosus. *Oed. dan.* 226.

articulatus. 80. L. filamentosus articulatus, ramulis tenuissimis punctatis.

floridus. 86. L. filamentosus ramosus erectus, scutellis radiatis.

1204. TREMELLA. *Fructificationes* vix manifestae, in
1625. corpore gelatinoso.

juniperina. 1. T. sessilis membranacea auriformis fulva. *Mant.* 508. *

Nostoc. 2. T. plicata undulata.

lichenoides. 4. T. erecta plana: margine crispo lacinulato. *Dill. musc. t.* 19. *f.* 32, 34, 35.

verrucosa. 5. T. tuberculosa solida rugosa. *Dill. musc. t.* 10. *f.* 16.

difformis

difformis. 8. T. ſubrotunda ſinuata difformis gelatinoſa.
hemiſphaerica. 6. T. hemiſphaerica ſparſa.
purpurea. 7. T. ſubgloboſa ſeſſilis ſolitaria glabra. *An Agarici initium?*
adnata. 9. T. rotunda imbricata livida.

1205. FUCUS. Masc. *Veſiculae* villis intertextae,
1626. Fem. *Veſiculae* adſperſae granis immerſis apice prominulis. *Sem.* ſolitaria.

uvarius. 36. F. caule filiformi ramoſo, fol. confertis ovatis fornicatis. *Habitat in O. Aſiatico.* Folia *conferta in racemum, retrorſum fornicata, membranacea, purpuraſcentia, parva. Fructificationes non vidi.*
natans. 13. F. caule filiformi ramoſo, fol. lanceolatis ſerratis, fructificationibus globoſis pedunculatis. *Fructificationes in aliis muticae, in aliis filo brevi ariſtatae; in quibusdam individuis ex alis foliorum racemi breviſſimi ſiliculis minutis verrucoſis.*
acinarius. 14. F. caule filiformi ramoſo, fol. linearibus integerrimis, fructificationibus globoſis pedunculatis. *Mant. 508.* Gmel. ſuc. 99. Praecedenti affinis.*
lendigerus. 15. F. caule filiformi ramoſo, fol. lanceolatis ſerratis, fructific. racemoſis, ſiliculoſis tuberculoſis. *Racemi aphylli praeter unum alterumve ſoliolum erectum.*
turbinatus. 16. F. caule filiformi ſubramoſo, fructific. racemoſis: una veſiculari turbinata folio cordato crenato peltata. *Gmel. ſuc. 97. t. 5. f. 1. Racemi praecedentis ſimillimi e ſiliculis verrucoſis, ſed obtuſioribus; in quovis Racemo ſ. corymbo.* Veſica *magna, pedunculata, turbinata, marginata folio adnato, horizontali, cordato, obtuſiſſimo; Folia, praeter veſicularia dicta, in meis exemplaribus nulla viſa ſunt. Creſcit etiam in O. Sumatram alluente.*
ſerratus. 1. F. fronde plana dichotoma coſtata ſerrato-dentata, fructific. terminalibus tuberculoſis. *Frons coſtata.*
volubilis. 6. F. fronde plana ſpirali perfoliata repando-dentata. *veſiculo-*

veſiculoſus. 2. F. fronde plana dichotoma coſtata integerrima: veſiculis axillaribus geminis; terminalibus tuberculatis.

divaricatus. 8. F. fronde plana dichotoma integerrima, axillis divaricatis: veſiculis axillaribus geminis. *Praecedente tenuior.* Veſiculae *axillares geminae, paſſimque ſolitariae.*

inflatus. 7. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata ovato-lanceolata inflata: apice diviſo. *Semel aut bis tantum bifidus eſt.*

ceranoides. 3. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata lanceolata, fructific. tuberculatis bifidis terminalibus. *β.* Fucus lacerus. *Sp. pl. 1627. n. 4. Hujus varietas ſecundum Gmelin. Praecedenti affinis, ſed anguſtior magisque ramoſus, utrinque punctis impreſſis adſperſus.*

ſpiralis. 6. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata: inferne lineari canaliculata, fructif. tuberculatis geminis. *Oed. dan. 286. Frons membranacea, plana, ſed inferne anguſtior, hinc canaliculata.* Fructific. *terminales, geminae, pedunculatae, oblongae, craſſiuſculae. Dum creſcit in mari contortus eſt in ſpiram.*

canaliculatus. 45. F. fronde plana dichotoma integerrima canaliculata lineari, fructific. tuberculatis bipartitis obtuſis. *Oed. dan. 244. β.* Fucus *exciſus* fronde lineari dichotoma hinc canaliculata, axillis divaricatis punctata. *Sp. plant. 10. Dichotomus multoties, laevis, anguſtus et linearis, latere altero convexo; altero canaliculato. Veſiculae terminales bipartitae ſ. geminae, ſeſſiles, tuberculis adſperſae perforatis.*
